gypto vocavi filium meum.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 [illegible]

noctè, & abiit in Ægyptum, Et mansit ibi usq; ad mortem Herodis, ut impleretur quod dictum fuit

Et audiens Herodes Rex obstupuit, & turbatus fuit, & tota Hierosolyma 3
cum eo. Et congregans ipse omnes principes sacerdotum & scribas popu- 4
li, interrogavit eos ubi Christus nasceretur. Et dixerunt ei, In Bethle- 5
hem Judææ: quoniam sic scriptum est in Propheta; Tu Bethlehem ter- 6
ra Judææ non minima es è principibus Judææ: quoniam ex te exibit
& nascetur Rex, Gubernator qui pascet populum meum Israel. Et con- 7
gregabat Herodes magos privatim, & exquisivit ab iis diem quo vi-
dissent stellam. Et misit eos Bethlehem, & dicebat iis; Vos eundo in- 8
terrogate diligentèr de puerulo: & quum inveneritis eum, annuntiate mi-
hi, ut veniam ego etiam adorare eum. Et quum ipsi audivissent à rege, 9
abierunt: & ecce stella quam viderant, quæ ab Oriente ducebat eos donec
veniendo stetit suprà ubi erat parvulus. Et illi videntes stellam ga- 10
visi sunt gaudio magno. Et illi ingredientes domum viderunt parvulum 11
cum Maria matre ipsius, & prociderunt & adoraverunt eum; & ape-
ruerunt thesauros suos, & obtulerunt ei oblationes, aurum, myrrham, &
thus. Et admoniti in somnio ne reverterentur ad Herodem, per aliam viâ 12
reversi sunt & venerunt in regionem suam. De Infantibus sermo. *Et post-* 13
quàm recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnio Josepho, dicens;
Surge, & accipe parvulum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum; & estote
ibi usq; dum dixero tibi: quoniam Herodes quæsiturus est parvulum ut 14
occidat eum. Et surgens ille tunc accepit parvulum & matrem ejus
à Domino in Prophetâ dicente; Ab Ægypto vocavi filium meum. 15

Versio VULGATA LATINA.

3 Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Jerosolyma cum illo. Et con-
4 gregans omnes principes sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi
5 Christus nasceretur. At illi dixerunt ei ; In Bethlehem Judæ : Sic enim scriptum
6 est per Prophetam ; Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquàm minima es in prin-
7 cipibus Juda : ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. Tunc He-
rodes clàm vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis:
8 Et mittens illos in Bethlehem, dixit; Ite & interrogate diligenter de puero : &
9 cùm inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Qui cùm au-
dissent regem, abierunt : & ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat
10 eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer. Videntes autem stellam ga-
visi sunt gaudio magno valdé. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum 11
Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum : & apertis thesauris suis ob-
tulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis 12
ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Qui 13
cùm recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens ; Surge,
& accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum
dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum.
Qui consurgens, accepit puerum & matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum : 14
Et erat ibi usque ad obitum Herodis : ut adimpleretur quod dictum est à Domino 15
per Prophetam dicentem ; Ex Ægypto vocavi filium meum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

3 4 * فلما سمع هيرودس الملك اضطرب وجميع يوروسليم معه * وجمع كل روساء الكهنة وكتبة
5 6 الشعب واستخبرهم اين يولد المسيح * فقالوا له في بيت لحم يهوذا لانه مكتوب في النبي * وانت
يا بيت لحم ارض يهوذا لست بصغيرة في ولايات يهوذا لان منك يخرج المدبر الذي يرعى
7 شعبي اسرائيل * حينئذ دعا هيرودس المجوس سرا وتحقق منهم الزمان الذي ظهر لهم فيه
8 النجم * وارسلهم الى بيت لحم قائلا امضوا فابحثوا عن الطفل باجتهاد فاذا وجدتموه اخبروني
9 لاتي انا واسجد له * فلما سمعوا من الملك ذهبوا فاذا النجم الذي راوه في المشرق يتقدمهم
10 11 حتى جاء ووقف فوق حيث كان الطفل * فلما راوا النجم فرحوا فرحا عظيما جدا * واتوا الى
البيت فراوا الطفل مع مريم امه فخروا له سجدا وفتحوا اوعيتهم وقدموا له قرابين ذهبا ولبانا
12 ومرا * واوحي لهم في الحلم الا يرجعوا الى هيرودس فذهبوا في طريق اخرى الى كورتهم *
13 الفصل الرابع * فلما ذهبوا اذ ملاك الرب تراءى ليوسف في الحلم قائلا قم
خذ الطفل وامه واهرب الى مصر وكن هناك حتى اقول لك فان هيرودس مزمع ان يطلب
14 15 الطفل ليهلكه * فقام واخذ الطفل وامه ليلا ومضى الى مصر * وكان هناك الى وفاة هيرودس
ليتم ما قاله الرب بالنبي ان من مصر دعوت ابني *

Cùm autem audisset Herodes rex, tur- 3
batus est, & omnis Hierosolyma cum il-
lo. Et congregavit omnes principes sa- 4
cerdotum & Scribas populi, & scisci-
tatus est ab eis ubi nasceretur Christus.
Et dixerunt ei ; In Bethlehem Judæ : 5
quoniam scriptum est in propheta ; Et 6
tu Bethlehem terra Judæ, nequaquam
minima es inter principatus Judæ : ex
te enim exibit Gubernator qui pascet
populum meum Israel. Tunc vocavit 7
Herodes Magos secretò, & certior fa-
ctus est ab illis de tempore in quo appa-
ruit eis stella. Et misit illos in Bethle- 8
hem, dicens ; Ite & inquirite de infan-
te cum solicitudine : cùmque inveneritis
eum, nuntiate mihi : ut veniam ego &
adorem eum. Cùm autem audissent re- 9
gem, abierunt : & ecce stella quam vi-
derant in Oriente, præcedebat eos, us-
quedum veniret et staret suprà ubi erat
infans. Quumque vidissent stellam, ga- 10
visi sunt gaudio magno valdé. Et ve- 11
nerunt in domum, & viderunt infantem
cum Maria matre ejus, et procubuerunt
ei adorantes, & aperuerunt vasa sua, et
obtulerunt ei munera, aurum, et thus, &
myrrham. Et indicatum fuit eis in so- 12
mnio ne redirent ad Herodem. Quapro-
pter abierunt per viam aliam in regio-
nem suam.

Sectio quarta.

Cumque discessissent, ecce angelus Domi- 13
ni apparuit Josepho in somnio, dicens ;
Surge & accipe infantē & matrē ejus,
& fuge in Ægyptum : & esto ibi usque-
dum dicā tibi. Etenim Herodes futurus
est ut quærat infantē ad perdendū eum.
Et surrexit, et accepit infantē et matrē 14
ejus noctu, & abiit in Ægyptum. Et 15
mansit ibi usque ad obitum Herodis: ut
adimpleretur quod dixit Dominus per
prophetam ; Ex Ægypto vocavi filium
meum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

3 4 * هيروديس ملك چون شنيد ترسيد او وجمله اورشليم با وي * وفراهم اورد كشيشان
ومهتران ونويسندگان خلق واز ايشان مي پرسيد * كه مسيح در كدامين خانكه
5 زاييده شود * ايشان گفتند در بيت اللحم يهودا * زيرا اينچنين در پيغمبر نبشته شد
6 نبوت * تو نيز اي بيت اللحم يهودا نيستي كم در ملكان يهودا براي انك از تو
7 بدر ايد ملك اوست كه بچراند رعيت من اسراييل را * انكه هيروديس بپنهاني مجوس را
8 خواند وازيشان در يافت كه كدامين وقت ستاره بديشان نموده شد * وايشانرا در بيت
اللحم فرستاد * وبديشان گفت برويد وبر كودك تفحص كنيد * چون اورا بيابيد *
9 باز پيش من آييد وروي بمن بنماييد * كه من نيز بروم واورا سجود كنم * چون از ملك
اين سخن شنيدند رفتند * وآن ستاره * كه در مشرق ديده بودند پيشاپيش ايشان مي
10 رفت * تا بدان مقام رسيد كه كودك انجا بود * وستاره بر سر ان مقام ايستاد * [* چون ديدند
11 ستاره را] بخوشيا عظيم شادمان شدند * ودر خانه اندر رفتند * وكودك را با مريم مادرش
ديدند * سر بزمين نهادند وبراي [او] سجود كردند وخزينهاء خود را كشادند قربان
12 پيش او كشيدند زر ومر وكندر * ودر خواب بديشان نموده شد كه پيش هيروديس
باز نكردند براه ديگر بولايت خود رفتند پنجم رفتن مسيح در مصر
13 * چون ايشان رفتند فرشته خدا بيوسف در خواب نمود * وبدو گفت برخيز بستان كودك را
ومادرش را * وبسوي مصر بگريز وانجا باش * تا انكه كه بتو بگويم * براي انك هيروديس كودك
14 را مي طلبد تا گم كند * انكه يوسف برخيزيد كودك را ومادرش را ستد وقت شب در
15 مصر گريخت * وانجا ماند تا وقتي كه هيروديس مرد تا تمام شود انچ از خداوند گفته شد
بر زبان پيغامبر نبوت از مصر پسر خودرا خواندم *

Herodes rex cùm audisset, timuit ipse, 3
& tota Hierosolyma cum eo. Et congre- 4
gavit sacerdotes, & magnates, & scri-
bas populi, & ex eis percontatus est,
ubinam loci Christus nasciturus esset.
Illi dixerunt in Bethlehem Jehuda ; 5
quia sic in Propheta scriptum est :

Prophetia.

Tu etiam, ô Bethlehem Jehuda, non es 6
minima inter reges Jehuda ; proptε-
rea quòd ex te prodibit rex, ille est qui
pascet populum meum Israel. Tunc He- 7
rodes clam vocavit Magos, & ab il-
lis compertum habuit quonam tempore
stella eis apparuisset. Et eos in Beth- 8
lehem misit, eisque dixit, Ite, & de
puerulo inquirite, & cùm inveneritis
eum, redite ad me, vultumque mihi
conspiciendum præbete, ut ego etiam
profectus adorem eum. Cùm à rege 9
hunc sermonem audissent, profecti sunt,
& ipsa stella, quam in Oriente vide-
rant, rectâ ante eos proficiscebatur,
usque dum ad illum locum perveniret
ubi erat puerulus ; & stella in ver-
tice ejus loci stetit. Cùm vidissent 10
stellam Magi valde lætati sunt. Et 11
domum ingressi puerulum cum Ma-
ria matre sua viderunt, cui capite
humi inclinato adorationem præstite-
runt : & apertis manticis suis mu-
nus ei obtulerunt ; aurum, & myrrham,
& thus. Et per somnium eis osten- 12
sum est ne ad Herodem reverteren-
tur, per viam igitur aliam in re-
gionem suam abierunt.

V. Profectio Christi in Ægyptum.

Cùm illi abiissent, Angelus Domini 13
Josepho per somnium apparuit, di-
xitque ei ; Surge, accipe puerulum
& matrem ejus, & in Ægyptum
fuge, & illic esto usquedum dicam
tibi : Quia Herodes puerulum quæ-
rit, ut perdat. Tunc Joseph surgens 14
puerulum & matrem ejus accepit
tempore nocturno, & in Ægyptum
fugit : Et illic mansit usque ad 15
tempus quo Herodes mortuus est ; ut
impleretur quod à Domino dictum est
per linguam Prophetæ :

Prophetia.

Ex Ægypto filium meum vocavi.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. Β'. Γ'.

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valdè, & mittens
16 Τότε Ἡρώδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας Β'.
occidit omnes pueros qui in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus,
ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεέμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς,
à bimatu, & infra, secundùm tempus quod *perquisivit* à Magis.
ἀπὸ διετοῦς, καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων.
17 Tunc adimpletum est dictum per Jeremiam Prophetam, dicentem; Vox in
18 Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Φωνὴ ἐν
Rama audita est, ploratus, & ululatus *& ejulatus* multus, Rachel plorans
Ῥαμᾷ ἠκούσθη, θρῆνος, καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς, Ῥαχὴλ κλαίουσα
natos suos, & noluit consolari, quia non sunt. *Defuncto*
19 τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. Τελευτήσαντος
autem Herode, ecce angelus Domini *secundùm somnium apparet* Joseph in
δὲ τοῦ Ἡρώδου, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν
Ægypto, Dicens; *Excitatus* accipe puerum & matrem ejus, & vade
20 Αἰγύπτῳ, Λέγων, Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου
in terram Israel: *mortui* sunt enim *quærentes* animam pueri.
εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου.
Ille autem excitatus accepit puerum & matrem ejus, & venit in terram
21 Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν
Israel. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Judæa pro Herode
22 Ἰσραήλ. Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρώδου
patre suo, timuit illò ire. *Responsus autem secundùm somnium,*
τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν. χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ,
secessit in partes Galilææ. Et veniens *commigravit* in *civitatem dictam*
ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας. Καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην 23
Nazareth: ut *impleretur* dictum per Prophetas, *Quòd* Nazaræus
Ναζαρέτ· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, Ὅτι Ναζωραῖος
vocabitur.
κληθήσεται.

CAP. III. γ'.

Γ'. EN autem diebus illis *accedit* Joannes Baptista, prædicans in deserto
ζ ἘΝ δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ βαπτιστής, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ 1
Judææ, Et dicens, *Pœnitemini:* appropinquavit enim regnum cœlorum. Hic enim est 2
γ τῆς Ἰουδαίας, Καὶ λέγων, Μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Οὗτος γάρ ἐστιν 3
η *pronuntiatus ab Esaia Propheta, dicente;* Vox clamantis in deserto;
α ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ,
Expedite viam Domini, rectas facite semitas ejus. Ipse autem Joannes
θ Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης 4
ς habebat *indumentum suum* è pilis *cameli*, & zonam pelliceam circa *lumbum suum*:
εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ·
esca autem ejus erat locustæ & mel sylvestre. Tunc exibat ad eum Hierosolyma,
ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον. Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, 5
& omnis Judæa, & omnis *circumvicinia Jordanis.* Et baptizabantur in Jor-
καὶ πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορ- 6
dane ab eo, confitentes peccata sua.
δάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

Tum Herodes quum vidisset se à Magis illu- 16
sum esse, excanduit vehementer, mittensque interficere fecit pueros omnes Bethlehem, & universorum confinium ejus, à nato duos annos & infrà, secundùm tempus quod exquisierat ex Magis. Tunc impletum est 17
id quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem; Vox audita est in Ra- 18
ma, fletus & lamentum multum: Rachel plorans super filios suos, renuitque consolari, eò quòd non extent.

Ad oblationem cædis Infantium. 5.

Quum autem obiisset rex Herodes, visus est 19
angelus Domini in somnio ipsi Joseph in Ægypto, & ait illi; Surge, ducito puerum & 20
matrem ejus, & proficiscere in terram Israel; mortui sunt enim illi, qui quærebant animam pueri. Itaque Joseph surgens, duxit 21
puerum & matrem ejus, & venit in terram Israel. Quum autem audivisset Archelaum in Judæa regem esse loco Herodis patris sui, timuit illuc proficisci. Et visum est ei in 22
somnio, eundum esse in regionem Galilææ. Quare venit, habitavitque in civitate, quæ 23
vocatur Nazareth; ut impleretur id quod dictum est per prophetam, Fore ut Nazarenus vocaretur.

Festo Epiphaniæ. 6.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

CAP. III.

ILlis autem ipsis diebus venit Johannes Ba- 1
ptista, & prædicabat in deserto Judææ, &
dicebat; Pœnitentiam agite, appropin- 2
quavit regnum cœlorum. Is enim est qui 3
dictus est per Isaiam prophetam; Vox clamantis in deserto, Parate vias Domini, & adæquate semitas ejus. Ipse autem Jo- 4
hannes habebat vestimentum suum è pilis camelorum, zonamque pelliceam circum lumbos suos, & cibus ejus *erant* locustæ & mel agreste. Tunc exibat ad eum Jerusa- 5
lem, & tota Judæa, totaque regio ambiens Jordanem. Et baptizabantur ab eo in 6
Jordane flumine, confitentes peccata sua.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

Et videns Herodes quòd illuserant super eum magi, iratus est valdè: & misit 16
occidere omnes parvulos qui in Bethlehem, et qui in omnibus finibus ejus erant, qui à duobus annis & juniores erant, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc impletum fuit quod dictum est ab Hieremia propheta dicente, 17
Vox in Rama audita est, fletus & ejulatus multus: Rachel flens propter filios 18
suos recusavit consolationem accipere quia non sunt ipsi, filii sui. Et mortuo 19
Herode ecce Angelus Domini apparuit in somnio Josepho in Ægypto;, Dicens, 20
Suscita te, accipe parvulum & matrem ejus, & proficiscere in terram Israel: quoniam mortui sunt omnes illi qui quærebant animam parvuli. Et consur- 21
gens accepit parvulum & matrem ejus, & venit in terram Israel. Et audi- 22
ens quòd Archelaus gubernabat Judæam loco patris sui Herodis timuit illuc ire, & visione commonitus fuit in somnio, & secessit in partes Galilææ. Et 23
veniendo habitavit in urbe cujus nomen Nazareth: ut impleretur quod dictum fuit per prophetam, Quòd Nazarenus vocabitur filius meus.

ET *CAP. III.* De Johanne, quomodo prædicabat regnum cœlorum.
T in illo tempore venit Johannes Baptista prædicans in deserto Judææ, 1
Dicens, resipiscite, quoniam appropinquavit regnum Cœlorum. Quoniam hic 2
est ille qui prædicatur per Esaiam prophetam, dicentem; Vox clamantis in de- 3
serto, Parate viam Domini, & rectam facite semitam ejus. Et ipsius Johan- 4
nis vestimentum quo vestitus erat è pilis camelorum, & zona pellicea super lumbos ejus, & cibus ejus locustæ & mel agreste. Et exivit ad eum tota Hie- 5
rosolyma, & tota Judæa, & tota regio Jordanis. Et baptizabantur in Jor- 6
dane fluvio ab eo, confitentes peccata sua.

Versio VULGATA LATINA.

16 Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valdè, & mittens oc-
cidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu
17 & infra, secundùm tempus quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est quod
18 dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem; Vox in Rhama audita est, plora-
tus & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non
19 sunt. Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph
20 in Ægypto, Dicens; Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in ter-
21 ram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Qui consurgens,
22 accepit puerum, & matrem ejus, & venit in terram Israël. Audiens autem quòd
Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus
in somnis, secessit in partes Galilææ. Et veniens habitavit in civitate quæ vocatur 23
Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas; Quoniam Nazaræus
vocabitur.

CAP. III.

IN diebus autem illis venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judææ, Et di- 1
cens; Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum. Hic est 2
enim, qui dictus est per Isaiam Prophetam dicentem; Vox clamantis in deserto: 3
Parate viam Dñi: rectas facite semitas ejus. Ipse autē Joannes habebat vestimentū 4
de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem ejus erat lo-
custæ, & mel sylvestre. Tunc exibat ad eum Jerosolyma, & omnis Judæa, & omnis 5
regio circa Jordanem: Et baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata sua. 6

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

16 * حينئذ لما راي هيرودس سخرية المجوس به غضب جدا * وارسل فقتل كل الاطفال ببيت
17 لحم وكل تخومها من ابن سنتين فما دون كنحو الزمان الذي تحققه من المجوس * حينئذ
18 تم ما قيل من ارمياء النبي [] * صوت سمع في الرامة بكاء ونوح [] كثير * راحيل تبكي علي
19 بنيها ولا تريد ان تتعزى لفقدهم * فلما مات هيرودس ظهر ملك الرب ليوسف في الحلم بمصر *
20 * قائلا قم خذ الطفل وامه واذهب الي ارض اسرائيل فقد مات الذين يطلبون نفس الطفل *
21 22 * فقام واخذ الطفل وامه وجاء الي ارض اسرائيل * فلما سمع ان ارشلاوس قد ملك على
اليهودية عوض هيرودس ابيه خاف ان يذهب الي هناك * فاخبر في الحلم وذهب الي تخوم []
23 الجليل * فاتى فسكن في مدينة تدعى ناصره ليتم ما قيل من الانبياء انه يدعى ناصريا *
1 2 • الفصل الخامس • * وفي تلك الايام جاء يوحنا المعمداني يكرز في برية يهودا * قائلا
3 توبوا فقد اقتربت ملكوت السموات * لان هذا هو الذي قيل من اشعيا النبي اذ يقول صوت
4 صارخ في البرية اعدوا طريق الرب وسهلوا سبله * وكان لباس يوحنا من وبر الابل ومنطقة
5 جلد على حقويه * وكان طعامه الجراد وعسل البر * حينئذ خرجوا اليه من يروسليم وكل
6 اليهودية * وجميع كور الاردن * وكان يعمدهم في نهر الاردن معترفين بخطاياهم *

Tunc cùm vidisset Herodes illusionem Magorum sibi, iratus est valdè: & misit & occidit omnes infantes in Bethlebem, & omnibus finibus ejus, a filio duorum annorū & infrà: secundùm tempus 16
quod certò sciverat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est ab Ieremia 17
propheta; Vox audita est in Rama, ploratus & gemitus multus: Rachel plorans super filios suos, & noluit consolari ob eorum absentiam. 18
Cùm autem mortuus esset Herodes, apparuit angelus Domini Josepho in somnio in Ægypto, Dicens; 19
Surge, & accipe infantem & matrem ejus, & vade in terram Israel: jam enim defuncti sunt qui quærebant animam infantis. 20
Itaque surrexit & accepit infantem & matrem ejus, & venit in terram Israel. 21
Cùm verò audisset quòd Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit ire illuc: verùm admonitus fuit in somnio, & abiit in fines Galilææ. 22
Et venit; & habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est à prophetis; Quoniam vocabitur Nazaræus. 23

Sectio quinta. *CAP. III.*

IN diebus autem illis venit Johannes 1
Baptista prædicare in deserto Judææ, Dicens; Pœnitentiam agite; jam enim ap- 2
propinquavit regnum cœlorum. Quoniam 3
hoc est quod dictū est ab Esaia propheta, quando dicit; Vox clamans in deserto, Parate viam Domini, & explanate semitas ejus.
Erat autem vestimentum 4
Johannis de pilis camelorum, & zona pellis circa lumbos ejus: & erat cib' ejus
locustæ & mel deserti. Tunc exierunt ad 5
eū ex Jerusalem, et omni Judæa, et omni
regione Jordanis: Et baptizabat eos in 6
flumine Jordanis, cōfitentes peccata sua.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

16 ششم كشتن هيروديس كودكان بيت الحم را * چون هيروديس ديد
كه مجوسيان بروي افسوس كردند بغايت خشمناك كشت وفرستاد كه هر كودكي كه
در بيت الحم وپيرامون هست از دو ساله پسر وزيرتر بقدر ان روزكار كه از مجوس پرسيده
17 18 بود وهمه را كشتند * انكه تمام شد انچ از ارمياء پيغامبر كفته شد نبوت * اواز
شنوده شد در رامه كريستني وزاري بس بسيار راحيل بر فرزندان خود وتعزيت را نمي پذيرد
19 براي انك نيستند • هفتم باز آمدن مسيح از مصر * چون هيروديس ملك مرد
20 فرشته خداوند در زمين مصر بيوسف درخواب نمود * كه كودك را ومادرش را بر كير
21 وبزمين اسرائيل برو [كه مرده اند انانكه هلاك كودك ميخواستند * انكه برخاست
22 كودك را برداشت ومادرش وآمد سوي زمين اسرائيل] * چون شنيد كه اركلاوس در يهودا
ملك شد عوض هيروديس پدر خود ترسيد كه انجا برود وباز در خواب نموده شد كه
23 بولايت جليل برود * وآمد مقام كرفت در شهري كه نامش ناصره است تا تمام شود انچ در
1 پيغمبر كفته شد كه ناصري خوانده شود هشتم آمدن يحيي * ودران روزكار
2 آمد يحيي شوينده كه اورا يوحنا كويند منادي مي زد در ويرانه يهود * وكفت توبه
3 كنيد زيرا ملكوت آسمان نزديك شد * براي انك اينست انك در اشعيا پيغامبر كفته شد
اواز منادي مي زند در صحراي اماده بداريد راههاء خداوند را وكذركاه او هموار بداريد •
4 نهم شستن يحيي خلق را * اين يحيي را پوشش از پشم شتر بود • وزنار اديم در
5 ميانش بسته • وخوردن او ملخ • وانكبين بياباني • * انكه مردم از اورشليم واز همه يهود • واز همه
6 ولايتها كه پيرامون اردنست بدر مي آمدند • * ودر دست او شسته مي شدند • برود خانه
اردن اندر وكناهاء خود مقر مي شدند •

VI. Cædes parvulorum Bethlehem ab Herode.

Cùm Herodes vidisset quòd Magi ipsi ludos fecissent, valdè iratus est: & misit ut omnem puerulum interficerent qui in Bethlehem & circumjacentibus erat à bimulis & inferiùs, juxta tempus quod à Magis inquisiverat; & omnes interfecerunt. 16
Tunc impletum est quod à Jeremia propheta dictum est: 17

Prophetia.

Vox audita est in Rama, fletus et planctus valde magnus, Rachel flens pro filiis suis, & consolationem non admittit, eò quòd non sunt. 18

VII. Reditus Christi ex Ægypto.

Quum Herodes rex mortuus esset, Angelus Domini in terra Ægypti Josepho in somnio apparuit. 19
Dixitque, Quin puerulum & matrem ejus tolle, & proficiscere in terram Israelis: quia mortui sunt illi qui interitum puerili cupiebant. 20
Tunc surgens puerulum sustulit & matrem ejus, & venit in terram Israelis. 21
Audito autem quòd Archelaus in Judæa rex esset pro Herode patre suo, timuit illuc ire: & rursùs in somnio admonitus est ut in regionem Galilææ iret. 22
Et veniens locum cepit in civitate cujus nomen est Nazreth: ut impleretur quod in Propheta dictum est, quòd Nazaræus vocaretur. 23

CAP. III.

VIII. Adventus Johannis.

ET eo tempore venit Jahja Baptista (quem Johannem vocant) & prædicavit in deserto Judææ. 1
Et dixit, Pœnitentiam agite, quia regnum cœlorum prope fit. 2
Eò quòd hic est ille qui dictus est in Esaia propheta, Vox clamantis resonat in deserto, Parate vias Domini, & semitam ejus complanate. 3

IX. Baptizat Johannes populum.

Ipsius Johannis vestimentum ex lana camelina erat, zona pellicea lumbos ejus cingente: cibus autem ejus locusta, & mel sylvestre. 4
Tunc viri ex Hierosolyma, & ex universa Judæa, & ex omnibus regionibus quæ Jordani circumjacebant, egressi sunt. 5
Et per manum ejus baptizati sunt in fluvio Jordane, & peccata sua confessi sunt. 6

ʼΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. Γ'.

Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptismum
7 Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα
suum, dixit eis; Genimina viperarum, quis demonstravit vobis fugere à fu-
αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελ-
tura ira? Facite ergò fructus dignos pœnitentiæ. Et ne arbitremini dicere
8 λούσης ὀργῆς; Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. Καὶ μὴ δόξητε λέγειν
9 in vobisipsis, Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potest Deus de
ἐν ἑαυτοῖς, Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ
lapidibus istis suscitare natos Abrahæ. Jam verò & securis ad ra-
10 τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥί-
dicem arborum adjacet. Omnis ergò arbor non faciens fructum bonum, exciditur, & in
ζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς
ignem jacitur. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me
11 πῦρ βάλλεται. Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου
veniens, fortior me est: cujus non sum idoneus calceamenta portare,
ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι,
ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Cujus ventilabrum in manu sua,
12 αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ,
& permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum:
καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην·
at paleam comburet igni inextinguibili. Tunc accedit Jesus à Ga-
13 τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γα-
lilæa in Jordanem ad Joannem, baptizari ab eo. At Jo-
14 λιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰω-
annes prohibebat eum, dicens; Ego usum habeo à te baptizari, & tu
άννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων, Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ
venis ad me? Respondens autem Jesus dixit ad eum, Sine interim: sic enim de-
ἔρχῃ πρός με; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέ- 15
cens est nobis implere omnem justificationem. Tunc dimittit eum. Et baptizatus
πον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. τότε ἀφίησιν αὐτόν. Καὶ βαπτισθεὶς 16
Jesus, ascendit statim de aqua: Et ecce aperti sunt ei cœli, & vidit
ὁ Ἰησοῦς, ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί, καὶ εἶδε
spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super eum. Et
τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν. Καὶ 17
ecce vox de cœlis, dicens; Hic est filius meus dilectus, in quo
ἰδοὺ, φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ
complacui.
εὐδόκησα.

CAP. IV. δ'.

Tunc Jesus ductus est in desertum à Spiritu, tentari à dia-
Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ δια- 1
bolo. Et jejunans dies quadraginta & noctes quadraginta, postremùm esuriit.
βόλου. Καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε. 2
Et accedens ei tentator, dixit; Si filius es Dei, dic ut lapides isti
Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι 3
panes fiant.
ἄρτοι γένωνται.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

7 ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܦܪܝܫܐ ܘܡܢ ܙܕܘܩܝܐ ܕܐܬܝܢ ܠܡܥܡܕ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܠܕܐ ܕܐܟܕܢܐ ܡܢܘ ܚܘܝܟܘܢ ܠܡܥܪܩ ܡܢ ܪܘܓܙܐ ܕܥܬܝܕ܀
8 ܥܒܕܘ ܗܟܝܠ ܦܐܪܐ ܕܫܘܝܢ ܠܬܝܒܘܬܐ܀
9 ܘܠܐ ܬܣܒܪܘܢ ܘܬܐܡܪܘܢ ܒܢܦܫܟܘܢ ܕܐܒܐ ܐܝܬ ܠܢ ܐܒܪܗܡ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܕܡܫܟܚ ܐܠܗܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܟܐܦܐ ܠܡܩܡܘ ܒܢܝܐ ܠܐܒܪܗܡ܀
10 ܗܐ ܕܝܢ ܢܪܓܐ ܣܝܡ ܥܠ ܥܩܪܐ ܕܐܝܠܢܐ ܟܠ ܐܝܠܢ ܗܟܝܠ ܕܦܐܪܐ ܛܒܐ ܠܐ ܥܒܕ ܡܬܦܣܩ ܘܒܢܘܪܐ ܢܦܠ܀
11 ܐܢܐ ܡܥܡܕ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܡܝܐ ܠܬܝܒܘܬܐ ܗܘ ܕܝܢ ܕܒܬܪܝ ܐܬܐ ܚܝܠܬܢ ܗܘ ܡܢܝ ܗܘ ܕܠܐ ܫܘܐ ܐܢܐ ܕܐܫܩܘܠ ܡܣܢܘܗܝ ܗܘ ܢܥܡܕܟܘܢ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܒܢܘܪܐ܀
12 ܗܘ ܕܪܦܫܐ ܒܐܝܕܗ ܘܡܕܟܐ ܐܕܪܘܗܝ ܘܚܛܐ ܟܢܫ ܠܐܘܨܪܘܗܝ ܘܬܒܢܐ ܢܘܩܕ ܒܢܘܪܐ ܕܠܐ ܕܥܟܐ܀
13 ܗܝܕܝܢ ܐܬܐ ܝܫܘܥ ܡܢ ܓܠܝܠܐ ܠܝܘܪܕܢܢ ܠܘܬ ܝܘܚܢܢ ܕܢܥܡܕ ܡܢܗ܀
14 ܗܘ ܕܝܢ ܝܘܚܢܢ ܟܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܘܐܡܪ ܐܢܐ ܣܢܝܩ ܐܢܐ ܕܡܢܟ ܐܥܡܕ ܘܐܢܬ ܠܘܬܝ ܐܬܝܬ܀
15 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܫܒܘܩ ܗܫܐ ܗܢܐ ܓܝܪ ܝܐܐ ܠܢ ܕܢܡܠܐ ܟܠܗ ܟܐܢܘܬܐ ܘܗܝܕܝܢ ܫܒܩܗ܀
16 ܟܕ ܥܡܕ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܡܚܕܐ ܣܠܩ ܡܢ ܡܝܐ ܘܐܬܦܬܚܘ ܠܗ ܫܡܝܐ ܘܚܙܐ ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܕܢܚܬܐ ܐܝܟ ܝܘܢܐ ܘܐܬܬ ܥܠܘܗܝ܀
17 ܘܗܐ ܩܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܐܡܪ ܗܢܘ ܒܪܝ ܚܒܝܒܐ ܕܒܗ ܐܨܛܒܝܬ܀

[illegible]

[illegible]

1 ܗܝܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܬܕܒܪ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܠܡܕܒܪܐ ܕܢܬܢܣܐ ܡܢ ܐܟܠܩܪܨܐ܀
2 ܘܨܡ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܘܐܪܒܥܝܢ ܠܠܘܢ ܘܠܚܪܢ ܟܦܢ܀
3 ܘܩܪܒ ܠܗ ܗܘ ܡܢܣܝܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ ܐܢ ܒܪܗ ܐܢܬ ܕܐܠܗܐ ܐܡܪ ܕܟܐܦܐ ܗܠܝܢ ܢܗܘܝܢ ܠܚܡܐ܀

Quum autem videret multos è Pharisæis & 7
Saducæis venientes ut baptizarentur, ait illis;
Generatio viperarum, quis vobis indica-
vit, ut fugeretis ab ira ventura? Facite igi- 8
tur fructus dignos pœnitentiâ. Neque cogi- 9
tetis & dicatis in animabus vestris, Pater est
nobis Abraham: etenim dico vobis, Deum
posse ex lapidibus istis suscitare filios Abra-
hamo. Ecce autem securis posita est ad radi- 10
cem arborum: omnis igitur arbor quæ bo-
nos fructus non facit, exciditur & in ignem
cadit. Ego baptizo vos aquâ ad pœnitenti- 11
am: ille verò qui post me veniet, fortior me
est, cujus non sum dignus calceamenta sub-
levare; ipse baptizaturus est vos in Spiritu
sanctitatis & igne: Is in cujus manu ventila- 12
brum est, & expurgat areas suas, & triticum
cogit in horrea sua, paleámque comburit
igni inextinguibili. Tunc venit Jesus à Ga- 13
lilæa in Jordanem ad Johannem ut baptizare-
tur ab eo. Ipse autem Johannes prohibebat 14
eum, & dicebat; Ego necesse habeo bapti-
zari à te, & tu ad me venisti? Ipse verò 15
Jesus respondens, ait illi; Permitte nunc; sic
enim decet nos adimplere omnem rectitudi-
nem; & tunc permisit illi. Quum autē bapti- 16
zatus fuisset Jesus, statim ascendit ex aqua, &
apertum est ei cœlum, & suspexit spiritum
Dei descendere sicut columbam, & venisse
super ipsum. Et ecce vox è cœlo, dicens; 17
Hic est filius meus dilectissimus in quo mihi
complacui.

Dominica introitûs jejunii, & ad oblationem Quadragesimæ. 7.

CAP. IV.

Tunc Jesus ductus est à Spiritu sanctitatis 1
in desertum, ut tentaretur ab accusatore. 2
i. diabolo. Et jejunavit quadraginta dieb' & 3
quadraginta noctib': postremò verò esuriit.
Et accedens ille qui tentat, dixit ei; Si filius
Dei es, dic ut isti lapides panis fiant.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

7 ወርእየ ፡ ብዙኃነ ፡ ፈሪሳውያነ ፡ ወሰዱቃውያነ ፡ እንዘ ፡ ይመጽኡ ፡ ውስተ ፡ ጥምቀቱ ፡ ጽሚሚተ ፡፡
8 ወይቤሎሙ ፡ ትውልደ ፡ አራዊተ ፡ ምድር ፡ መኑ ፡ ለመረክሙ ፡ ትጕየዩ ፡ እምእንተ ፡ ትመጽእ ፡ መ
ዐት ፡፡ ግበሩ ፡ እንከ ፡ ሠናየ ፡ ፍሬ ፡ ዘይደልወክሙ ፡ ለንስሐ ፡፡ ወኢይመስልክሙ ፡ በዘ
9 ሂሎ ፡ አብ ፡ ብነ ፡ አብርሃምሃ ፡፡ እብለክሙ ፡ ከመ ፡ ይክል ፡ እግዚአብሔር ፡ እምእላ ፡ አዕ
10 ባን ፡ አንሥአ ፡ ውሉደ ፡ ለአብርሃም ፡፡ ወድአ ፡ ናሁ ፡ መሐጼ ፡ ውስተ ፡ ጕንደ ፡ ዕፀው ፡ ይ
ነብር ፡፡ ኵሉ ፡ ዕፅ ፡ ዘኢይፈሪ ፡ ፍሬ ፡ ሠናየ ፡ ይትገዘም ፡ ወውስተ ፡ እሳት ፡ ይትወደይ ፡፡
11 አንሰ ፡ በማይ ፡ አጠምቀክሙ ፡ ለንስሓ ፡ ወዘእምድኅሬየ ፡ ይመጽእ ፡ ይጸንዕ ፡ እምኔየ ፡
ዘኢይደልወኒ ፡ አሣእኖ ፡ እጹር ፡ ወውእቱሰ ፡ ያጠምቀክሙ ፡ በመንፈስ ፡ ቅዱስ ፡ ወበእሳት ፡፡
12 ዘመሥሌ ፡ ውስተ ፡ እዴሁ ፡ ወያነጽሕ ፡ ዐውደ ፡ ወያስተጋብእ ፡ ስርናዮ ፡ ውስተ ፡ መዝገቡ ፡ ወ
13 ሐሠሮ ፡ ያውዒ ፡ በእሳት ፡ ዘኢይጠፍእ ፡፡ አሜሃ ፡ መጽአ ፡ ኢየሱስ ፡ እምገሊላ ፡ ውስተ ፡ ዮ
14 ርዳኖስ ፡ ኀበ ፡ ዮሐንስ ፡ ከመ ፡ ይጠመቅ ፡ እምኀቤሁ ፡፡ ወዮሐንስሰ ፡ ይከልኦ ፡ እንዘ ፡ ይብ
15 ል ፡ አነ ፡ እፈቅድ ፡ እምኀቤከ ፡ እጠመቅ ፡ ወአንተ ፡ ትመጽእ ፡ ኀቤየ ፡፡ ወአውሥአ ፡ ኢየሱ
ስ ፡ ወይቤሎ ፡ ኅድግ ፡ ይእዜሰ ፡ ከመዝ ፡ ተድላ ፡ ውእቱ ፡ ለነ ፡ ንፈጽም ፡ ኵሎ ፡ ጽድቀ ፡ ወእም
16 ዝ ፡ ኀደጎ ፡፡ ወተጠሚቆ ፡ ኢየሱስ ፡ ሶቤሃ ፡ ወፅአ ፡ እማይ ፡ ወናሁ ፡ ተርኅወ ፡ ሰማይ ፡ ሎቱ ፡
17 ወርእየ ፡ መንፈሰ ፡ እግዚአብሔር ፡ እንዘ ፡ ይወርድ ፡ ከመ ፡ ርግብ ፡ ወነበረ ፡ ላዕሌሁ ፡፡ ወና
ሁ ፡ መጽአ ፡ ቃል ፡ እምሰማይ ፡ ዘይብል ፡ ዝውእቱ ፡ ወልድየ ፡ ዘአፈቅር ፡ ዘቦቱ ፡ ሠምር
ኩ ፡፡
1 4 በቀዳሚ ፡ ሰንበተ ፡ አይሁድ ፡ ዘጾም ፡ ወእምዝ ፡ ኢየሱስ ፡ አዕረጎ ፡ መንፈስ ፡ ገዳመ ፡ ይ
2 ትመከር ፡ እምኀበ ፡ ዲያብሎስ ፡፡ ወጾሞ ፡ መዋዕለ ፡ ፵ ፡ ወአርብዓ ፡ ለያልየ ፡ ወእምድኅረዝ ፡
3 ርኅበ ፡፡ ወቀርበ ፡ ዘያሜክሮ ፡ ወይቤሎ ፡ እመ ፡ ወልዱስ ፡ አንተ ፡ ለእግዚአብሔር ፡ በል ፡
ከመ ፡ እሉ ፡ አእባን ፡ ኅብስተ ፡ ይኩኑ ፡፡

Et vidit multos Pharisæos & Sadducæos venientes in Baptismum ejus etiam, 7
& dixit iis; Generatio viperarum, quis dixit vobis fugere ab hâc venturâ
irâ. Facite igitur bonum fructum qui disponat vos ad pænitentiam. 8
Et ne existimetis vobiscum in dicendo, Pater est nobis Abraham: dico vobis quòd 9
potest Deus ex hisce lapidibus suscitare filios Abrahamo. Jam ecce securis 10
ad radicem arborum posita est: omnis igitur arbor quæ non fert fructum bonum
excidetur & in ignem projicietur. Ego igitur in aqua baptizabo vos ad resi- 11
piscentiam, & qui post me veniet, me fortior est; cujus soleas mihi non convenit
portare: ipse baptizabit vos in Spiritu Sancto & in igne. Cujus ventilabrum in 12
manu ejus, & purgabit aream suam, & colliget triticum suum in horreum suum:
& paleam exuret in igne qui non extinguetur. Tunc venit Jesus à Galilæa 13
in Jordanem ad Johannem, ut baptizaretur ab eo. Et Johannes prohibebat 14
eum, dicens; Ego vellem à te baptizari, & tu venies ad me? Et respondit Je- 15
sus, & dicit ei; Permitte nunc: sic enim nos oportet implere omnem justitiam: &
tunc permisit eum. Et baptizatus Jesus statim exivit ex aqua: & ecce aper- 16
ti sunt cæli ei, & vidit spiritum Dei descendentem tanquam columbam, & se-
dit super eum. Et ecce venit vox è cælis, dicens; Hic est filius meus quem 17
amo, in quo complacui.

CAP. IV. In introitu Sabbati Judaici Jejunii.

Et tunc Jesum ascendere fecit Spiritus in desertum tentari à diabolo. 1
Et cùm jejunâsset dies quadraginta, & quadraginta noctes, tum posteà 2
esuriit. Et appropinquavit tentator ejus, & dixit ei; Si filius tu Dei, dic ut 3
hi lapides panes fiant.

Versio VULGATA LATINA.

7 Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum, venientes ad baptismum
suum, dixit eis; Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura
8 ira? Facite ergò fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos;
9 Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapi-
10 dibus istis suscitare filios Abrahæ. Jam enim securis ad radicem arborum posita
est. Omnis ergò arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem
11 mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post
me venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare: ipse
12 vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. Cujus ventilabrum in manu sua: &
permundabit aream suam: & congregabit triticum suum in horreum, paleas au-
13 tem comburet igni inextinguibili. Tunc venit Jesus à Galilæa in Jordanem ad
Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum, dicens; Ego 14
à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Jesus, dixit ei; 15
Sine modó: sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum.
Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cœli: 16
& vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et 17
ecce vox de cœlis, dicens; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

CAP. IV.

Tunc Jesus ductus est in desertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cùm 1 2
jejunásset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, posteà esuriit. Et acce- 3
dens tentator dixit ei; Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

7 * فلما رأى كثيرين من الفريسيين والزنادقة يأتون الى معموديته قال لهم يا اولاد الافاعي *
8 9 من دلكم على الهرب من الغضب الآتي * اعملوا الآن ثمرة تليق بالتوبة * ولا تقولوا ان
10 ابانا ابراهيم * اقول لكم ان الله لقادر ان يقيم من هذه الحجارة بنين لابراهيم * ها الفاس
11 موضوع على اصول الشجر * فاية شجرة لا تثمر ثمرا صالحا تقطع وتلقى في النار * انا اعمدكم
بالماء للتوبة * والذي ياتي بعدي هو اقوى مني * ولا استحق ان احل سيور حذائه * وهو يعمدكم
12 بروح القدس والنار * الذي بيده الرفش ينقي به بيدره * ويجمع قمحه في الاهراء ويحرق
13 14 التبن بنار لا تطفا * حينئذ اتى يسوع من الجليل الى الاردن ليعتمد من يوحنا * فامتنع
15 يوحنا منه وقال انا المحتاج ان اعتمد منك افانت تاتي الي * اجاب يسوع دع الآن فهكذا يجب
16 لنا ان نكمل كل البر حينئذ تركه * فلما اعتمد يسوع للوقت صعد من الماء * فانفتحت له
17 السموات وراى روح الله نازلا كمثل حمامة جائيا اليه * واذا صوت من السموات قائلا هذا
هو ابني الحبيب الذي به سررت * الفصل السادس *
1 2 * وللوقت اخرج الروح يسوع الى البرية ليجرب من ابليس * فصام اربعين نهارا واربعين ليلة *
3 وجاع اخيرا * فجاء المجرب قائلا له ان كنت انت ابن الله فقل ان تصير هذه الحجارة خبزا *

Cùm autē vidisset multos ex Pharisæis 7
& Saducæis venientes ad baptismū suū,
dixit eis; Nati viperarū, quis demonstra-
vit vobis fugere ab ira ventura? Facite 8
ergò fructum congruum pœnitentiæ. Et ne 9
dicatis, quòd pater noster est Abrahā. Di-
co vobis quòd Deus potens est suscitare
ex istis lapidibus filios Abrahæ. Ecce 10
securis posita est ad radices arborum.
Quæcunq; igitur arbor quæ non fructi-
ficat fructum bonū, excidetur, & proji-
cietur in ignem. Ego baptizo vos aquâ 11
ad pœnitentiam: qui autē venit post me,
est fortior me, & non sum dignus solvere
corrigias calceorum ejus, ipse; baptiza-
bit vos in Spiritu sancto & igne. Cujus 12
in manu ventilabrum, quo mundat areā
suam: & congregabit triticum suum in
horrea, combureteque paleam igne inex-
tinguibili. Tunc venit Jesus à Galilæa 13
in Jordanē, ut baptizaretur à Johanne.
Retraxit autem sese Johannes ab eo, & 14
ait; Ego sum qui egeo baptizari à te, &
tu venis ad me? Respondit Jesus; Per- 15
mitte modò, sic enim decet nos perficere
omnem justitiam. Tunc permisit illi. Cùm 16
autem baptizatus esset Jesus; protinus
ascendit ab aqua, & aperti sunt ei cœli:
& vidit spiritū Dei descendentem sicut
columbam, & venientē ad ipsum. Et ecce 17
vox de cœlis, dicens; Hic est filius meus
dilectus, in quo delector.

Sectio sexta. *CAP. IV.*

Et illicò eduxit Spiritus Jesum in 1
desertum, ut tentaretur à diabolo. Et je- 2
junavit quadraginta diebus & quadra-
ginta noctibus, & esuriit tandem. Et ac- 3
cessit tentator, dicens ei; Si tu es filius
Dei, dic ut fiant isti lapides panis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

7 * چون دید که از زنادقه ومعتزلان بسیاران می آیند که شسته شوند * بدیشان گفت *
اي فرزندان مارهاء افعي * کیست آنک شمارا آگاه کرد که بگریزید از خشم که می آید *
8 9 * اکنون میوه بسازید که توبه را شاید وبرازد * ومپندارید ومگویید در نفس خود * که ابرهیم
پدر داریم * اکنون بشما می گویم * که خدا تواناست که ازین سنگها از براي ابرهیم فرزندان
10 برخیزاند * * اینک تبر بر بیخ درختان نهاده شد وهر درخت که میوه نیک ندهد * بریده
11 شود وبآتش بیوفتد * * من براي توبت شما را در آب می شویم * آنک از پس من می آید از من
زورمندترست آنک نمي برازم که بند کوش اورا * از پاي او بگشایم * آنک او شما را در
12 آتش ودر روح القدس بشوید * * آنک در دست خود پارو دارد * خرمنهاء خود را پاک کند *
گندم در انبارهاء خود بنهد * وکاه را باتشي بسوزاند که هر گز آن آتش نخسبد
13 دهم آنک مسیح در اردن شسته شد * آنکه عیسي از جلیل باردن آمد
14 پیش یحیي تا بر دست او شسته شود * یوحنا عیسي را منع کرد وگفت من محتاجم که بر
15 دست تو شسته شوم وتو پیش من آمدي * اما عیسي بدو جواب داد وگفت اکنون بگذار
16 این چنین بر ما واجب است که همه عدل را بتمام کنیم آنکه اورا رها کرد * چون عیسي شسته
شد واز آب بدر آمد اسمان براي او گشاده شد ودید که جان پاک فرود می آمد مانند
17 کبوتر وبرو حلول می شد * واینک آواز از آسمان می گفت اینست فرزند عزیز من که بدو
1 خرم شدم * * یازدهم آزمودن ابلیس مسیح را * آنکه عیسي از روح القدس برده شد
2 در بیاباني که از ابلیس معتاب آزموده شود * چهل شب وچهل روز روزه گرفت در آخر گرسنه شد
3 ابلیس نزدیک او شد بهر آزمودن وبدو گفت اگر تو پسر خدا هستي بگو بدین سنگها تا نان شوند

Cùm autem videret ex Saducæis 7
& Pharisæis multos venire ut ba-
ptizarentur, eis dixit; O filii vi-
perarum, quis est qui vobis indici-
um fecit, ut fugeretis ab ira adve-
niente? Nunc fructum facite qui 8
conversioni conveniat, & dignus
sit. Neque cogitetis ac dicatis in 9
animo vestro, Quòd Abrahamum
patrem habemus. Nunc vobis di-
co, Deum posse ex istis lapidibus
Abrahamo filios suscitare. Ecce 10
securis ad radicem arborum posita
est: & omnis arbor, quæ fructum
bonum non dat, exciditur & in
ignem cadit. Ego propter resipiscen- 11
tiam vos aquâ baptizo: qui ponè
me venit, me validior est, cujus non
sum dignus ut corrigiā calceamenti
ejus de pede ejus solvā, ipse est qui
vos igni & spiritu sancto baptiza-
bit. Qui manu suâ palam habens 12
areas suas mundas facit, triticum
in horreis suis reponit, & paleam
igne combusit, qui quidem ignis
nunquam sopietur.

X. Quomodo Christus in Jordane baptizatus est.

Tunc Jesus ex Galilæa venit ad 13
Jordanem ad Johannem, ut per ma-
num ejus baptizaretur. Johannes 14
autem *Jesum prohibebat, & dixit,*
Ego opus habeo ut per manum tuam
baptizer, & tu ad me venis? Jesus 15
autem respondit ei, & dixit, Nunc
sine; ad hunc modum nobis incum-
bit, ut omnem justitiam perficia-
mus: tunc ei permisit. Cùm Jesus 16
baptizatus esset, & ex aqua egre-
deretur, cœli aperti sunt propter
eum; viditque Spiritum sanctum
descendere instar columbæ, qui su-
per eum quievit. Et ecce vox de 17
cœlis dixit, Hic est filius dilectus
meus, in quo oblector.

CAP. IV.

XI. Tentat Diabolus Christum.

Tunc Jesus à Spiritu sancto de- 1
portatus est in desertum, ut
à diabolo calumniatore tentaretur.
Cum, quadraginta noctium et qua- 2
draginta dierum jejunio suscepto,
in fine esuriret: Diabolus adfu- 3
it ei tentandi gratiâ, eique dixit;
Si tu filius Dei es, dic hisce lapi-
dibus ut panis fiant.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. Δ'.

Ille autem respondens, dixit; Scriptum est, Non in pane solo vivet homo,
4 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε, Γέγραπται, Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος,
sed in omni verbo exeunte per os Dei. Tunc as-
5 ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Τότε παρα-
sumit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super
λαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ
pinnaculum templi. Et dicit ei; Si filius es Dei, dejice teipsum
6 τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. Καὶ λέγει αὐτῷ, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν
deorsum. Scriptum est enim, Quia angelis suis mandabit de te, & in
κάτω. γέγραπται γὰρ, Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ
manibus tollent te, ne fortè impingas ad lapidem pedem tuum. Ait illi
7 χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. Ἔφη αὐτῷ
Jesus, Rursum scriptum est; Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum
8 ὁ Ἰησοῦς, Πάλιν γέγραπται, Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. Πάλιν
assumit eum diabolus in montem excelsum valdè, & ostendit ei
παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ
omnia regna mundi, & gloriam eorum: Et dicit ei,
9 πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν· Καὶ λέγει αὐτῷ,
Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei
10 Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. Τότε λέγει αὐτῷ
Jesus, Abi Satana. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum
ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε Σατανᾶ. γέγραπται γὰρ, Κύριον τὸν Θεόν σου
adorabis, & illi soli servies. Tunc dimittit eum diabolus:
11 προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος·
& ecce angeli accesserunt, & administrabant ei. Audiens autem Jesus quòd
καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ. Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι 12
Joannes traditus esset, secessit in Galilæam: Et relinquens
Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· Καὶ καταλιπὼν τὴν 13
Nazaret, veniens commigravit in Capharnaum maritimam, in finibus
Ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις
Zabulon, & Nephthalim: Ut adimpleretur pronuntiatum per Esaiam Prophetam
Ζαβουλὼν, καὶ Νεφθαλείμ· Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, 14
dicentem; Terra Zabulon & terra Nephthali, viam maris, ultra
λέγοντος, Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ 15
Jordanem, Galilæa gentium, Populus sedens in tenebris, vidit lucem
Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς 16
magnam: & sedentibus in regione & umbra mortis, lux orta est
μέγα· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν
eis. Ex tunc cœpit Jesus prædicare, & dicere, Pœnitemini:
αὐτοῖς. Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν, Μετανοεῖτε· 17
appropinquavit enim regnum cœlorum. Circumambulans autem Jesus juxta
ἤγγικε γὰρ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Περιπατῶν δὲ ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν 18
mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem dictum Petrum,
θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφοὺς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον,
& Andream fratrem ejus, mittentes verriculum in mare.
καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν·
(erant enim piscatores.)
ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4–11 [illegible]

* At ille respondit, & ait; Scriptum est, Non 4
tantùmodo pane vivit homo, sed omni verbo
quod procedit ex ore Dei. Tunc duxit eum 5
accusator ad sacrosanctam civitatem, & sta-
tuit eum super pinnaculum templi, & ait
illi; Si filius Dei es, præcipita te deorsum; 6
Scriptum est enim, Angelos suos monebit de
te, & manibus suis te portabunt, ne allida-
tur ad lapidem pes tuus. Ait illi Jesus, Rur- 7
sus scriptum est; Non tentabis Dominum
Deum tuum. Iterum duxit eum accusator in 8
montem admodùm sublimem, éique ostendit
omnia regna mundi, & eorum gloriam, &
ait illi; Hæc omnia tibi dabo, si cadens ado- 9
raveris me. Tum dixit ei Jesus; Abi tibi, 10
satana; Scriptum est enim, Dominum Deum
tuum adorabis, illúmque solum coles. Tunc 11
omisit eum accusator: & ecce angeli acces-
serunt, & ministrabant ei.

Dominica post Epiphaniam. 8.

12–18 [illegible]

* Quum autem audivisset Jesus Johannem 12
proditum fuisse, profectus est in Galilæam. 13
Relictâque Nazareth, venit, & habitavit in
Capharnaum juxta mare in finibus Zabulon
& Nephthali; Ut impleretur quod dictum 14
est per Isaiam prophetam, dicentem; Ter- 15
ra Zabulon, terra Nephthali, via maris trans
Jordanem, Galilæa gentium: Populus qui 16
sedebat in tenebris, lucem magnam conspi-
catus est: & iis qui habitabant in regione
& umbris mortis, lux est exorta. Exinde 17
cœpit Jesus prædicare, & dicere; Pœni-
tentiam agite, appropinquavit enim regnum
cœlorum. Quumque iter faceret juxta mare 18
Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui
vocatur Petra, & Andream fratrem ejus,
projicientes retia in mare; (erant enim
piscatores.)

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

4–18 [illegible]

Et respondit ei, & dixit; Scriptum est quòd non in pane est quòd vivent 4
homines, sed in omni voce quæ exibit ex ore Dei. Tunc assumpsit eum di- 5
abolus in sanctam civitatem & statuit eum in summitate Domûs sanctæ. Et 6
dicit ei, Si verè filius tu Dei, projicitor deorsum: quoniam scriptum est, quòd an-
gelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omni via tua: & in manibus tollent
te, ut non offendas in lapidem pedem tuũ. Et respondit ei Jesus, Rursum scriptũ est, 7
Non tentabis Dominum Deum tuum. Et rursus tunc assumpsit eum diabolus in 8
montem sublimem valdè, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam ejus. Et 9
dixit ei, Hæc omnia dabo tibi, si adoraveris & salutaveris me. Et tunc dixit ei 10
Dominus; Abi pone me satana: scriptum est enim, Dominum Deũ tuum adorabis
& ei soli servies. Et tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli venerunt mini- 11
strare illi. Et audiendo quòd Johannes apprehensus erat, profectus est in Galilæ- 12
am. Et reliquit Nazareth, & veniens habitavit in Capernaum, quæ juxta ma- 13
re in monte Zabulon & Nepthalim. Ut veniret, & impleretur quod dictum 14
fuit in Isaia propheta dicente, Terra Zabulon & terra Nepthalim via maris 15
trans Jordanem; Galilæa quæ gentium. Populus qui sedet in tenebris vidit lu- 16
cem magnam, & qui sedent in tenebris & umbrâ mortis, lux orta est iis.

De Doctrina prima quam docuit Dominus noster Christus.

Tunc cœpit Iesus prædicare, & dicere; Resipiscite, quoniam appropinquavit 17
regnum cœlorum. Et ambulans juxta Mare Galilææ vidit duos fratres Si- 18
monem qui nominatur Petrus, & Andream fratrem ejus, projicientes rete in
mare: quoniam piscatores illi.

Versio VULGATA LATINA.

4 Qui respondens dixit; Scriptum est, Non in solo pane vivit homo, sed in omni
5 verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ci-
6 vitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, Et dixit ei; Si filius Dei es,
mitte te deorsum. Scriptum est enim, Quia angelis suis mandavit de te, & in
7 manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Jesus;
8 Rursum scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterùm assumpsit
eum diabolus in montem excelsum valdé: & ostendit ei omnia regna mundi, &
9 gloriam eorum, Et dixit ei; Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.
10 Tunc dicit ei Jesus; Vade, Satana: Scriptum est enim; Dominum Deum tuum
11 adorabis, & illi soli servies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli ac-
cesserunt, & ministrabant ei. Cùm autem audisset Jesus quòd Joannes traditus 12
esset, secessit in Galilæam: Et, relictâ civitate Nazareth, venit, & habitavit in 13
Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim: Ut adimpleretur 14
quod dictum est per Isaiam prophetam; Terra Zabulon, & terra Nephthalim, 15
via maris trans Jordanem, Galilæa gentium, Populus qui sedebat in tenebris, vi- 16
dit lucem magnam: & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.
Exindè cœpit Jesus prædicare, & dicere; Pœnitentiam agite: appropinquavit 17
enim regnum cœlorum. Ambulans autem Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos 18
fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes rete
in mare, (erant enim piscatores,)

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

4 * فأجاب وقال مكتوب ليس بالخبز وحده يحيى الانسان بل وبكل كلمة تخرج من فم الله *
5 6 * حينئذ مضى به ابليس الى المدينة المقدسة واقامه على جناح الهيكل * وقال له ان
كنت انت ابن الله فانطرح من ههنا الى اسفل * فانه مكتوب انه يوصي ملائكته من
7 اجلك لتحملك على ايديها لئلا تعثر رجلك بحجر * اجاب يسوع مكتوب ايضا لا تجرب
8 الرب الهك * فاصعده ايضا ابليس على جبل عال جدا واراه كل ممالك العالم ومجدهن *
9 10 * وقال له اعطيك هذه كلها ان خررت لي ساجدا * حينئذ قال له يسوع اذهب يا شيطان *
11 لانه مكتوب للرب الهك اسجد وله وحده اعبد * حينئذ تركه ابليس وجاءت ملائكته
12 تخدمه * الفصل السابع * فلما سمع يسوع ان يوحنا قد اسلم مضى الى الجليل *
13 * وترك الناصرة وجاء وسكن كفرناحوم التي على ساحل البحر في تخوم زابلون ونفتاليم *
14 15 * ليكمل ما قيل في اشعياء النبي اذ يقول * ارض زابلون ارض نفتاليم طريق البحر عبر الاردن
16 جليل الامم * الشعب الجالس في الظلمة ابصر نورا عظيما * الجلوس في الكورة وظلال الموت
17 نور اشرق لهم * ومن ذلك الزمان بدأ يسوع يكرز قائلا توبوا فقد اقتربت ملكوت السموات *
18 * الفصل الثامن * وفيما هو يمشي على ساحل بحر الجليل ابصر اخوين سمعان
الذي دعي بطرس واندراوس اخاه يلقيان شباكهما في البحر لانهما كانا صيادين *

Quumque seminâsset, quoddam cecidit 4
juxta viam, & venit avis, & devoravit
illud. Aliúdque cecidit super petram, ubi 5
non erat multum glebæ, & illicò germi-
navit, propterea quòd non adesset profun-
ditas terræ. Quum autem exortus esset 6
sol, calefactum est: & quia non habebat
radicem exaruit. Aliud verò cecidit inter 7
spinas, & ascenderunt spinæ, & suffoca-
verunt illud. Aliud denique cecidit in 8
terram bonam, & edidit fructus, aliud
centenos, & aliud sexagenos, & aliud tri-
cenos. Qui habet aures ad audiendum, 9
audiat. Et accesserunt discipuli ejus, & 10
dixerunt ei; Quare in parabolis colloque-
ris eis? Ipse verò respondit, & ait illis; 11
Vobis datum est nôsse arcana regni cœ-
lorum: illis verò non datum est. Nam 12
qui habet, dabitur ei, & addetur illi:
qui verò non habet, & id etiam quod ha-
bet, tolletur ab eo. Propterea in para- 13
bolis colloquor eis, quippe qui videant
& non videant, audiántque & non audi-
ant, nec intelligant. Et completur in eis 14
prophetia Esaiæ, dicentis; Auditu quidem
audietis, nec intelligetis; & videndo vi-
debitis, neque cognoscetis. Etenim in- 15
crassatum est cor populi hujus, & auribus
suis graviter audiunt, & oculos suos oc-
cluserunt, nequando videant oculis suis,
& audiant auribus suis, intelligántque cor-
de suo, & convertantur, ac sanem eos.
Vestri verò felices sunt oculi, quòd cer- 16
nant; & aures vestræ, quòd audiant.
Amen enim dico vobis, Multi prophetæ 17
& justi perquàm desiderârunt videre id
quod videtis, neque viderunt; & audire id
quod auditis, nec audierunt. Vos igitur 18
audite parabolam seminis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

4 5 * بوقت کاریدن تخمي بود * که بر راه افتاد مرغان آمدند وآنرا بخوردند * * دیگر تخم بر کوه
وسنك افتاد * جایي که خاك بسیار نبود دران ساعت † که رویید خشك شد * در
6 زمین نغلي نداشت که نگاهش دارد * * وافتاب بي هنگام اورا نیست کرد * [چون
7 بیخ نداشت] * دیگر تخم در میان خار وتلو افتاد خارها بلند شدند * وتخم را خبه
8 کردند * * دیگر تخم در زمین نیك وپاك افتاد * وبهره داد * وبکمال رسید * بود که صد
9 داد وبود که شست داد وبود که سي داد * هر که دو کوش شنونده دارد بشنود
10 11 * شاکردان او پیش او آمدند * وگفتند چرا بمثل † با ایشان † سخن مي کویي * * او
بدیشان جواب † داد * وگفت بشما داده شد * که راز ملکوت † اسمانرا بدانید * وبدیشان †
12 داده نشد * * هر که دارد بدو داده شود * وبیفزاید * وهر که ندارد * ان نیز
13 که دارد * ازو ستده شود * * براي این بمثلها با ایشان † سخن مي کویم * که
14 مي نکرند ونمي بینند * ومي شنوند [ونمي شنوند] ودر نمي یابند * * ودر ایشان

In tempore spargendi semen fuit quod 4
caderet in viam, venerunt aves
& illud comederunt. Aliud semen 5
in clivos & petras cecidit, ubi mul-
tum terræ non erat, & simul ac ex-
ortum est exaruit, in terra enim
sulcum non habuit, qui illud ser-
varet. Et sol illud immaturè ab- 6
sumpsit, cùm non haberet radicem.
Aliud semen in spinas & vepres 7
incidit, & spinæ altæ factæ semen
suffocârunt. Aliud semen in terram 8
bonam & puram cecidit, & fru-
ctum dedit, & ad maturitatem per-
venit: erat quod centum dedit, &
erat quod sexaginta dedit, & erat
quod triginta dedit. Quicunque 9
aures audientes habet, audiat. Disci- 10
puli ejus ad eum accesserunt, & dixe-
runt; Quare per parabolas cum eis
loqueris? Ipse respondit illis, & 11
dixit; Vobis datum est, ut myste-
rium regni cœlorum sciatis, illis
verò datum non est. Quicunq; ha- 12
bet, illi dabitur, & abundabit:
& quicunque non habet, illud
etiam quod habet ab eo ablatum
erit. Ob hoc per parabolas cum 13
illis loquor; quia intuentur &
non vident, & audiunt & non
audiunt, neq; intelligunt. Et in illis 14

Versio VULGATA LATINA.

4 Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cœli, &
5 comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram
6 multam: & continuò exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ: Sole
7 autem orto æstuaverunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem
8 ceciderunt in spinas: & creverunt spinæ, & suffocaverunt ea. Alia autem
ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexa-
9 gesimum, aliud trigesimum. Qui habet aures audiendi, audiat. Et accedentes
10 discipuli dixerunt ei; Quarè in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait
11 illis; Quia vobis datum est nôsse mysteria regni cœlorum: illis autem non est
12 datum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, &
quod habet auferetur ab eo. Ideò in parabolis loquor eis: quia videntes non 13
vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Et adimpletur in eis pro- 14
phetia Isaiæ dicentis; Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis,
& non videbitis. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter 15
audierunt, & oculos suos clauserunt: ne quando videant oculis, & auribus au-
diant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos. Vestri autem beati 16
oculi quia vident, & aures vestræ quia audiunt. Amen quippe dico vobis; 17
Quia multi prophetæ & justi cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt;
& audire quæ auditis, & non audierunt. Vos ergò audite parabolam semi- 18
nantis.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

4 وفيما هو يزرع سقط البعض علي الطريق فاتي الطير واكله * وبعض سقط علي الصخر
5
6 حيث لا عمق لارضه وللوقت نبت اذ ليس له عمق ارض * ولما اشرقت الشمس احتر * وحيث لم
7 يكن له اصل يبس * وبعض سقط في الشوك فطلع الشوك وخنقه * وبعض سقط في الارض
8
9 الجيدة فاعطي ثمرا للواحد مائة وللآخر ستين وللآخر ثلثين * من له اذنان سامعتان
10 فليسمع * فتقدم اليه تلاميذه وقالوا له لماذا تكلمهم بامثال * فاجابهم قايلا انتم اعطيتم
11
12 معرفة سراير ملكوت السموات واولئك لم يعطوا * لان من كان له يعطا ويزاد ومن ليس له
13 فالذي له يوجد منه * فلهذا اكلمهم بالامثال * لانهم يبصرون ولا يبصرون * ويسمعون
14 ولا يسمعون ولا يفهمون * ليتم عليهم نبوة اشعياء القايل سماعا تسمعون ولا تفهمون * ونظرا
15 تنظرون ولا تبصرون * لقد غلظ قلب هذا الشعب * وثقلت اذانهم عن السماع * وغمضوا
عيونهم * لئلا يبصروا بعيونهم * ويسمعوا باذانهم * ويفهموا بقلوبهم * ويرجعوا الي فاشفيهم
16 * فاما انتم فطوبي لعيونكم لانها تبصر ولاذانكم لانها تسمع * امين اقول لكم ان كثيرين من
17 الانبياء والصديقين اشتهوا ان يروا ما رايتم فلم يروا وان يسمعوا ما سمعتم فلم يسمعوا
18 * اسمعوا انتم مثل الزارع *

Et dum ipse seminaret, cecidit aliquid 4
super viam, & venerunt volucres &
comederunt illud. Et aliquid cecidit 5
super petram, ubi non erat profunditas
telluri ejus; & continuò germinavit,
cùm non esset ei profunditas terræ. Sed 6
cùm ortus esset sol, æstuavit; cùmque
non esset ei radix, aruit. Et aliquid ce- 7
cidit in spinas: & emerserunt spinæ, &
suffocaverunt illud. Et aliquid cecidit 8
in terram bonam; & reddidit fructum,
uni centum, & alteri sexaginta, & alii
triginta. Qui habet aures audientes, 9
audiat. Et accesserunt ad eum discipuli 10
ejus, & dixerunt ei; Quare loqueris
eis per parabolas? Respondit eis, di- 11
cens; Vos donati estis cognitione my-
steriorum regni cœlorum; at illi minimè
donati sunt. Nam habenti dabitur & 12
addetur; & qui non habet, etiam quod
habet auferetur ab eo. Et ideò loquor 13
eis per parabolas; quoniam ipsi vident
& non vident, & audiunt & non audi-
unt, neque intelligunt. Ut adimpleatur 14
de illis prophetia Isaiæ dicentis; Au-
diendo audient, et non intelligent, et
perspiciendo perspicient, et non vide-
bunt. Jam incrassatum est cor hujus 15
populi, et gravatæ sunt aures eorum ne
audiant, et clauserunt oculos suos, ne
videant oculis suis, et audiant auri-
bus suis, et intelligant cordibus suis, et
revertantur ad me, et sanem eos. At vos, 16
beati quidem oculi vestri, quia perspici-
unt, & aures vestræ, quia audiunt. A- 17
men dico vobis, Quòd multi ex prophe-
tis & justis cupierunt videre quod vi-
distis, & non viderunt: et audire quod
audistis, et non audierunt. Audite vos 18
parabolam seminantis:

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

4 ወእንዘ ፡ ይዘርእ ፡ ቦዘወድቀ ፡ ውስተ ፡ ፍኖት ፡ ወመጽኡ ፡ አዕዋፍ ፡ ሰማይ ፡ ወበልዕዎ ፡፡=፡
5 ወቦ ፡ ዘወድቀ ፡ ደብ ፡ ኰኵሕ ፡ ኀበ ፡ አልቦ ፡ መሬት ፡ ብዙኅ ፡ ወወለተ ፡ ጊዜ ፡ ሠረጸ ፡ እ
6 ስመ ፡ አልቦ ፡ ዕሙቀ ፡ መድረ ፡ ወፀሐየ ፡ ሠረቀ ፡ መጽለ ፡ ወእስመ ፡ አልቦ ፡ ሥርው ፡ የብ
7 ሰ ፡፡=፡ ወቦ ፡ ዘወድቀ ፡ ውስተ ፡ ሦክ ፡ ወበቊሎ ፡ ጠበቆ ፡ ሦክ ፡ ወኀነቆ ፡=፡ ወ
8 ቦ ፡ ዘወድቀ ፡ ውስተ ፡ ምድር ፡ ሠናይ ፡ ወወሀበ ፡ ፍሬ ፡ ወቦ ፡ ዘሚእተ ፡ ወቦ ፡ ዘ
9 ስሳ ፡ ወቦ ፡ ዘሠላሳ ፡=፡ ዘቦ ፡ እዝነ ፡ ሰሚዐ ፡ ይስማዕ ፡፡=፡ ወቀሪቦሙ ፡ አርድኢ
10 ሁ ፡ ይቤልዎ ፡ በእንተ ፡ ምንት ፡ በምሳሌ ፡ ትትናገሮሙ ፡፡=፡ ወአውሥአ ፡ ወይቤ ፡
11 እስመ ፡ ለክሙ ፡ ተውህበ ፡ አእምሮ ፡ ስውራቲሁ ፡ ለመንግሥተ ፡ ሰማያት ፡ ወሎሙ
12 ሰ ፡ ኢተውህበ ፡=፡ እስመ ፡ ለዘቦ ፡ ይትወሀብ ፡ ወይፈድፈዶ ፡ ወለዘሰ ፡ አልቦ ፡ እለ
13 ሂቦ ፡ የሃይድዎ ፡፡=፡ ወበእንተዝ ፡ በምሳሌ ፡ እትናገሮሙ ፡ እስመ ፡ እንዘ ፡ ይሬኢ
14 ዩ ፡ ኢይሬእዩ ፡ ወእንዘ ፡ ይሰምዑ ፡ ኢይሰምዑ ፡ ወኢይሌብዉ ፡=፡ ከመ ፡ ይብጻ
ሕ ፡ ወይትፈጸም ፡ ላዕሌሆሙ ፡ ትንቢተ ፡ ኢሳይያስ ፡ ዘይቤ ፡ ሰሚዐ ፡ ትሰምዑ ፡ ወ
15 ኢትሌብዉ ፡ ወነጽሮ ፡ ትኔጽሩ ፡ ወኢትርእዩ ፡=፡ እስመ ፡ ገዝፈ ፡ ልቡ ፡ ለዝ ፡ ሕ
ዝብ ፡ ወበእዘኒሆሙ ፡ ድንቁወ ፡ ሰምዑ ፡ ወአዕይንቲሆሙ ፡ ዖወሩ ፡ ከመ ፡ ኢይርእ
ዩ ፡ በአዕይንቲሆሙ ፡ ወበእዝኖሙ ፡ ኢይስምዑ ፡ ወበልብ ፡ ኢይለብዉ ፡ ወኢይትመየ
16 ጡ ፡ ወኢየሀሉሙ ፡፡=፡ ወለክሙሰ ፡ ብፁዓት ፡ አዕይንቲክሙ ፡ እስመ ፡ ይርእያ ፡
17 ወእዘኒክሙ ፡ እስመ ፡ ይሰምዓ ፡፡=፡ አማን ፡ እብለክሙ ፡ ከመ ፡ ብዙኃን ፡ ነቢያት ፡
ወጻድቃን ፡ ፈተዉ ፡ ይርአዩ ፡ ዘትሬእዩ ፡ ወኢርእዩ ፡ ወይስምዑ ፡ ዘትሰምዑ ፡ ወኢሰ
18 ምዑ ፡፡=፡ አንትሙኬ ፡ ስምዑ ፡ ምስሎ ፡ ለዘ ፡ ይዘርእ ፡=፡

Et dum seminaret, fuit, quod cecidit in via, & venerunt volucres cæli, 4
& comederunt illud. Et fuit quod cecidit super petram, ubi non habebat 5
terram multam: et continuò floruit, quoniam non habebat profundam terram.
Et sole orto emarcuit: et quoniam non habebat radicem aridum factum est. 6
Et fuit quod cecidit in spinam, & germinando eo, id suffocavit spina, 7
idque strangulavit. Et fuit quod cecidit in terram bonam, & dedit 8
fructum, & fuit quod centum, & fuit quod sexaginta, et fuit quod tri- 9
ginta. Qui habet aures audire, audiat. Et appropinquantes discipuli 10
ejus dicunt ei, Propter quid in parabolis alloqueris eos? Et respondit, & 11
dixit, Quoniam vobis datum est cognoscere mysteria regni cœlorum, et illis
non datum est. Quoniam ei qui habet dabitur ei, et abundabit ei: et 12
ei qui non habet, quod datum fuit ei, ei auferetur. Et propter hoc in 13
parabolis alloquor eos, quia videntes non vident, et audientes non audi-
unt, nec intelligunt. Ut veniret et impleretur super eos prophetia Esaiæ 14
qui dicit, Audiendo audietis, et non intelligetis; et aspiciendo aspicie-
tis, et non videbitis. Quoniam incrassatum est cor hujus populi, et in 15
auribus eorum surdis graviter audiunt, et oculi eorum cæcutiunt, ut non
videant eum oculis eorum, et in auribus eorum non audiant, & in corde
non intelligant, et non convertantur, et non miserear eorum. Et ve- 16
stri beati sunt oculi quoniam vident, et aures vestræ quoniam audiunt.
Amen dico vobis, Quòd multi prophetæ, et justi desiderârunt videre quæ 17
videtis, et non viderunt, et audire quæ auditis, et non audierunt. Vos 18
igitur audite parabolam seminantis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

تمام شد † پیغمبر اشعیا که گفت نبوت شنیدنی بشنوید ودر نیابید * وعیان
15 ببینید * ونه دانید * دل این قوم تاریک شد * وبگوش خود گران شنیدند *
وچشم خود را بستند تا [چشم] نبینند * وبگوش نشنوند وبدل خود در نیابند *
16 وبس مرا بگروند * وایشانرا شفا دهم * اما خنك چشم شما که می بیند * وگوش
17 شما که می شنود * راست بشما بگویم * بسیاران از صدیقان وپیغمبران † آرزو
داشتند * که ببینند انچ شما دیدید * وبشنوند † انچ شما شنیدید * نه دیدند ونشنیدند *
18 * اما شما بشنوید † مثل کشاورز وتخم *

impletum est vaticinium Esaiæ,
qui dixit;

Prophetia.

Auditione audiunt & non intelligunt,
& clarè vident & non cognoscunt.
Cor hujus populi obtenebratum est, & 15
auribus suis graviter audiunt, &
oculos suos occluserunt: ne oculis
videant, & auribus audiant, &
corde suo intelligant, & ad me
convertantur, & illis salutem da-
rem. Veruntamen beatus est ocu- 16
lus vester qui vidit, & auris ve-
stra quæ audit. Verum vobis dico, 17
Plurimi justorum & Prophetarum
desiderium habuerunt, ut viderent
quæ vos videtis, & audirent quæ
vos auditis: sed non viderunt, nec
audiverunt. Vos autem audite pa- 18
rabolam agri & seminis.

'ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ' ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. ΙΓ'.

Omnis *audiente* verbum regni, & non *intelligente*, venit malus,
19 Παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον τῆς βασιλείας, καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς,
& rapit seminatum in corde ejus: hic est qui secus viam
καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν
seminatus. Qui autem super petrosa seminatus, hic est qui verbum *audiens*, &
20 σπαρείς. Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ
continuò cum gaudio *sumens* illud: Non habet autem radicem in *seipso*, sed
21 εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν· Οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ
temporalis est: facta autem tribulatione *aut* persequutione propter verbum, *statim*
πρόσκαιρός ἐστι· γενομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθὺς
scandalizatur. Qui autem in *spinas* seminatus, hic est qui verbum
22 σκανδαλίζεται. Ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον
audiens, & *anxietas* seculi istius, & *deceptio* divitiarum suffocat
ἀκούων, καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου συμπνίγει
verbum, & *infructuosus* fit. Qui verò in terram *pulchram* seminatus,
τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται. Ὁ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρεὶς,
23 hic est qui verbum *audiens* & *intelligens*: *quique* fructum *fert*, & facit *hoc* quidem
οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων καὶ συνιών· ὃς δὴ καρποφορεῖ, καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν
centum, *hoc* autem *sexaginta*, *hoc* verò *triginta*. Aliam parabolam proposuit
24 ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα. Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν
illis, dicens; *Assimilatum* est regnum cœlorum homini *seminanti pulchrum*
αὐτοῖς, λέγων· Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν

semen in agro suo. *In verò dormire* homines, venit ejus
σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους, ἦλθεν αὐτοῦ 25
inimicus, & seminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cùm autem
ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἔσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου, καὶ ἀπῆλθεν. Ὅτε δὲ 26
crevit herba, & fructum *fecit*, tunc apparuerunt & zizania. Acce-
ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια. Προσ- 27
dentes autem servi patrisfamilias, dixerunt ei; Domine, nónne *pulchrum* semen
ελθόντες δὲ οἱ δοῦλοι τοῦ οἰκοδεσπότου, εἶπον αὐτῷ, Κύριε, οὐχὶ καλὸν σπέρμα
seminâsti in tuo agro? Undè ergò habet zizania? *Ille verò* ait illis; Inimicus
ἔσπειρας ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ; πόθεν οὖν ἔχει τὰ ζιζάνια; Ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς, Ἐχθρὸς 28
homo hoc fecit. *At* servi dixerunt ei; Vis *igitur abeuntes*
ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν. οἱ δὲ δοῦλοι εἶπον αὐτῷ, Θέλεις οὖν ἀπελθόντες
colligamus ea? *Ille verò* ait; Non: ne fortè colligentes zizania,
συλλέξωμεν αὐτά; Ὁ δὲ ἔφη, Οὔ· μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, 29
eradicetis simul eis triticum. Sinite crescere utraque usque ad
ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον. Ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα μέχρι 30
messem: & in tempore messis dicam messoribus; Colligite primùm
τοῦ θερισμοῦ· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ ἐρῶ τοῖς θερισταῖς, Συλλέξατε πρῶτον
zizania, & alligate ea in fasciculos, ad comburendum *ea*: *At*
τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας, πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά· τὸν δὲ
triticum congregate in horreum meum.
σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην μου.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

19 ܟܠ ܕܫܡܥ ܡܠܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܘܠܐ ܡܣܬܟܠ ܒܗ ܐܬܐ ܒܝܫܐ ܘܚܛܦ ܡܠܬܐ ܕܙܪܝܥܐ *
20 ܒܠܒܗ ܗܢܘ ܕܥܠ ܐܘܪܚܐ ܐܙܕܪܥ * ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܠ ܫܘܥܐ ܐܙܕܪܥ ܗܢܘ ܗܘ ܕܫܡܥ
21 ܡܠܬܐ ܘܡܚܕܐ ܒܚܕܘܬܐ ܡܩܒܠ ܠܗ * ܠܝܬ ܠܗ ܕܝܢ ܥܩܪܐ ܒܗ ܐܠܐ ܕܙܒܢܐ
22 ܗܘ ܘܡܐ ܕܗܘܐ ܐܘܠܨܢܐ ܐܘ ܪܕܘܦܝܐ ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܥܓܠ ܡܬܟܫܠ * ܗܘ ܕܝܢ
ܕܒܝܬ ܟܘܒܐ ܐܙܕܪܥ ܗܢܘ ܗܘ ܕܫܡܥ ܡܠܬܐ ܘܨܦܬܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܛܘܥܝܝ ܕܥܘܬܪܐ
23 ܚܢܩܝܢ ܠܗ ܠܡܠܬܐ ܘܕܠܐ ܦܐܪܐ ܗܘܐ * ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܠ ܐܪܥܐ ܛܒܬܐ ܐܙܕܪܥ ܗܢܘ ܗܘ
ܕܫܡܥ ܡܠܬܝ ܘܡܣܬܟܠ ܘܝܗܒ ܦܐܪܐ ܘܥܒܕ ܐܝܬ ܕܡܐܐ ܘܐܝܬ ܕܫܬܝܢ ܘܐܝܬ ܕܬܠܬܝܢ
* ܕܩܘܪܒܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܟܗܢܐ * ܠܒ *
24 * ܐܚܪܢܐ ܡܬܠܐ ܐܡܬܠ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ ܕܡܝܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܓܒܪܐ ܕܙܪܥ ܙܪܥܐ ܛܒܐ
25 ܒܩܪܝܬܗ * ܘܟܕ ܕܡܟܘ ܒܢܝܢܫܐ ܐܬܐ ܒܥܠܕܒܒܗ ܘܙܪܥ ܙܝܙܢܐ ܒܝܬ ܚܛܐ ܘܐܙܠ
26 * ܟܕ ܕܝܢ ܝܥܐ ܥܣܒܐ ܘܥܒܕ ܦܐܪܐ ܗܝܕܝܢ ܐܬܚܙܝܘ ܐܦ ܙܝܙܢܐ
27 * ܘܩܪܒܘ ܥܒܕܘܗܝ ܕܡܪܐ ܒܝܬܐ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܡܪܢ ܠܐ ܗܐ ܙܪܥܐ ܛܒܐ ܙܪܥܬ ܒܩܪܝܬܟ ܡܢܐ ܐܝܬ ܒܗ
28 ܙܝܙܢܐ * ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܓܒܪܐ ܒܥܠܕܒܒܐ ܗܘ ܥܒܕ ܗܕܐ * ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܥܒܕܘܗܝ
29 ܨܒܐ ܐܢܬ ܢܐܙܠ ܢܓܒܝܢܝܗܝ * ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܠܡܐ ܟܕ ܡܓܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܙܝܙܢܐ
30 ܬܥܩܪܘܢ ܥܡܗܘܢ ܐܦ ܚܛܐ * ܫܒܘܩܘ ܢܪܒܝܢ ܬܪܝܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܥܕܡܐ ܠܚܨܕܐ ܘܒܙܒܢܐ
ܕܚܨܕܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܚܨܘܕܐ ܓܒܘ ܠܘܩܕܡ ܙܝܙܢܐ ܘܐܣܘܪܘ ܐܢܘܢ ܩܡܘܨܐ ܩܡܘܨܐ
ܕܢܐܩܕܘܢ ܚܛܐ ܕܝܢ ܟܢܫܘ ܠܐܘܨܪܝ

Quisquis audit sermonem regni, nec intel- 19
ligit eum, venit Malus, & rapit verbum
quod satum est in corde ipsius: hoc est
quod juxta viam seminatur. Illud verò 20
quod super petram satum est, is est qui au-
dit sermonem, & eâdem horâ cum gaudio
excipit eum. Verùm non habet radicem 21
in ipso, sed temporarius est: Quumque
acciderit calamitas aut persecutio propter
sermonem, statim offenditur. Illud autem 22
quod inter spinas satum est, is est qui au-
dit sermonem: sed solicitudo mundi hu-
jus, & fallaciæ divitiarum suffocant ipsum
sermonem, & infructuosus fit. Illud autem 23
quod super terram bonam satum est, is est
qui audit sermonem meum, & intelligit,
& edit fructus, profertque alius centenos,
& alius sexagenos, alius denique tricenos.

Ad oblationem dominicæ sacerdotum. 32.

Aliam parabolam figuravit eis, inquiens; 24
Simile est regnum cœlorum viro seminanti
semen bonum in agro suo. Et quum dor- 25
missent homines, venit hostis ejus, & se-
minavit zizania inter triticum, & abiit.
Quum autem pullulâsset herba, & edidis- 26
set fructus, tunc apparuerunt etiam zizania.
Et accesserunt servi patris familiás, & dixe- 27
runt ei; Domine noster, nónne semen bo-
num seminâsti in agro tuo? undè habet zi-
zania? Ipse autem ait illis; Homo inimi- 28
cus hoc egit: cui subdunt servi ipsius, Vis
ut eamus, & seligamus ea? At ille dixit 29
eis; Ne fortè dum collecturi estis zizania,
eradicetis cum eis etiam triticum, Sinite 30
crescant utraque simul usque ad messem; &
tempore messis dicam ego messoribus, Se-
ligite primùm zizania, & ligate ea in fasci-
culos ut comburantur: tritica verò ipsa
cogite in horrea mea.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

هفتاد دو — تفسير مثل تخم كاشتن

19 هر كه كلمهٔ ملكوت را بشنود ودر نيابد * واكاه نشود * شر بيايد * وان كلمه كه
20 در دل او كاشته شده است † بربايد * اينست † انك بر كنار راه افتاد * وانك بر سنك
21 كاشته شد * اوست انك كلمه را شنود * وهمانساعت بشادي قبول كند * ودر
نكيرسد الا همان ساعت * انكه چون دشخواري † بشود ودشمن براي كلمه پيدا شود * او
22 زود منكر شود * وانك در ميان † خارها كاشته شد * اوست انك كلمه را بشنود وغم اين †
23 عالم وضلالت † مكسب † اصل كلمه را خبه كند * واو بي بهره † وبي ميوه بماند * وانك
بر زمين نيك كاشته شد اوست انك كلمهٔ مرا بشنود * ودر يابد ميوه دهد * باشد كه صد *
وباشد كه شصت * وباشد كه سي *

هفتاد سه — مثل كشته وزيوان

24 مثلي ديكر زد * وبديشان كفت ملكوت آسمان مانندست † بمردي كه درده خود † تخم پاك بكاشت * 25 چون
مردم خفتند * دشمن او آمد * ودر ميان تخم پاك زيوان انداخت * يعني تلخ دانه * وبرفت *

LXXII. Expositio parabolæ semen seminandi.

Quicunque sermonem regni audit, 19
& non intelligit nec percipit, Ma-
lus venit, & sermonem illum, qui
in corde ejus seminatus est, rapit:
hoc est quod juxta viam cecidit.
Id autem quod super petram semina- 20
tum est, ille est qui sermonem audit,
& eâdem horâ cum gaudio excipit;
Et non nisi eodem instanti viget: 21
illicò difficultate existente, & ini-
micitiâ propter verbum subortâ, ille
statim apostata fit. Illud autem quod 22
inter spinas seminatum est, is est
qui verbum audit, & solicitudo hujus
mundi & error lucri radicem ser-
monis strangulat, & infructuosus
& sterilis manet. Quod denique 23
in bonam terram seminatum est, is est
qui sermone meo audito, & intellecto,
fructum dat; est qui centum, &
est qui sexaginta, & est qui tri-
ginta.

LXXIII. Parabola frumenti & zizanii.

Parabolam aliam excudit, ac illis 24
dixit; Regnum cœlorum simile est
viro, qui in agro suo semen pu-
rum seminavit. Et cùm dormi- 25
vent homines, inimicus ejus venit,
& inter semen purum zizanium
(i. e. lolium) injecit, & abiit.

Versio VULGATA LATINA.

19 Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit
quod ſeminatum eſt in corde ejus: hic eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt.
20 Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt, qui verbum audit, & con-
21 tinuò cum gaudio accipit illud: Non habet autem in ſe radicem, ſed eſt
temporalis: factâ autem tribulatione & perſecutione propter verbum, con-
22 tinuò ſcandalizatur. Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt, qui verbum
audit, & ſolicitudo ſeculi iſtius, & fallacia divitiarum, ſuffocat verbum,
23 & ſine fructu efficitur. Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt,
qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem
24 centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò trigeſimum. Aliam para-
bolam propoſuit illis, dicens; Simile factum eſt regnum cœlorum homini,
qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo. Cùm autem dormirent homines, 25
venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici, & abiit.
Cùm autem creviſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & ziza- 26
nia. Accedentes autem ſervi patris familiâs, dixerunt ei; Domine, nónne 27
bonum ſemen ſeminâſti in agro tuo? Undè ergò habet zizania? Et ait il- 28
lis; Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei; Vis, imus, &
colligimus ea? Et ait; Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſi- 29
mul cum eis & triticum. Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem, & in 30
tempore meſſis dicam meſſoribus; Colligite primùm zizania, & alligate ea in
faſciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

19 * كل من يسمع كلام الملكوت ولا يفهمه يأتي الشرير فيخطف ما قد زرع في قلبه * هذا
20 المزروع على الطريق * والذي زرع على الصخر هو الذي يسمع الكلام وللوقت يقبله
21 بفرح * وليس له فيه أصل * لكن الى زمن يسير اذا حدث ضيق او طرد من اجل الكلام
22 فللوقت يشك * والذي زرع في الشوك فهو الذي يسمع الكلام فيخنق فيه اهتمام
23 هذا الدهر وخداع الغنى فيكون بغير ثمر * والذي زرع في الارض الجيدة هو الذي يسمع
الكلام ويفهمه فيعطي ثمرا * للواحد مائة * ولآخر ستين * ولآخر ثلثين *

* الفصل الثامن والثلثون *

24 * وضرب لهم مثلا آخر قائلا تشبه ملكوت السموات انسانا زرع زرعا جيدا في حقله * فلما نام
25 الناس جاء عدوه فزرع زوانا وسط القمح ومضى * فلما نبت القمح واثمر حينئذ ظهر الزوان
26 ايضا * فجاء عبيد رب البيت فقالوا له يا سيد أليس زرعا جيدا زرعت في حقلك فمن
27 اين صار فيه زوان * فقال لهم رجل عدو فعل هذا * فقال له عبيده اتريد ان نذهب
28 فنجمعه * فقال لهم لا لئلا تجمعوا الزوان فتقلعوا معه الحنطة * دعوهما ينبتان جميعا الى
29 زمن الحصاد * وفي زمان الحصاد اقول للحصادين اجمعوا اولا الزوان وشدوه حزما ليحرق واما
30 القمح فاجمعوه الى اهرائي *

Omnis qui audit verba regni, & non intelligit ea, venit Malus, & rapit quod ſeminatum fuit in corde ejus: hoc eſt ſeminatum ſuper viam. 19
Et quod ſeminatum eſt ſuper petram; eſt is qui audit verba, & continuò recipit ea cum gaudio. 20
Et non habet in eo radicem; ſed ad tempus modicum, cùm acciderit tribulatio aut perſecutio propter verba, continuò ſcandalizatur. 21
Et quod ſeminatum eſt in ſpinis, eſt is qui audit verba, & ſuffocat verba in eo ſolicitudo hujus ſeculi & fallacia divitiarum, & efficitur ſine fructu. 22
Et quod ſeminatum eſt in terram bonam: eſt qui audit verba & intelligit ea; Nam reddit fructum uni centum, & alteri ſexaginta, & alii triginta. 23

Sectio trigeſima octava.

Et propoſuit eis parabolam aliam, dicens; Aſſimilatur regnum cœlorum homini qui ſeminavit ſemen bonum in agro ſuo. 24
Cùm autem dormiviſſent homines, venit inimicus ejus, & ſeminavit zizania inter triticum, & abiit. 25
Cùmque creviſſet triticum, & fructificâſſet, tunc apparuerunt zizania quoque. 26
Venerunt autem ſervi domini herbæ, & dixerunt ei; Domine, nónne ſemen bonum ſeminâſti in agro tuo? unde ergò facta ſunt in eo zizania? 27
Et ait illis; Homo inimicus fecit hoc. Dixerunt ſervi ejus, Viſne eamus & colligamus ea? 28
Dixit eis, Non; ne fortè colligatis zizania, & eradicetur cum eis triticum. 29
Sinite ambo creſcere ſimul uſque ad tempus meſſis: & in tempore meſſis dicam meſſoribus; Colligite zizania prius, & alligate ea in faſciculos ut comburantur, triticum autem congregate in horrea mea. 30

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

19 ኵሉ፡ ዘይሰምዕ ፡ ነገረ ፡ መንግሥተ ፡ ሰማያት ፡ ሃሎ ፡ ዘኢይሌቡ ፡ ይመጽእ ፡ እኩይ ፡ ወ
20 ይመሥጥ ፡ ዘተዘርአ ፡ ውስተ ፡ ልቡ ፡ ውእቱኬ ፡ ዘተዘርአ ፡ ውስተ ፡ ፍኖት ፡፡ ወ
ዘውስተ ፡ ኰኵሕሰ ፡ ተዘርአ ፡ ውእቱዝ ፡ ዘነገረ ፡ ይሰምዕ ፡ ወፍጡነ ፡ ዘበፍሥሐ ፡
21 ይትወከፍ ፡፡ ወአልቦ ፡ ሠርወ ፡ ለዕሌሁ ፡ ለጊዜሁ ፡ ክመ ፡ ውእቱ ፡ ወከዊኖሰ ፡ ም
22 ንደቤ ፡ ወስደት ፡ በእንተዝ ፡ ነገር ፡ በጊዜሃ ፡ የዓሉ ፡፡ ወዘሰ ፡ ውስተ ፡ ሦክ ፡ ተዘ
ርአ ፡ ዝውእቱ ፡ ዘነገረ ፡ ይሰምዓ ፡ ወትካዘ ፡ ዝዓለም ፡ ወስብሐተ ፡ ብዕል ፡ ተኀን
23 ቆ ፡ ለነገር ፡ ወዘእንበለ ፡ ፍሬ ፡ ይከውን ፡፡ ወዘውስተ ፡ ሠናይሰ ፡ ምድር ፡ ተዘ
ርአ ፡ ዝውእቱ ፡ ዘነገረ ፡ ይሰምዕ ፡ ወይሌቡ ፡ ወይፈሪ ፡ ወይገብር ፡ ፻ ፡ ወቦዘ ፡
24 ፷ ፡ ወቦ ፡ ዘ፴ ፡፡ ካልአተ ፡ ምሳሌ ፡ አምጽአ ፡ ሎሙ ፡ እንዘ ፡ ይብል ፡ ት
መስል ፡ መንግሥተ ፡ ሰማያት ፡ ብእሴ ፡ ዘዘርአ ፡ ሠናየ ፡ ዘርአ ፡ ውስተ ፡ ገራህቱ ፡፡
25 ወእንዘ ፡ ይነውሙ ፡ ሰብኡ ፡ መጽአ ፡ ጸላኢሁ ፡ ወዘርአ ፡ ሎቱ ፡ ክርደደ ፡ ማእከ
26 ለ ፡ ስርናይ ፡ ወኀለፈ ፡፡ ወአመዝ ፡ በቈለ ፡ ሣዕሩ ፡ ወፈረየ ፡ ፍሬ ፡ አሜሃ ፡ አ
27 ስተርአየ ፡ ክርደዱኒ ፡፡ ወቀረቡ ፡ አርድእቲሁ ፡ ለበዓለ ፡ ገራህት ፡ ይቤልዎ ፡ እ
ግዚኦ ፡ አኮሁ ፡ ሠናየ ፡ ዘርአ ፡ ዘራእከ ፡ ውስተ ፡ ገራህትከ ፡ እምአይቴ ፡ እንከ ፡
28 ሎቱ ፡ ክርደድ ፡፡ ወይቤሎሙ ፡ ፀራዊ ፡ ብእሲ ፡ ዘንተ ፡ ገብረ ፡ ወአግብርቲሁ ፡ ይ
29 ቤልዎ ፡ ትፈቅደኑ ፡ እንከ ፡ ንሑር ፡ ወንእርዮን ፡፡ ወይቤሎሙ ፡ አልቦ ፡ እመቦ ፡ ከመ ፡
30 እንዘ ፡ ተአርዩ ፡ ክርደደ ፡ ኢትምሐውዎ ፡ ምስሌሆሙ ፡ ስርናዩ ፡፡ ኅድጉ ፡ ይልሀ
ቁ ፡ ኅቡረ ፡ እስከ ፡ ማእረር ፡ ወበጊዜ ፡ ማእረር ፡ እብሎሙ ፡ ለዐፀድ ፡ አርዩ ፡ ቅ
ድመ ፡ ክርደደ ፡ ወእሰርዎሙ ፡ ከላስስቲሆሙ ፡ ለአንድዶቶሙ ፡ ወስርናዮሰ ፡ አስተጋብ
ኡ ፡ ውስተ ፡ ቤትየ ፡፡

Omnis qui audit verbum regni cœlorum, exiſtens talis qui non intelligit illud, 19
venit Malus, & rapit quòd ſeminatum fuit in corde ejus: is igitur eſt qui ſe-
minatus fuit in via. Et qui in petra ſeminatus fuit, hic eſt qui verbum au- 20
dit, & ſtatim hoc cum gaudio accipit: Et non habens radicem ſuper eum, 21
temporalius idem eſt: & factâ tribulatione & perſecutione propter hoc ver-
bum, confeſtim ſubvertit illud. Et qui in ſpina ſeminatus fuit, hic eſt qui 22
verbum audit, & ſolicitudo hujus mundi, & rapiditas divitiarum ſuffocat ver-
bum, & ſine fructu efficitur. Et qui in bona terra ſeminatus fuit, hic eſt 23
qui verbum audit & intelligit illud: & fructum fert, & facit centum, &
eſt qui ſexaginta, & eſt qui triginta. Aliam parabolam produxit iis, dicens; 24
Simile eſt regnum cœlorum homini qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo. Et 25
dormiente illo, tunc venit inimicus ejus, & ſeminavit ei carduos in medio tri-
tici, & pertranſivit. Quum autem germinâſſet herba ejus, & produxiſſet 26
fructum ſuum, tunc apparuit carduus etiam. Et accedentes adjutores domini 27
agri, dicunt ei; Domine, nónne bonum ſemen ſeminâſti in agro tuo? unde igitur
ei inſunt cardui? Et dicit illis, Inimicus homo hoc fecit. Et ſervi ejus 28
dicunt ei; Viſne igitur ut eamus, et colligamus? Et dicit iis, Non ita fiat, 29
quòd colligentes carduos, evellatis cum iis triticum. Sinite ut creſcant ſimul 30
uſque meſſem: et in tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primùm car-
duos, et colligate manipulos eorum, ut accendantur: et triticum colligite in do-
mum meam.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

26
27 * چون کشت بکمال رسید ومیوه داد تلخ دانه نیز پیدا شد * آمدند بندکان وخداوند
کشت کفتند * که ای خداوند * تو تخم نیك در ده خود کاشته بودی * تلخ دانه در
28 میانش از کجا بدر آمد * او جواب داد که کسی بدشمنی انداخته باشد بندکان
29 کفتند * که دستوری ده تا تلخ دانه را ازش جدا کنیم * کفت نبادا که تلخ
30 دانه را بکنید * کندم نیز با ان † ضایع شود * رها کنید * تا بهمدیکر پرورده شوند
وچون هنکام درویدن باشد * بمردوران درو بکوییم که تلخ دانه را اول بکزینند
ودسته بندند وباتش بسوزند * وکندم را در انبار ذخیره نهند

Segete autem matureſcente, et fructum edente, lolium etiam apparuit. 26
Venerunt ſervi, et agricolæ dixerunt; Quin tu, ô domine, ſemen bonum in agro tuo ſeminâſti, lolium igitur inter illud undè provenit? 27
Ille reſpondit, Quiſpiam per inimicitiam injecit. Servi dixerunt, Permitte itaque nobis ut lolium exinde ſecernamus. 28
Dixit, Nequaquam; ne vobis lolium evellentibus triticum etiam cum eo pereat. 29
Sinite ut unà creſcant, et cum tempus metendi fuerit, meſſoribus dicam, ut lolium prius ſelegant, et in faſciculos ligent, et igni comburant; triticum verò in horreum recondant. 30

Aliam parabolam propoſuit eis, dicens; Simile eſt regnum cœlorum ρλζ
31 Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων, Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν β
grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo. Quod
32 κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. Ὃ
minus quidem eſt omnium ſeminum: cùm autem creverit, majus
μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων· ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον
oleribus eſt, & fit arbor, ita ut venire volucres cœli,
τῶν λαχάνων ἐστὶ, καὶ γίνεται δένδρον, ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ,
& umbracula facere in ramis ejus. Aliam parabolam locutus eſt eis; ρλη
33 καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ. Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς, ς
Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod accipiens mulier abſcondit in
Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς
farinæ ſatis tribus, uſque quò fermentatum eſt totum. Hæc omnia locutus eſt
34 ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ρλθ
Jeſus in parabolis turbis, & ſine parabola non loquebatur ς
ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις, καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει
eis: Ut impleretur pronuntiatum per Prophetam, dicentem;
35 αὐτοῖς· Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος, ρμ
Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à ι
Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ
conſtitutione mundi. Tunc dimittens turbas, venit in domum Jeſus:
36 καταβολῆς κόσμου. Τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους, ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ὁ Ἰησοῦς·
Et acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, dicentes; Explica nobis
καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Φράσον ἡμῖν
parabolam zizaniorum agri. Ille verò reſpondens ait illis;
τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, 37
Seminans pulchrum ſemen, eſt Filius hominis. At ager eſt
Ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα, ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· Ὁ δὲ ἀγρός, ἐστιν 38
mundus. Verùm pulchrum ſemen, hi ſunt filii regni.
ὁ κόσμος· τὸ δὲ καλὸν σπέρμα, οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας·
At zizania ſunt filii mali. At inimicus ſeminans ea, eſt
τὰ δὲ ζιζάνιά, εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ. Ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτά, ἐστιν 39
diabolus: At meſſis, conſummatio ſeculi eſt: At meſſores,
ὁ διάβολος· ὁ δὲ θερισμὸς, συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστιν· οἱ δὲ θερισταὶ,
angeli ſunt. Sicut ergò colliguntur zizania, & igni comburuntur:
ἄγγελοί εἰσιν. Ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ κατακαίεται· 40
ſic erit in conſummatione ſeculi hujus. Mittet Filius hominis
οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου 41
angelos ſuos: & colligent de regno ejus omnia
τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα
ſcandala, & facientes iniquitatem: Et mittent eos in
τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν· Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς 42
caminum ignis. Ibi erit fletus & fremitus dentium.
τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.
Tunc juſti fulgebunt ſicut Sol, in regno Patris eorum.
Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. 43
Habens aures audire, audiat.
ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

31 * ܐܚܪܢܐ ܡܬܠܐ ܐܡܬܠ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ ܕܡܝܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܦܪܕܬܐ ܕܚܪܕܠܐ. ܕܢܣܒ
32 ܓܒܪܐ ܙܪܥܗ ܒܩܪܝܬܗ. * ܘܗܝ ܙܥܘܪܐ ܗܝ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܙܪܥܘܢܐ. ܡܐ ܕܝܢ ܕܪܒܬ ܪܒܐ ܗܝ
ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܝܪܩܘܢܐ. ܘܗܘܝܐ ܐܝܠܢܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܬܐܬܐ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܬܩܢ ܒܣܘܟܘܗܝ. * ܐܚܪܢܐ 33
ܡܬܠܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܕܡܝܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܠܚܡܝܪܐ ܗܘ ܕܫܩܠܬ ܐܢܬܬܐ ܛܡܪܬ ܒܬܠܬ
34 ܣܐܝܢ ܕܩܡܚܐ. ܥܕܡܐ ܕܟܠܗ ܚܡܥ. * ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܡܠܠ ܝܫܘܥ ܒܡܬܠܐ
35 ܠܟܢܫܐ. ܘܕܠܐ ܡܬܠܐ ܠܐ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ. * ܐܝܟ ܕܢܬܡܠܐ ܡܕܡ ܕܐܬܐܡܪ ܒܝܕ ܢܒܝܐ
36 ܕܐܡܪ. ܐܦܬܚ ܦܘܡܝ ܒܡܬܠܐ. ܘܐܒܥ ܟܣܝܬܐ ܕܡܢ ܩܕܡ ܬܪܡܝܬܗ ܕܥܠܡܐ. * ܗܝܕܝܢ
ܫܒܩ ܝܫܘܥ ܠܟܢܫܐ ܘܐܬܐ ܠܒܝܬܐ. ܘܩܪܒܘ ܠܘܬܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܦܫܘܩ
37 ܠܢ ܡܬܠܐ ܗܘ ܕܙܝܙܢܐ ܘܕܩܪܝܬܐ. * ܗܘ ܕܝܢ ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܗܘ ܕܙܪܥ ܙܪܥܐ ܛܒܐ
38 ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. * ܩܪܝܬܐ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗ ܥܠܡܐ. ܙܪܥܐ ܕܝܢ ܛܒܐ ܒܢܝܗ ܐܢܘܢ ܕܡܠܟܘܬܐ.
39 ܙܝܙܢܐ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܢܘܗܝ ܕܒܝܫܐ. * ܒܥܠܕܒܒܐ ܕܝܢ ܕܙܪܥ ܐܢܘܢ ܐܝܬܘܗܝ ܣܛܢܐ.
40 ܚܨܕܐ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܫܘܠܡܗ ܕܥܠܡܐ. ܚܨܘܕܐ ܕܝܢ ܡܠܐܟܐ. * ܐܝܟܢܐ ܗܟܝܠ ܕܡܬܓܒܝܢ
41 ܙܝܙܢܐ ܘܝܩܕܝܢ ܒܢܘܪܐ. ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܒܫܘܠܡܗ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ. * ܢܫܕܪ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ
ܡܠܐܟܘܗܝ. ܘܢܓܒܘܢ ܡܢ ܡܠܟܘܬܗ ܟܠܗܘܢ ܡܟܫܘܠܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܥܒܕܝ ܥܘܠܐ.
42 * ܘܢܪܡܘܢ ܐܢܘܢ ܒܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ. ܬܡܢ ܢܗܘܐ ܒܟܝܐ ܘܚܘܪܩ ܫܢܐ. * ܗܝܕܝܢ ܙܕܝܩܐ ܢܢܗܪܘܢ
43 ܐܝܟ ܫܡܫܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܐܒܘܗܘܢ. ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ ܕܢܫܡܥ ܢܫܡܥ.

Aliam parabolam figuravit eis, dicens; 31
Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod acceptum homo ſeminavit in agro ſuo. Et ipſum quidem minimum eſt 32
omnium ſeminum: quum autem excreverit, maximum eſt omnium olerum, & fit arbor: ita ut veniat volatile cœli, & nidificet in ramis ejus. Aliam parabolam 33
dixit eis; Simile eſt regnum cœlorum fermento illi, quod acceptum mulier abdidit in tribus ſatis farinæ, uſquedum totum fermentaretur. Hæc omnia locu- 34
tus eſt Jeſus per parabolas ad turbas, nec abſque parabolis colloquebatur eis: Ut adimpleretur id quod dictum eſt per 35
prophetam, dicentem; Aperiam os meum in parabolis, & proferam abſcondita quæ fuerunt ante jacta mundi fundamenta. Tunc dimiſit Jeſus turbas, ve- 36
nitque domum: & adierunt eum diſcipuli ejus, & dicunt ei; Explica nobis parabolam illam zizaniorum & agri. Ipſe 37
verò reſpondit, & ait illis; Is qui ſeminavit ſemen bonum eſt filius hominis: Et ager eſt mundus: ſemen ve- 38
rò bonum, ſunt filii regni: zizania verò, ſunt filii Mali. Inimicus autem qui 39
ſeminavit ea, eſt Satanas: Meſſis verò, eſt conſummatio mundi: meſſores autem, angeli. Sicut itaque ſeliguntur zizania, 40
& comburuntur igni; ſic erit in conſummatione mundi hujus. Mittet filius ho- 41
minis angelos ſuos, & ſeligent ex ipſius regno omnia ſcandala, omneſque agentes iniquitatem. Et projicient eos in forna- 42
cem ignis: illic erit fletus & ſtridor dentium. Tunc juſti ſpendeſcent ut ſol in 43
regno patris ſui. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Verſio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

31 هفتاد چهار مثل دانه خردل *مثل ديكر براي ايشان زد وكفت ملكوت
32 آسمان مانندست بدانهٔ خردل كه كسي اورا در ده خود كاشت * كه ازهمه تخمها
كوچكترست وچون برويد ازهمه كشتها بلندتر وبزركتر باشد چنانك مرغ آسمان
33 بيايد وزير شاخ [او] آشيان سازند هفتاد پنج مثل خمير مايه * مثلي
ديكر اغاز كرد كه ملكوت آسمان مانند است بخمير مايه كه زن† آنرا بستاند • ودر سه
34 پيمانه آرد نهد • تا انكه كه همه خمير شود • *عيسي همه سخن بمثل† كفت با جماعت •
35 وبي مثل سخن بديشان نمي كفت • *تا تمام شود هر چه † در پيغامبر كفته شد
نبوت دهن خود بمثلها بكشايم • وبجويم نهانيهايي • كه زودتر از اغاز جهان
36 پوشيده بودند هفتاد شش تفسير مثل تلخ دانه *انكه عيسي جماعت را
رها كرد • ودر خانه در آمد • شاكردان نزديك او شدند وكفتند • مثل تلخ دانه وده را براي
37 ما تفسير كن • *او بديشان جواب داد وكفت • انك تخم نيك كاشت فرزند ادمي است •

LXXIV. Parabola grani ſinapis.

Parabolam aliam illis propoſuit, et dixit; Regnum cœlorum ſimile eſt grano ſinapis, quod homo in agro ſuo ſeminavit. 31 *Quod omnium ſeminum minimum eſt; cùm verò excreverit, omnium ſatorum altiſſimum et maximum evadit: adeò ut aves cœli veniant, et ſub ramis ejus nidificent.* 32

LXXV. Parabola fermenti.

Parabolam aliam exorſus eſt, regnum cœlorum ſimile eſſe fermento, quod accepit mulier et tribus menſuris farinæ indidit, donec totum fermentaretur. 33 *Jeſus omne verbum in parabola locutus eſt ad turbam, et ſine parabola verbum iis non dixit.* 34 *Ut compleretur omne quod per Prophetam dictum fuerat.* 35

Prophetia.

Os meum in parabolis aperiam, et quæram abſcondita, quæ priuſquam initium cœpit mundus tecta fuerunt.

LXXVI. Expoſitio parabolæ lolii.

Tunc Jeſus turbam dimiſit, et in domum ingreſſus eſt: & acceſſerunt ad eum diſcipuli, et dixerunt; Parabolam lolii et agri nobis expone. 36 *Ipſe illis reſponſum dedit, et dixit; Ille qui ſemen bonum ſeminavit, Filius hominis eſt.* 37

Versio VULGATA LATINA.

Aliam parabolam proposuit eis dicens; Simile est regnum cœlorum grano sina-
31 pis, quod accipiens homo seminavit in agro suo: Quod minimum quidem est
32 omnibus seminibus: cùm autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit ar-
bor, ita ut volucres cœli veniant, & habitent in ramis ejus. Aliam parabolam lo-
33 cutus est eis. Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abs-
condit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus
34 est Jesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: Ut imple-
35 retur quod dictum erat per Prophetam, dicentem; Aperiam in parabolis os me-
um, eructabo abscondita à constitutione mundi. Tunc, dimissis turbis, venit in
36 domum: & accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes; Edissere nobis parabo-
lam zizaniorum agri. Qui respondens, ait illis; Qui seminat bonum semen, 37
est Filius hominis. Ager autem, est mundus. Bonum verò semen, hi sunt 38
filii regni. Zizania autem, filii sunt nequam. Inimicus autem, qui semina- 39
vit ea, est diabolus. Messis verò, consummatio seculi est. Messores autem,
angeli sunt. Sicut ergò colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit 40
in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de 41
regno ejus omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: Et mittent eos 42
in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Tunc justi fulgebunt 43
sicut Sol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* الفصل التاسع والثلثون *

31 * وضرب لهم مثلاً آخر قائلاً تشبه ملكوت السموات حبة خردل اخذها انسان وزرعها في حقله ·
32 * لانها اصغر الزراريع كلها · فاذا نبت صارت اكبر من جميع البقول · وتصير شجرة حتي
33 ان طائر السماء يستظل في اغصانها * وقال لهم مثلاً آخر تشبه ملكوت السموات خميرًا
34 اخذته امراة وخبأته في ثلثة اكيال دقيق فاختمر الجميع * هذا كله قاله يسوع للجموع
35 بامثال وبغير مثل لم يكن يكلمهم * هذا ليتم ما قيل من النبي افتح فاي بالامثال
36 وانطق بالخفيات منذ انشاء العالم * حينئذ ترك الجمع وجاء الي البيت · فجاء اليه تلاميذه
37 وقالوا فسر لنا مثل زوان الحقل * فاجاب قائلاً الذي زرع الزرع الجيد هو ابن الانسان ·
38 39 * والحقل هو العالم · والزرع الجيد هم بنو الملكوت · والزوان هم بنو الشرير * والعدو الذي
40 زرعهم هو الشيطان · والحصاد هو منتهي الدهر · والحصادون هم الملائكة * وكما انهم
41 يجمعون الزوان اولاً ويحرق بالنار هكذا يكون في منتهي هذا الدهر * يرسل ابن الانسان
42 ملائكته فيجمعون من مملكته كل اهل الشكوك وفاعلي الاثم * فيلقونهم في اتون
43 النار حيث البكاء وصرير الاسنان * حينئذ تضيء الصديقون كالشمس في ملكوت ابيهم ·
من له اذنان سامعتان فليسمع *

Sectio trigesima nona.

Et proposuit eis parabolam aliam, di- 31
cens; Assimilatur regnum cœlorum gra-
no sinapis, quod accepit homo, & se-
minavit in agro suo. Nam ipsum est 32
minimum seminum omnium: Sed quum
creverit, fit maximum omnium olerum,
& fit arbor, ita ut volucre cœli obum-
bretur sub ramis ejus. Et dixit eis para- 33
bolam aliam; Comparatur regnum cœ-
lorum fermento, quod accepit mulier
& abscondit illud in tribus mensuris
farinæ: ac fermentatum est totum.
Hæc omnia dixit Jesus turbis per pa- 34
rabolas: & sine parabola non loqueba-
tur eis: Hoc, ut adimpleretur quod 35
dictum est à propheta; Aperiam os me-
um in parabolis, & loquar abscondita
à creatione mundi. Tunc dereliquit tur- 36
bam, & venit in domum. Venerunt
autem ad eum discipuli ejus, & dixe-
runt; Edissere nobis parabolam ziza-
niorum agri. Respondit autem, & di- 37
xit; Qui seminavit semen bonum, est
filius hominis. Et ager, est mundus: 38
& semen bonum, sunt filii regni: &
zizania, sunt filii maligni. Et inimi- 39
cus qui seminavit eos, est diabolus. Et
messis, est finis seculi: & messores,
sunt angeli. Et quemadmodum congre- 40
gant zizaniam priùs, & comburunt igni:
sic erit in fine hujus seculi. Mittet fi- 41
lius hominis angelos suos, & colligent de
regno ejus omnia scandala, & operantes
iniquitatem. Et projicient eos in forna- 42
cem ignis, ubi fletus & stridor dentium.
Tunc fulgebunt justi veluti sol in regno 43
patris sui. Qui habet aures audientes,
audiat.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

31 ካልእተ ፡ ምስሌ ፡ አምጽአ ፡ ሎሙ ፡ እንዘ ፡ ይብል ፡ ትመስል ፡ መንግሥተ ፡ ሰማያት ፡
32 ሕጠተ ፡ ሰናፔ ፡ ዘነሥአ ፡ ብእሲ ፡ ወዘርአ ፡ ውስተ ፡ ገራህቱ ፡፡ ወትንእስ ፡ እምኵ
ሉ ፡ እዝርእት ፡ ወሶበ ፡ ልህቀት ፡ ተዐቢ ፡ እምኵሉ ፡ አሕማል ፡ ወትከውን ፡ ዕፀ ፡
ዓቢየ ፡ እስከ ፡ ሶበ ፡ አዕዋፈ ፡ ሰማይ ፡ ይመጽኡ ፡ ወይኀድሩ ፡ ውስተ ፡ አዕጹቂሃ ፡፡
33 ካልእተ ፡ ምሳሌ ፡ ነገሮሙ ፡ ትመስል ፡ መንግሥተ ፡ ሰማያት ፡ ብሑአ ፡ ዘነሥአት ፡ ብ
34 እሲት ፡ ወኀብአት ፡ ውስተ ፡ ሠሪጽ ፡ ዘሠለስቱ ፡ መሣልስ ፡ ወብሕአ ፡ ኵሉ ፡፡ ዘ
ንተ ፡ ኵሎ ፡ ተናገረ ፡ እግዚኢየሱስ ፡ በምሳሌ ፡ ለአሕዛብ ፡፡ ወዘእንበለ ፡ ምሳሌሁ ፡
35 ኢተናገሮሙ ፡፡ ከመ ፡ ይብጻሕ ፡ ቃል ፡ ወይትፈጸም ፡ ዘተብህለ ፡ በነቢይ ፡ እንዘ ፡
36 ይብል ፡ እከሥት ፡ በምሳሌ ፡ አፉየ ፡ ወእነግር ፡ ኅቡአተ ፡ ዘእምትካት ፡፡ ወእም
ዝ ፡ ኀደጎ ፡ ለሕዝብ ፡ ውስተ ፡ ቤት ፡ ቦአ ፡ ወቀርቡ ፡ አርዳኢሁ ፡ እንዘ ፡ ይብልዎ ፡
37 ፈክር ፡ ለነ ፡ ምሳሌ ፡ ዘክርደድ ፡ ወዘገራህት ፡፡ ወአውሥአ ፡ ወይቤ ፡ ዘይዘርእ ፡
38 ሠናየ ፡ ዘርአ ፡ ውእቱ ፡ ወልደ ፡ እጓለ ፡ እመ ፡ ሕያው ፡፡ ወገራህትኒ ፡ ዓለም ፡ ው
እቱ ፡ ወሠናይኒ ፡ ዘርእ ፡ እሉ ፡ እሙንቱ ፡ ውሉደ ፡ መንግሥት ፡ ወክርደድኒ ፡ ውሉ
39 ድ ፡ ለእኩይ ፡፡ ወፀራዊኒ ፡ ዘዘርአ ፡ ድያብሎስ ፡ ውእቱ ፡ ወመአረርኒ ፡ ኅልቀተ ፡ ዓ
40 ለም ፡ ውእቱ ፡ ወዐፀድኒ ፡ መላእክት ፡ እሙንቱ ፡፡ ከመኬ ፡ የአርይዎ ፡ ለክርደድ ፡
41 ወበእሳት ፡ ያውዕይዎ ፡ ከማሁ ፡ ይከውን ፡ በኅልቀተ ፡ ዓለም ፡፡ ይፌኑ ፡ ወልደ ፡ እ
ጓለ ፡ እመ ፡ ሕያው ፡ መላእክቲሁ ፡ ወይአርዩ ፡ እመንግሥቱ ፡ ኵሎ ፡ ዐላዊያነ ፡ ወ
42 እለ ፡ ይገብሩ ፡ አበሳ ፡፡ ወይወድይዎሙ ፡ ውስተ ፡ እቶነ ፡ እሳት ፡ ወበህየ ፡ ይከው
43 ን ፡ ብካይ ፡ ወሐቅየ ፡ ስነን ፡፡ ወአሜሃ ፡ ይበርሁ ፡ ጻድቃን ፡ ከመ ፡ ፀሐይ ፡ በመንግ
ሥተ ፡ አቡሆሙ ፡ ዘበ ፡ ሰማያት ፡ ዘቦ ፡ እዝነ ፡ ሰሚዕ ፡ ይስማዕ ፡፡

Aliam parabolam produxit iis, dicens; Simile est regnum cœlorum grano sina- 31
pis, quod accepit homo & seminavit in agro suo. Et minimum est omnium 32
seminum: & quum creverit, majus est omnibus herbis, & fit arbor magna,
usque dum volucres cœli veniant, & habitent in palmitibus ejus. Aliam pa- 33
rabolam dixit iis; Simile est regnum cœlorum fermento, quod accepit mulier, &
abscondit in artopta trium tertiariorum, & fermentatum est totum. Hoc to- 34
tum loquutus est Dominus Jesus in parabolis populis, & sine parabola non allo-
quebatur eos: Ut perveniret verbum & impleretur quod dictum fuit in 35
propheta, dicente; Aperiam in parabolis os meum, & loquar abscon-
dita quæ ab initio. Et dimisso populo, in domum ivit; & accesserunt di- 36
scipuli ejus, dicentes ei; Expone nobis parabolam carduorum & agri. Et re- 37
spondit, & dicit; Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Et ager ejus 38
mundus est. Et semen bonum, hi sunt filii regni: et cardui sunt filii nequam.
Et inimicus qui seminavit, diabolus est: & messis, consummatio mundi est: 39
& messores, angeli sunt. Sicut igitur colligunt carduum, & in igne com- 40
burunt eum: ita erit in consummatione mundi. Mittet filius hominis ange- 41
los suos, & colligent ex regno suo omnes prævaricatores, & eos qui fa-
ciunt iniquitatem: Et projicient eos in fornacem ignis. Et ibi erit fletus 42
& stridor dentium. Et tunc fulgebunt justi sicut sol in regno patris eorum, 43
qui est in cœlis. Qui habet aures, audiendo audiat.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

38 ودە اين جهانست · وكاشتهٔ نيك فرزندان ملكوت اند · وتلخ دانهٔ فرزندان شوم وشرند ·
39 * ودشمن كه ان دانهٔ تلخ را انداخت شيطانست · هنگام درويدن فرجام خلق است ·
40 اهل درو فرشتگانند · * كه تلخ دانهارا بگزينند ودر آتش بسوزند · در انتهاء عالم اين
41 چنين بشود · * فرزند بشر فرشتگان خودرا بفرستد · وهمه اشفتگيها را زمملكتش بچينند
42 با بدان وظالمان را * در تون آتش اندازند · انجا پيدا شود گريستن · ودندانها برهم
43 ساويدن · * انكه صديقان وراستان در ملكوت پدر ايشان همچو افتاب بتابند · هر كه
دو گوش شنونده دارد بشنود

Et ager, hic mundus est; et se- 38
men bonum, filii regni sunt: lo-
lium autem, filii improbi et ma-
li sunt. Et inimicus, qui loli- 39
um hoc injecit, Satanas est: tem-
pus metendi novissimum creatura-
rum est; messores Angeli sunt. Ut 40
zizania selgunt, et in igne com-
burunt, in fine mundi hujus sic
erit. Filius hominis Angelos su- 41
os mittet, et omnes offensio-
nes ex regno suo colligent, cum ma-
lis, et iniquis: Quos in fornacem 42
ignis conjicient. Illic orietur
fletus et collisio dentium. Tum 43
justi et recti in regno Patris sui
sicut sol splendebunt: Quicun-
que aures audientes habet, au-
diat.

L 2

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. ΚΔ'.

Iterum simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem
44 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὃν
inveniens homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & universa quæ habet
εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει
vendit, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum
45 πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον. Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν
homini negotiatori, quærenti bonas margaritas: *Qui inveniens unam pretiosam marga-*
46 ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ, ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας· Ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργα-
ritam, *abiens* vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum simile
47 ρίτην, ἀπελθὼν πέπρακε πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν. Πάλιν ὁμοία
est regnum cœlorum sagenæ *jactæ* in mare, & ex omni
ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκ παντὸς
genere *cogenti*. Quam, cùm impleta esset, *producentes super* littus,
48 γένους συναγαγούσῃ. Ἣν, ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν,
& sedentes, collegerunt *pulchra in receptacula, at vitiosa* foràs *ejecerunt.* Sic
49 καὶ καθίσαντες, συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον. Οὕτως
erit in consummatione seculi: exibunt angeli, & *segregabunt* malos
ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι, καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς
de medio justorum: Et *projicient* eos in caminum ignis: ibi erit fletus
50 ἐκ μέσου τῶν δικαίων, Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς
& *fremitus* dentium. *Dicit illis Jesus*; Intellexistis hæc omnia?
51 καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Συνήκατε ταῦτα πάντα;
Dicunt ei; *Utique, Domine. Is autem dicit* illis; *Propter hoc* omnis Scriba
52 Λέγουσιν αὐτῷ, Ναὶ κύριε. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς
doctus in *regnum* cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui
μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις
— *ejicit* de thesauro suo nova & vetera. Et factum est, cùm
ρμα ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. Καὶ ἐγένετο ὅτε 53
α consummasset Jesus parabolas istas, transiit indè. Et veniens in
ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας, μετῆρεν ἐκεῖθεν. Καὶ ἐλθὼν εἰς 54
patriam suam? docebat eos in *synagoga* eorum, ita ut *obstupefieri*
τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν, ὥστε ἐκπλήττεσθαι
ipsos, & dicere; Undè huic sapientia hæc, & *efficacitates*? Nónne
αὐτοὺς, καὶ λέγειν, Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη, καὶ αἱ δυνάμεις; Οὐχ 55
hic est fabri filius; Nónne mater ejus dicitur Maria, & fratres
οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριὰμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ
ejus, Jacobus, & *Joses*, & Simon, & Judas? Et sorores ejus,
αὐτοῦ, Ἰάκωβος, καὶ Ἰωσῆς, καὶ Σίμων, καὶ Ἰούδας; Καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ 56
nónne omnes apud nos sunt; Undè ergò huic ista omnia? Et scanda-
οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; Πόθεν οὖν τούτῳ ταῦτα πάντα; Καὶ ἐσκανδα- 57
lizabantur in eo. *At* Jesus dixit eis, Non est propheta *inhonoratus*,
λίζοντο ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος,
ρμβ *si non* in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi
α εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ 58
efficacias multas, propter incredulitatem illorum.
δυνάμεις πολλὰς, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
[illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
[illegible]
[illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]
58 [illegible]

Rursus simile est regnum cœlorum thesau- 44
ro, qui absconditus est in agro, quem in-
veniens vir abdidit, & præ gaudio suo ab-
iit, vendidit quæcunque habebat, & emit
agrum illum. Rursus simile est regnum cœ- 45
lorum viro negotiatori, qui quærebat mar-
garitas optimas. Quum autem invenisset 46
margaritam unam gravissimi pretii, abiit,
vendidit quæcunque habebat, ac compara-
vit eam. Rursus simile est regnum cœlo- 47
rum sagenæ lapsæ in mare, & ex omni gene-
re cogenti. Quam, quum esset impleta, 48
subduxerunt ad litora maris, & sedentes se-
legerunt: & bonos projecerunt in vasa,
malos autem abjecerunt forás. Sic erit in 49
consummatione mundi. Egredientur ange-
li, & secernent flagitiosos è justis. Et pro- 50
jicient eos in fornacem ignis: illic erit fle-
tus & stridor dentium. Ait illis Jesus; In- 51
téllexistis hæc omnia? dicunt ei; Etiam,
Domine noster. Ait illis, propterea omnis 52
scriba qui se discipulum præbet regno cœlo-
rum, similis est viro patri familiás, qui de-
promit è thesauris suis nova & vetera.

Ad vesperam amputationis capitis Johannis. 33.

Et factum est quum absolvisset Jesus parabo- 53
las istas, ut discesserit illinc: Et venerit in 54
urbem suam, docerétque eos in synagogis
eorum, ita ut obstupescerent, dicerént que;
Unde huic sapientia ista & virtutes? Nónne 55
iste est filius lignarii? Nónne mater ejus vo-
catur Maria, & fratres ejus Jacob, & Jo-
ses, & Simon, & Juda? Et sorores ejus 56
omnes, nónne ecce apud nos sunt? unde
huic ipsi ista omnia? Et offendebantur in 57
eo. Ipse verò Jesus ait illis, Non est pro-
pheta contumeliis affectus, nisi in urbe sua
& domo suâ. Neque edidit illic virtutes 58
multas propter incredulitatem eorum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

44 هفتاد هفت مثل كنج *باز مانندست ملكوت آسمان بكنجي كه در ده پنهان
كرده شد مردي اورا يافت وپوشانيد واز شادماني † برفت هر چه داشت فروخت * وآن ديه را
45 خريد هفتاد هشت مثل دانه مرواريد * باز ملكوت آسمان مانندست بمردي
46 بازركان * كه مرواريدهاء نيك مي جست * *ودانه مرواريد قيمتي كران بها يافت هرچه
47 داشت همه را فروخت وآنرا خريد هفتاد نه مثل دام وماهي *باز ملكوت
48 آسمان مانندست † بدام ماهي * كه در دريا انداختند * واز هر جنسي چند كان دريا در دام *پر
شدند * دام را بر لب دريا كشيدند * ونشستند بر كزيدند * هرچه نيك بود قبول كردند *
49 وبر داشتند * وانچ بد وشوم بود بيرون بينداختند * *در انتها عالم اين چنين بشود *
50 فرشتكان بدر آيند * مردم دغل ونا راست † را از صديقان جدا كنند * *وايشانرا در تون
آتش جاويد بيندازند * انجا باشد كريستن ودندان برهم ساويدن *
51 هشتاد مثل نويسنده *بعد ازان عيسي
بديشان كفت * اين همه در يافتيد * جواب دادند كه آري * اي خداوند ما *

LXXVII. Parabola thesauri.

Rursus simile est regnum cœlorum 44
thesauro, qui in agro occultatus erat,
quem invenit homo & celavit; &
præ gaudio abiens quicquid habuit
vendidit, & illum agrum compara-
vit.

LXXVIII. Parabola unionis.

Rursus regnum cœlorum simile est 45
homini mercatori, qui margaritas
bonas quæsivit. Et quum unionem 46
pretiosissimam invenit, quicquid ha-
buit universum vendidit, & illam
emit.

LXXIX. Parabola retis & piscium.

Rursus regnum cœlorum simile est 47
reti piscatorio, quod in mare proje-
cerunt, & ex omni genere animalium
maris in rete coactorum *Impletum* 48
rete in littus maris subduxerunt:
& sedentes delegerunt; quicquid
bonum erat acceptum retinuerunt,
quod verò malum & nequam erat
abjecerunt forás. In extremo mun- 49
di ita erit: Angeli prodibunt, & ho-
mines pravos & iniquos à justis se-
cernent. Et illos in fornacem ignis 50
sempiterni conjicient: illic erit
fletus et dentium collisio.

LXXX. Parabola de Scriba.

Posteà Jesus illis dixit, Hæc 51
omnia intellexistis? Respon-
derunt, Etiam Domine noster.

Versio VULGTA LATINA.

44 Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro : quem qui invenit homo,
abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa quæ habet, & emit agrum
45 illum. Iterùm simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas
46 margaritas. Inventâ autem unâ pretiosâ margaritâ, abiit, & vendidit omnia quæ
47 habuit, & emit eam. Iterùm simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, &
48 ex omni genere piscium congreganti. Quam, cùm impleta esset, educentes, & se-
49 cus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foràs miserunt. Sic erit
50 in consummatione seculi : exibunt angeli, & separabunt malos de medio justorum,
51 Et mittent eos in caminum ignis : ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis
52 hæc omnia? dicunt ei; Etiam. Ait illis; Ideò omnis scriba doctus in regno
cœlorum, similis est homini patri familiâs, qui profert de thesauro suo nova & ve-
tera. Et factum est, cùm consummâsset Jesus parabolas istas, transiit indè. 53
Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur, & 54
dicerent; Undè huic sapientia hæc, & virtutes? Nónne hic est fabri filius? Nón- 55
ne mater ejus dicitur Maria; & fratres ejus, Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas:
Et sorores ejus, nónne omnes apud nos sunt? Undè ergò huic omnia ista? 56
Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis; Non est propheta sine honore, nisi 57
in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas, propter increduli- 58
tatem illorum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

44 وشبه ملكوت السموات كنزا مخفيا في حقل وجده انسان * • الفصل الاربعون •
45 فخباه ومن فرحه مضى وباع كل شي له واشترى ذلك الحقل * وايضا شبه ملكوت السموات
46 انسانا تاجرا يطلب الجوهر الحسن * فوجد درة كثيرة الثمن فمضى وباع كل شي له واشتراها *
47 وايضا تشبه ملكوت السموات شبكة القيت في البحر فجمعت من كل جنس * فلما امتلات
48
49 اطلعوها الى الشاطي وجلسوا * فجمعوا الخيار في الاوعية والاشرار رموا بهم خارجا * هكذا
50 يكون في انقضاء هذا الزمان تخرج الملايكة ويفرزون الاشرار من وسط الاخيار * ويلقونهم
51 في اتون النار هناك يكون البكاء وصرير الاسنان * ثم قال لهم يسوع افهمتم هذا كله فقالوا
52 لا نعم يا رب * [] من اجل هذا كل كاتب يتلمذ لملكوت السموات يشبه انسانا رب بيت يخرج
53 من كنزه جددا وقدما * • الفصل الحادي والاربعون • ولما اكمل يسوع
54 هذه الامثال انتقل من هناك * وجاء الى مدينته وكان يعلم في مجامعهم حتى انهم بهتوا
55 وقالوا من اين له هذه الحكمة والقوى * اليس هذا هو ابن النجار او ليس امه مريم واخوته
56 يعقوب ويوسي وسمعان ويهوذا * اليس اخواته كلهن عندنا * فمن اين له هذا كله * وكانوا يشكون
57
58 فيه * فقال لهم يسوع لا يهان نبي الا في مدينته وبيته * ولم يصنع هناك قوات كثيرة من
اجل قلة ايمانهم *

Sectio quadragesima.

Et assimilatur regnum cœlorum thesau- 44
ro abscondito in agro : quem invenit ho-
mo, & abscondit ipsum, & præ gaudio suo
abiit, vendidit omnia quæ habebat, & e-
mit illum agrum. Et iterum assimilatur 45
regnum cœlorum homini negotiatori, qui
quærit gemmam pretiosam. Invenit au- 46
tem margaritam multi pretii, quare ab-
iit, & vendidit quicquid habebat, & e-
mit eam. Et iterum assimilatur regnum 47
cœlorum reti quod jactum est in mare,
& congregavit ex omni genere : Cúm- 48
que impletum esset, eduxerunt illud ad
litus, & sederunt, & collegerunt bonos
in vasis suis, & malos projecerunt fo-
ràs. Sic erit in fine hujus temporis : 49
exibunt angeli, & segregabunt malos de
medio justorum. Et projicient eos in 50
fornacem ignis : ibi erit fletus, & stri-
dor dentium. Deinde dixit eis, Intel- 51
lexistis hæc omnia? Dixerunt, Ita do-
mine. Dixitque eis, Ideò omnis scriba 52
qui discipulus sit regno cœlorum, assimi-
latur homini patri familiâs, qui educit
de thesauro suo nova & vetera.

Sectio quadragesima prima.

Et cùm consummâsset Jesus istas para- 53
bolas, recessit indè. Et venit in civita- 54
tem suam, & docebat in synagogis eo-
rum, ita ut ipsi obstupescerent, & dice-
rent; Unde ei hæc sapientia & virtu-
tes? Nónne hic est filius lignarii? Aut 55
nónne mater ejus est Maria? & fratres
ejus Jacob, & Joses, & Simon, & Ju-
das? Nónne sorores ejus omnes sunt a- 56
pud nos? Unde ergò ei hæc omnia? Et 57
scandalizabantur in eo. Ait illis Je-
sus; Non despicitur propheta nisi in
civitate sua & in domo sua. Et non o- 58
peratus est ibi virtutes multas propter
penuriam fidei eorum.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

44 ትመስል ፡ መንግሥተ ፡ ሰማያት ፡ መድፍነ ፡ ዘጉበ ፡ ዘኅቡእ ፡ ውስተ ፡ ገራህት ፡ ወረከቦ ፡
ብእሲ ፡ ኅብአ ፡ ወእምፍሥሓሁ ፡ ሖረ ፡ ወኵሎ ፡ ዘቦ ፡ ሤጠ ፡ ወተሣየጠ ፡ ውእቱ ፡ ገራህ
45 ተ ። ካዕበ ፡ ትመስል ፡ መንግሥተ ፡ ሰማያት ፡ ብእሴ ፡ ሠያጤ ፡ ዘየኃሥሥ ፡ ባሕርየ ፡
46 ሠናየ ። ወረኪቦ ፡ አሐደ ፡ እንተ ፡ ብዙኅ ፡ ሤጠ ፡ ሖረ ፡ ወሤጦ ፡ ኵሎ ፡ ዘቦ ፡ ወተሣ
47 የጦ ። ካዕበ ፡ ትመስል ፡ መንግሥተ ፡ ሰማያት ፡ ገሪፈ ፡ እንተ ፡ ተወድየት ፡ ውስተ ፡ ባ
48 ሕር ፡ ወእምኵሉ ፡ ዘመደ ፡ ዓሣ ፡ አስተጋብአ ። እንተ ፡ መልአ ፡ አዕረጉ ፡ ውስተ ፡ ሐ
ይቅ ፡ ወነቢሮሙ ፡ አረዩ ፡ ሠናይቶ ። ውስተ ፡ ሙዳይ ፡ ወእኩዮሰ ፡ ገደፉወ ፡ አፍአ ።
49 ከማሁ ፡ ይከውን ፡ በኅልቀተ ፡ ዓለም ፡ ይወፅኡ ፡ መላእክት ፡ ወይፈልጡ ፡ ፀዋጋነ ፡ እ
50 ማእከሎሙ ፡ ለጻድቃን ። ወይወድይዎሙ ፡ ውስተ ፡ እቶነ ፡ እሳት ፡ ኀበ ፡ ብካይ ፡ ወሐ
51 ቅየ ፡ ስነን ። ለበውክሙሁ ፡ እንከ ፡ ዘንተ ፡ ኵሎ ፡ ወይቤልዎ ፡ እወ ፡ እግዚኦ ።
52 ወይቤሎሙ ፡ በእንተ ፡ ዝንቱ ፡ ኵሉ ፡ ጸሐፊ ፡ ዘይፀመድ ፡ ለመንግሥተ ፡ ሰማያት ፡ ይመስ
53 ል ፡ ብእሴ ፡ በዓለ ፡ ቤት ፡ ዘያወፅእ ፡ እመዝገቡ ፡ ሐዲሰ ፡ ወብሉየ ። ወፈጺሞ ፡ እግዚ
54 እ ፡ ኢየሱስ ፡ ዘንተ ፡ መስሌ ፡ ተንሥአ ፡ እምዝየ ። ወሖረ ፡ ሀገሮ ፡ ወመሀሮሙ ፡ በምኵ
ራቦሙ ፡ እስከ ፡ ሶበ ፡ ይደመሙ ፡ ወይብሉ ፡ እምአይቴ ፡ ለዝንቱ ፡ ዝኵሉ ፡ ጥበብ ፡ ወ
55 ኃይል ። አኮሁ ፡ ዝንቱ ፡ ውእቱ ፡ ወልዱ ፡ ለጸራቢ ፡ አኮሁ ፡ እሙ ፡ ስማ ፡ ማርያ
56 ም ፡ ወአኃዊሁ ፡ ያዕቆብ ፡ ወዮስእ ፡ ወስምዖን ፡ ወይሁዳ ። ወአኃቲሁ ፡ ኵሎን ፡ ኀ
57 ቤነ ፡ ሃለዋ ፡ እምአይቴ ፡ እንከ ፡ ለዝ ፡ ዝኵሉ ። ወያንጐረጕሩ ፡ በእንቲአሁ ።
ወይቤሎሙ ፡ እግዚእ ፡ ኢየሱስ ፡ አልቦ ፡ ነቢይ ፡ በኀበ ፡ ኢይከብር ፡ ዘእንበለ ፡ በሃገ
58 ሩ ፡ ወበቤቱ ። ወኢገብረ ፡ በሃየ ፡ ኀይለ ፡ ብዙኀ ፡ በእንተ ፡ ኢአሚኖቶሙ ።

Simile est regnum cœlorum occultato thesauro, abscondito in agro: & inveniens 44
eum homo abscondit eum, & è gaudio ejus vadit, & omne quod habet vendit, &
emit istum agrû. Iterum simile est regnum cœlorum homini mercatori, qui quærit 45
margaritam bonam: Et inveniens unam quæ magni fuit pretii, abiit, & ven- 46
didit omne quod habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum reti 47
quod ejicitur in mare, & ex omni genere, piscem congregavit. Quod cùm im- 48
pletum esset, eduxerunt in litus, & sedentes illi, collegerunt bonos in vasa, &
malos ejiciebant foras. Sic erit in consummatione mundi : exibunt angeli, 49
& separabunt malos è medio justorum : Et projicient eos in fornacem ignis: 50
ubi fletus & stridor dentium. Intelligitisne igitur hæc omnia? & dicunt 51
ei, Etiam Domine. Et dicit iis; Propter hoc omnis scriba qui operam dat regno 52
cœlorum, similis est homini domino domûs, qui profert è thesauro suo nova &
vetera. Et quum consummâsset Jesus hanc parabolam, migravit indè. Et 53
abiit in civitatem suam; & docuit eos in synagogis eorum, usque dum mira- 54
rentur, & dicerent; Unde huic hæc omnis scientia & virtus? Nónne 55
hic est filius fabri? nónne matris ejus nomen est Maria, & fratres ejus Ja-
cob, & Jesu, & Simon, & Jehudas? Et sorores ejus omnes, nónne apud 56
nos sunt? Unde igitur huic hæc omnia? Et murmurabant contra eum. Et 57
dicit iis Dominus Jesus; Non est propheta ubi non honoratur, nisi in civitate
sua, & in domo sua. Et non fecit ibi virtutem multam, propter infidelita- 58
tem eorum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

52 بايشان كفت براي اين مي كويم * كه هر نويسنده كه براي ملكوت آسمان شاكرد
شود * مانندست بمردي كدخداي كه از ذخيره خود بدر آورد † نوها وكهنها *
53 چون عيسي اين مثلها را تمام كرد * تعليم دادن مسيح در ناصره * [illegible]
54 [از آنجا رفت] * در شهر خود آمد ودر كنشتهاء ايشان تعليم مي داد چنانك كه در تعجب
55 مي شدند ومي كفتند اين را كجا دارد حكمت ونيرومندي * نه اينست پسر درودكر نه
56 مادرش مريم خوانده شود وبرادرانش يعقوب ويوسا وشمعون ويهودا * وخواهران همكنان † پيش ما
57 هستند اين سخن از كجا دارد * ودر عقب او بيهوده مي كفتند * عيسي بايشان كفت پيغمبر
58 نيست نكوهيده الا بشهر خود ودر خانه خود * بسيار معجزات انجا نكرد براي آنك ايمان نداشتند

Illis dixit, Ideircò dico, quod om- 52
nis Scriba qui regno cœlorum ido-
neus discipulus fuerit, similis est
viro œconomo, qui ex thesauro suo
profert nova et vetera.

LXXXI. Docet Christus in Nazreh.

Cùm Jesus has parabolas absolvis- 53
set, illinc discessit. Cumque in 54
civitatem suam venisset, in synago-
gis eorum docuit, adeò ut admira-
tione caperentur, et dicerent; Unde
habet iste sapientiam et virtutem?
Nónne hic est filius fabri? nónne 55
mater eius Maria vocatur, et fra-
tres eius Jacobus, et Joses, et Si-
meon, et Jehuda? Et sorores ejus 56
omnes apud nos sunt: hunc sermo-
nem unde habet? Insuper de eo 57
futilia dixerunt. Jesus illis dixit;
Propheta non est contemptus nisi
in civitate sua et in domo sua.
Neque multa miracula illic fecit 58
propterea quòd fidem non habebant.

CAP. XIV. ιδ'.

In illo tempore audivit Herodes Tetrarcha famam Jesu:
1 ἘΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ·
Et ait pueris suis; Hic est Joannes Baptista: ipse surrexit
2 Καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ, Οὗτός ἐστιν Ἰωάννης ὁ βαπτιστής· αὐτὸς ἠγέρθη
à mortuis, & propter hoc efficaciæ operantur in eo. Nam
3 ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ. Ὁ γὰρ
Herodes apprehendens Joannem, vinxit eum, & posuit in custodia, propter
Ἡρώδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην, ἔδησεν αὐτὸν, καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ, διὰ
Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim illi
4 Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ
Joannes; Non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere,
5 ὁ Ἰωάννης, Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν. Καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι,
timuit turbam, quia sicut Prophetam eum habebant. Natalitiis autem
6 ἐφοβήθη τὸν ὄχλον, ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον. Γενεσίων δὲ
agendis Herodis, saltavit filia Herodiadis in medio, &
ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου, ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ, καὶ
placuit Herodi. Undè cum juramento spopondit ei dare quodcunque
7 ἤρεσε τῷ Ἡρώδῃ. Ὅθεν μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν
postulasset. Illa verò præinstructa à matre sua; Da mihi, inquit,
8 αἰτήσηται. Ἡ δὲ προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς, Δός μοι, φησὶν,
hic in disco caput Joannis Baptistæ. Et contristatus est rex:
9 ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ. Καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεὺς·
propter verò juramenta, & simul accumbentes, jussit dari. Et mittens
διὰ δὲ τοὺς ὅρκους, καὶ τοὺς συνανακειμένους, ἐκέλευσε δοθῆναι. Καὶ πέμψας 10
decapitavit Joannem in custodia. Et allatum est caput ejus in
ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ 11
disco, & datum est puellæ: & attulit matri suæ. Et
πίνακι, καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ, καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς. Καὶ 12
accedentes discipuli ejus, tulerunt corpus, & sepelierunt illud: &
προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἦραν τὸ σῶμα, καὶ ἔθαψαν αὐτό· καὶ
venientes nuntiaverunt Jesu. Et audiens Jesus, secessit
ἐλθόντες ἀπήγγειλαν τῷ Ἰησοῦ. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν 13
indè in navicula in desertum locum privatim. & audientes turbæ,
ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν. καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι,
secutæ sunt eum pedibus de civitatibus. Et exiens Jesus vidit
ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ ἀπὸ τῶν πόλεων. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἶδε 14
multam turbam, & visceribus affectus est erga eos, & curavit ægrotos
πολὺν ὄχλον, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀρρώστους
eorum. Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli ejus,
αὐτῶν. Ὀψίας δὲ γενομένης, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, 15
dicentes; Solitarius est locus, & hora jam præteriit: absolve
λέγοντες, Ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν· ἀπόλυσον
turbas, ut abeuntes in vicos, mercentur sibi escas. At
τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα. Ὁ δὲ 16
Jesus dixit eis; Non usum habent abire: date illis vos manducare.
Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܡܓ *

1 ܒܗܘ ܕܝܢ ܙܒܢܐ ܫܡܥ ܗܪܘܕܣ ܛܛܪܪܟܐ ܫܘܡܥܗ ܕܝܫܘܥ܀
2 ܘܐܡܪ ܠܥܒܕܘܗܝ ܗܢܘ ܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ ܗܘ ܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܝܠܐ ܡܬܥܒܕܝܢ ܒܗ܀
3 ܗܘ ܓܝܪ ܗܪܘܕܣ ܐܚܕܗ ܗܘܐ ܠܝܘܚܢܢ ܘܐܣܪܗ ܘܐܪܡܝܗ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܡܛܠ ܗܪܘܕܝܐ ܐܢܬܬ ܦܝܠܝܦܘܣ ܐܚܘܗܝ܀
4 ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ ܓܝܪ ܝܘܚܢܢ ܕܠܐ ܫܠܝܛ ܠܟ ܕܬܗܘܐ ܠܟ ܐܢܬܬܐ܀
5 ܘܨܒܐ ܗܘܐ ܠܡܩܛܠܗ ܘܕܚܠ ܗܘܐ ܡܢ ܥܡܐ ܕܐܝܟ ܢܒܝܐ ܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ܀
6 ܟܕ ܗܘܐ ܕܝܢ ܝܘܡܐ ܕܝܠܕܗ ܕܗܪܘܕܣ ܪܩܕܬ ܒܪܬܗ ܕܗܪܘܕܝܐ ܩܕܡ ܣܡܝܟܐ ܘܫܦܪܬ ܠܗܪܘܕܣ܀
7 ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܝܡܐ ܠܗ ܒܡܘܡܬܐ ܕܢܬܠ ܠܗ ܟܠ ܡܐ ܕܫܐܠܐ܀
8 ܗܝ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܡܠܦܐ ܗܘܬ ܡܢ ܐܡܗ ܐܡܪܐ ܗܒ ܠܝ ܗܪܟܐ ܒܦܝܢܟܐ ܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ܀
9 ܘܟܪܝܬ ܠܗ ܠܡܠܟܐ ܡܛܠ ܕܝܢ ܡܘܡܬܐ ܘܣܡܝܟܐ ܦܩܕ ܕܬܬܝܗܒ ܠܗ܀
10 ܘܫܕܪ ܦܣܩ ܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪܐ܀
11 ܘܐܬܝܬܝ ܪܫܗ ܒܦܝܢܟܐ ܘܐܬܝܗܒ ܠܛܠܝܬܐ ܘܐܝܬܝܬܗ ܠܐܡܗ܀
12 ܘܩܪܒܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܫܩܠܘ ܓܘܫܡܗ ܩܒܪܘ ܘܐܬܘ ܚܘܝܘ ܠܝܫܘܥ܀
13 ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܫܢܝ ܡܢ ܬܡܢ ܒܐܠܦܐ ܠܐܬܪܐ ܚܪܒܐ ܠܚܘܕܘܗܝ ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܟܢܫܐ ܪܕܘ ܒܬܪܗ ܒܐܪܥܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ܀
14 ܘܢܦܩ ܝܫܘܥ ܚܙܐ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܝܗܘܢ ܘܐܣܝ ܟܪܝܗܝܗܘܢ܀

* ܩܘܪܒܐ ܕܝܘܡܕܝܘܡ * ܚܒ *

15 ܟܕ ܗܘܐ ܕܝܢ ܪܡܫܐ ܩܪܒܘ ܠܘܬܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܐܬܪܐ ܚܪܒܐ ܗܘ ܘܥܕܢܐ ܥܒܪ ܠܗ ܫܪܝ ܠܟܢܫܐ ܕܢܐܙܠܘܢ ܠܩܘܪܝܐ ܘܢܙܒܢܘܢ ܠܗܘܢ ܣܝܒܪܬܐ܀
16 ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܐ ܣܢܝܩܝܢ ܠܡܐܙܠ ܗܒܘ ܠܗܘܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܐܟܠ܀

CAP. XIV.

ILlo verò tempore audivit Herodes Tetrar- 1
cha famam Jesu. Et dixit servis suis, Iste 2
est Johannes Baptista, ipse surrexit è mo-
numento, propterea virtutes operantur per
eum. Ipse autem Herodes prehenderat Jo- 3
hannem, vinctumque conjecerat in carce-
rem, propter Herodiadem uxorem Philippi
fratris sui. Dicebat enim ei Johannes; Non 4
licet eam esse tibi uxorem. Et volebat eum 5
interficere, sed timebat à populo, quippe qui
ut prophetã habebant eum. Quum autẽ age- 6
rentur natalitia Herodis, saltavit filia Hero-
diadis coram accumbentibus, & placuit He-
rodi. Propterea jurejurando juravit ei, se 7
daturum ei quicquid petiisset. Ipsa verò pro- 8
ptérea quòd edocta fuerat à matre sua, dixit;
Da mihi hic in paropside caput Johannis
Baptistæ. Et ægrè tulit rex: sed propter 9
jusjurandum & accumbentes, præcepit ei
dari. Misitque qui amputaret caput Johan- 10
nis Baptistæ in carcere. Et allatum est ca- 11
put ejus in paropside, & datum est puellæ, at-
tulitque illud matri suæ. Et accedentes disci- 12
puli ejus, sustulerunt cadaver ejus, ac sepeli-
erunt; & venientes renuntiârunt Jesu. Jesus 13
verò quum hoc audisset, discessit illinc na-
viculâ in locum desertum ipse solus: quod
quum audissent cœtus, abierunt post eum per
aridam ab urbibus. Et egressus Jesus vidit 14
turbas multas, & misertus est earum, ac sa-
navit infirmos earum.

Oblationi quotidianæ.

Quum autem esset vespera, accesserunt ad 15
eum discipuli ejus, & dixerunt ei; Locus est
desertus, & tempus præteriit: dimitte cœ-
tus hominum; ut adeant villas, emantque sibi
cibum. Ipse verò dixit eis, Non opus est 16
illos abire; vos date illis ad comedendum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

1 هشتاد دو كشته شدن يحيي بن زكريا *ودر ان روزكار هيروديس ان باسقاق
2 ربع مملكت خبرهاء عيسي را شنيد * وبندكان خود كفت اينست يحيي شورنده * كه از
3 ميان مردكان برخاست براي ان نيرومنديها درو پيدا مي شود *پيش ازين هيروديس يحيي را
4 كرفته بود ودر زندان انداخته * براي هيرودیا زن فيلبوس * برادر هيروديس * سبب انك
5 يحيي بدو مي كفت * كه روا نيست زن تو باشد * وهيروديس مي خواست كه يحيي را بكشد *
6 ليكن از عوام مي ترسيد * براي انك همچو پيغمبر اورا قبول كرده بودند * در روز
زاييدن هيروديس هيروديا در مجلس شادي * برابر هيروديس رقص كرد هيروديس را عظيم
7 8 خوش آمد * با دختر سوكندها خورد كه هرچه ازو بخواهد بدهد * دختر سر يحيي را
9 در طبقي نهاده ازو خواست * براي انك مادر بدختر اموزانيده بود * ملك را سخت نا خوش
آمد * الا براي سوكند كه در محفل برابر جماعت خورده بود * فرمود كه بدو داده شود *
10 11 *وفرستاد سر يحيي را بزندان بريدن داده* ودر طبقي نهاده پيش دختر اورده شد * ودختر سر را

LXXXII. Cædes Johannis filii Zachariæ.

CAP. XIV.

ET in illo tempore Herodes præ- 1
fectus quartæ partis regni rumores
de Jesu audivit. Et servis suis 2
dixit, Hic est Johannes Baptista,
qui ex mortuis surrexit: ideò
virtutes in eo exeruntur. Nam 3
antehac Herodes Johannem prehen-
derat, & in carcerem conjecerat ob
Herodiadem, uxorem Philippi fra-
tris Herodis. Causâ eâ quòd Jo- 4
hannes illi dicebat, Minimè licet
eam uxorem tibi esse. Herodes 5
itaque voluerat Johannem inter-
fecisse, sed à populo metuebat; quia
veluti prophetam eum acceperant.
Die autem *natalitio Herodis, He-* 6
rodias in consessu festivo coram
Herode saltavit, & Herodi magno-
pere placuit. Puellæ igitur jure- 7
jurando se obstrinxit, quicquid ab
illo peteret daturum. Puella caput 8
Johannis patinæ impositum ab eo
petiit: propterea quòd mater sua pu-
ellam docuerat. Regi hoc *vehemen-* 9
ter displicuit; sed propter jusju-
randum, quod in consessu coram
multitudine juraverat, jussit ut ei
daretur. Mittens itaque; caput Jo- 10
hannis in carcere præcidere man- 11
datum dedit: Et patinæ impositũ ad
puellã allatũ est, puella autẽ caput

Versio VULGATA LATINA.

CAP. XIV.

1 IN illo tempore audivit Herodes tetrarcha famam Jesu : Et ait pueris suis ; Hic
2 est Joannes Baptista : ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo.
3 Herodes enim tenuit Joannem, & alligavit eum : & posuit in carcerem propter
4 Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Joannes ; Non licet tibi habe-
5 re eam. Et volens illum occidere, timuit populum : quia sicut prophetam eum
6 habebant. Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio, & placu-
7 it Herodi. Undè cum juramento pollicitus est ei dare quodcunque postulâsset ab
8 eo. At illa præmonita à matre sua, Da mihi, inquit, hic in disco caput Joannis
9 Baptistæ. Et contristatus est rex : propter juramentum autem, & eos qui pariter
recumbebant, jussit dari. Misitque & decollavit Joannem in carcere. Et alla- 10
tum est caput ejus in disco, & datum est puellæ, & attulit matri suæ. Et acce- 11
dentes discipuli ejus, tulerunt corpus ejus, & sepelierunt illud : & venientes 12
nuntiaverunt Jesu. Quod cùm audisset Jesus, secessit indè in navicula, in lo-
cum desertum seorsùm : & cùm audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de 13
civitatibus. Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curavit lan-
guidos eorum. Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes ; 14
Desertus est locus, & hora jam præteriit : dimitte turbas, ut euntes in castella, 15
emant sibi escas. Jesus autem dixit eis ; Non habent necesse ire : date illis vos 16
manducare.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

Sectio quadragesima secunda.

1 • الفصل الثاني والاربعون • *وفي ذلك الزمان سمع هيرودس رييس الربع خبر يسوع*
2 *فقال لغلمانه هذا هو يوحنا المعمداني وهو قام من الاموات فمن اجل هذا القوات تعمل به
3 *وكان هيرودس قد امسك يوحنا وشده وجعله في السجن من اجل هيروديا امراة فيلبس
4 5 اخيه *لان يوحنا كان يقول له ما يحل لك ان تاخذها *وكان يريد قتله فخاف الجمع لانه كان
6 عندهم مثل نبي *ولما كان يوم مولد هيرودس فرقصت ابنة هيروديا في الوسط فاعجبت
7 8 هيرودس *فلهذا اقسم مقرا ان يعطيها ما تطلبه *وهي لان امها كانت علمتها فقالت اعطني
9 راس يوحنا المعمداني في طبق *فحزن الملك ومن اجل اليمين والمتكيين معه امر ان تعطي•
10 11 *وارسل واخذ راس يوحنا في السجن *وجاوا بالراس في طبق ودفعوه الى الصبية فاعطته لامها•
12 13 *وجاء تلاميذه واخذوا الجثة فدفنوها ثم اتوا واخبروا يسوع * فلما سمع يسوع مضى من
14 هناك في سفينة الى البرية منفردا وسمع الجمع وتبعه ماشيين من المدن *فلما خرج ابصر جمعا
15 كبيرا فتحنن عليهم وابرا اعلاهم • الفصل الثالث والاربعون • *ولما كان المسا
جاء تلاميذه وقالوا ان المكان قفر والساعة قد جازت اطلق الجمع ليذهبوا الى القرى فيبتاعوا
16 لهم طعاما *فقال لهم يسوع لا حاجة لذهابهم اعطوهم انتم ما ياكلون •

CAP. XIV.

ET in illo tempore audivit Herodes 1
princeps quartæ partis, famam Jesu :
Et dixit pueris suis, Hic est Johannes 2
Baptista : & ipse surrexit à mortuis, &
propterea virtutes operantur in eo. He- 3
rodes autem jam comprehenderat Johan-
nem, & ligaverat eum : Et posuerat in
carcerem propter Herodiadem uxorem
Philippi fratris sui. Quoniam Johan- 4
nes dicebat ei ; Non licet tibi ducere e-
am. Et intendebat necem illius, sed ti- 5
muit turbam : quia erat apud eos velu-
ti propheta. Quum autem fuisset dies 6
natalis Herodis, saltavit filia Herodia-
dis in medio ; & placuit Herodi. Et 7
propterea juravit affirmans se daturum
ei quidquid peteret. Ipsa ergò, quia ma- 8
ter ejus edocuerat eam, dixit ; Da mihi
caput Johannis Baptistæ in disco. Et 9
contristatus est rex. At propter juramen-
tum & accumbentes cùm eo, præcepit da-
ri illi. Et misit, & amputavit caput Jo- 10
hannis in carcere. Et attulerunt caput 11
in disco, & porrexerunt illud puellæ, quæ
dedit illud matri suæ. Et venerunt di- 12
scipuli ejus & acceperunt cadaver, &
sepelierunt illud : Deinde venerunt &
nuntiaverunt Jesu. Cùm autem audis- 13
set Jesus, secessit indè in naviculam in
desertum seorsùm. Et audivit turba, & 14
secuti sunt eum gradientes pedestri iti-
nere de civitatibus. Cùm autem exisset,
vidit turbam magnam, et misertus est su-
per eos, et sanavit infirmos eorum.

Sectio quadragesima tertia.

Et cùm serò factum esset, venerunt di- 15
scipuli ejus, et dixerunt ; Sanè locus est
desertus, et hora jam pertransiit : di-
mitte turbam ut eant in castella, et e-
mant sibi cibum. Dixit eis Jesus ; Non 16
est necessitas discessûs eorum : date eis vos quod manducent.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

በእንተ ፡ ዮሐንስ ፡ ወሄሮድስ ፡

1 10 በውእቱ ፡ መዋዕል ፡ ሰምዐ ፡ ሄሮድስ ፡ ንጉሠ ፡ ድምፀ ፡ ነገሩ ፡ ለእግዚእ ኢየሱስ ።
2 ወይቤ ፡ ለአግብርቲሁ ፡ ዝውእቱ ፡ ዮሐንስ ፡ መጥምቅ ፡ ውእቱ ፡ ዝንቱ ፡ ውእቱ ፡ ተንሥአ ፡
3 እሙታን ፡ ወበእንተ ፡ ዝንቱ ፡ ኃይል ፡ ይትገበር ፡ ቦቱ ። እስመ ፡ ውእቱ ፡ ሄሮድስ ፡ አ
4 ኃዞ ፡ ለዮሐንስ ፡ ወሞቅሖ ፡ በቤተ ፡ ሞቅሕ ፡ በእንተ ፡ ሄሮድያደ ፡ ብእሲተ ፡ ፊልጶስ ፡ እኁ
5 ሁ ። እስመ ፡ ይቤሎ ፡ ዮሐንስ ፡ ሎቱ ፡ ኢይከውነከ ፡ ታውስባ ፡ ለከ ። ወእንዘ ፡ ይ
6 ፈቅድ ፡ ይቅትሎ ፡ ይፈርሆ ፡ ለሕዝብ ፡ እስመ ፡ ከመ ፡ ነቢይ ፡ ይሬእይዎ ፡ ለዮሐንስ ።
7 ወዕለተ ፡ ልደቱ ፡ ከዊና ፡ ለሄሮድስ ፡ ዘፈነት ፡ ወለታ ፡ ለሄሮድያደ ፡ በማእከሎሙ ፡ ወአደሞ
8 ቶ ፡ ለሄሮድስ ። ወመሐለ ፡ ላቲ ፡ ከመ ፡ የሀባ ፡ ዘሰአለቶ ። ወአቅደመት ፡ አእምሮ ፡
9 በኀበ ፡ እማ ፡ ወትቤሎ ፡ ሀበኒ ፡ ይእዜ ፡ በዝየ ፡ በጻሕል ፡ ርእሶ ፡ ለዮሐንስ ፡ መጥምቅ ።
10 ወተከዘ ፡ ንጉሥ ፡ በእንተ ፡ መሐላሁ ፡ ወበእንተ ፡ እለ ፡ ይረፍቁ ፡ አዘዘ ፡ ይሀብዋ ። ወፈነ
11 ወ ፡ ይምትሩ ፡ ርእሶ ፡ ለዮሐንስ ፡ መጥምቅ ፡ በውስተ ፡ ሞቅሕ ። [ወአምጽኡ]፡ ርእሶ ፡ በጻ
12 ሕል ፡ ወወሀብዋ ፡ ወወሰደት ፡ ለእማ ። ወመጽኡ ፡ አርዳኢሁ ፡ ወነሥኡ ፡ በድኖ ፡ ወቀበር
ዎ ፡ ወመጺኦሙ ፡ ዜነውዎ ፡ ለእግዚእ ኢየሱስ ።

በእንተ ፡ ኃምስ ፡ ኅብስት ፡

13 ወሰሚዖ ፡ እግዚእ ኢየሱስ ፡ ተግሕሠ ፡ እምህየ ፡ በሐመር ፡ ውስተ ፡ ገዳም ፡ እንተ ፡ ባሕቲ
14 ቱ ፡ ወሰሚዖሙ ፡ አሕዛብ ፡ ተለውዎ ፡ በእግር ፡ እምበሐውርት ። ወወፂኦ ፡ ርእየ ፡ ብዙኃ ፡
15 አሕዛብ ፡ ወምሕሮሙ ፡ ወአሕየወ ፡ ድዉያኒሆሙ ። ወመሲተ ፡ ከዊና ፡ ቀርቡ ፡ አርዳኢ
ሁ ፡ እንዘ ፡ ይብሉ ፡ ገዳም ፡ ውእቱ ፡ ብሔር ፡ ወሰዓትኒ ፡ ኃለፈ ፡ ጊዜሁ ፡ ናሁ ፡ ፍትሖሙ ፡ ለ
16 አሕዛብ ፡ ከመ ፡ ይሑሩ ፡ ውስተ ፡ አህጉር ፡ ወይሣየጡ ፡ ለርእሶሙ ፡ መብልዐ ። ወይቤሎሙ ፡
ኢኮ ፡ መፍትው ፡ ይሑሩ ፡ ሀብዎሙ ፡ አንትሙ ፡ ዘይበልዑ ።

De Johanne & Herode.

CAP. XIV.

IN illo tempore audivit rex Herodes sonitum sermonis Domini Jesu : Et 1
dicit servis suis ; Est Johannes Baptista : ille hic est, excitatus fuit è mor- 2
tuis, & propter hunc virtus operatur in eo. Quia iste Herodes prehenderat Jo- 3
hannem, & vinxerat eum in domo vinculi, propter Herodiadem uxorem Phi-
lippi fratris sui. Quoniam dicebat ei Johannes ; Non licet copulare eam tibi : 4
Et volens illum occidere, timebat populum : quia sicut prophetam respiciebant 5
Johannem. Et cum dies nativitatis erat Herodis, saltavit filia Herodiadis 6
in medio eorum, & placuit Herodi. Et juravit ei, quòd daret ei quod peteret 7
ab illo. Et præscivit à matre sua, & dicit ei ; Da mihi igitur nunc, hic in 8
patina caput Johannis Baptistæ. Et contristatus fuit rex propter juramen- 9
tum suum, & propter eos qui accumbebant jussit dare illud. Et misit decol- 10
lare caput Johannis Baptistæ in carcere : Et attulerunt caput ejus in pa- 11
tina : & datum est ei, & attulit matri suæ. Et venerunt discipuli ejus, & 12
sustulerunt corpus ejus, & sepelierunt illud : & venientes nuntiaverunt Do-
mino Jesu.

De quinque panibus.

Et audiens illud Dominus Jesus secessit indè in nave in desertum seorsùm : 13
& audientes populi sequuti sunt eum pedibus ab urbibus. Et exiens, vidit 14
multos populos, & misertus est eorum, & sanavit infirmos illorum. Et vespe- 15
re facto, accesserunt discipuli ejus, dicentes ; Desertus est locus, & hora nunc
præterivit : ecce solve populos, ut abeant in civitates, & emant sibi cibum.
Et dicit iis, Minime oportet eos ire : date illis vos quo vescantur. 16

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

12 پیش مادر برد * شاگردان یحیی آمدند وتن اورا ستدند [ودفن کردند] وآمدند عیسی
13 را خبر کردند • *چون عیسی شنید ازانجا نقل کرد † در کشتی وآمد در ولایت ویران
14 تنها • چون جماعت انجا شنیدند • از شهر بیرون آمدند • ودنبال او بخشکی رفتند * عیسی
بدر آمد ودید • که جماعت بس بسیارند • برایشان رحمت کرد ورنجوران ایشانرا شفا
داد   هشتاد سه   انجا که از پنج نان ودو ماهی پنج هزار مردرا سیر کرد
15 * چون شب هنگام شد • شاگردان مسیح پیش او آمدند وبدو گفتند • این ولایت
ویرانست • ووقت گذشت جماعت خلایق را ازاد کن تا بروند † در دیهها • وبرای خود
16 توشه بخرند • * او بدیشان گفت محتاج نیست که بروند • شما بدیشان چیزی
دهید تا بخورند •

ad matrem tulit. Tunc discipuli 12
Johannis venerunt & corpus ejus
sustulerunt & sepelierunt : & ve-
nientes Jesum certiorem fecerunt.
Cùm Jesus audiret, illinc migravit 13
in nave, & venit in regionem de-
sertam solus : quod cùm multitu-
do illic audisset ex civitate egressi
sunt, & eum per aridam sequuti
sunt. Jesus egressus est ac videns 14
turbas valde ingentes adesse, eorum
misertus est, et ægrotis eorum salu-
tem dedit.

LXXXIII. Ubi quinque panibus & duobus piscibus quinquies mille viros saturavit.

Cùm jam nox esset, discipuli Christi 15
ad eum venerunt, et illi dixerunt ;
Hæc regio deserta est, et tempus præ-
teriit, turbas hominum dimitte, ut
eant in pagos, et sibi commeatum
comparent. Ipse illis dixit, non 16
opus est ut eant : vos ipsis aliquid
date quo vescantur.

Illi autem dicunt ei ; Non habemus hic *si non* quinque panes , & duos
17 Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ , Οὐκ ἔχομεν ὧδε εἰ μὴ πέντε ἄρτους , καὶ δύο
18 pisces. *Ille autem* ait ; Afferte mihi illos huc. Et *jubens*
19 ἰχθύας. Ὁ δὲ εἶπε , Φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε. Καὶ κελεύσας
turbas discumbere super *fœna* , *&* *accipiens* quinque panes &
τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους , καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ
duos pisces , *suspiciens* in cœlum , benedixit : & *frangens* dedit
τοὺς δύο ἰχθύας , ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν , εὐλόγησε· καὶ κλάσας ἔδωκε
discipulis panes : *at* discipuli turbis. Et manducaverunt
20 τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους , οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις. Καὶ ἔφαγον
omnes , & saturati sunt , & tulerunt *redundans* fragmentorum duodecim
πάντες , καὶ ἐχορτάσθησαν , καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων δώδεκα
cophinos plenos. *At edentes fuerunt viri ferè* quinque millia, *præter*
21 κοφίνους πλήρεις. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι , χωρὶς
mulieres & *pueros*. Et statim compulit Jesus discipulos
22 γυναικῶν καὶ παιδίων. Καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς
suos ascendere in naviculam , & præcedere eum *in ulteriora* , *usquequò*
αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον , καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν , ἕως οὗ
absolveret turbas. Et *absolvens turbas* , ascendit in montem
23 ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους. Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους , ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος
privatim orare. Vespere autem facto , solus erat ibi.
κατ' ἰδίαν προσεύξασθαι. Ὀψίας δὲ γενομένης , μόνος ἦν ἐκεῖ·
Verùm navicula *jam medium maris erat* , *vexata* à fluctibus :
24 Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν , βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων·
erat enim contrarius ventus. Quartâ autem vigiliâ noctis , *abiit*
ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος. Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς , ἀπῆλθε 25
ad eos *Jesus* , *circumambulans* super mare. Et videntes eum
πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς , περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν 26
discipuli super mare *circumambulantem* turbati sunt , dicentes ; *Quòd*
οἱ μαθηταὶ ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατοῦντα , ἐταράχθησαν , λέγοντες , Ὅτι
phantasma est : & præ timore clamaverunt. Statim *autem* locutus est
φάντασμά ἐστι· καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν. Εὐθέως δὲ ἐλάλησεν 27
eis Jesus ; dicens ; *Confidite* : ego sum ; *ne metuatis*. Respondens autem *ei*
αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς , λέγων , Θαρσεῖτε· ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε. Ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ 28
Petrus , dixit , Domine , si tu es , jube me ad te venire super aquas.
ὁ Πέτρος , εἶπε , Κύριε , εἰ σὺ εἶ , κέλευσόν με πρός σε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα.
Ipse *verò* ait ; Veni. Et descendens de navicula Petrus , ambulabat super
Ὁ δὲ εἶπεν , Ἐλθέ. Καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ Πέτρος , περιεπάτησεν ἐπὶ 29
aquas , *venire* ad Jesum. *Intuitus verò* ventum validum , timuit :
τὰ ὕδατα , ἐλθεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν , ἐφοβήθη· 30
& *incipiens demergi* , clamavit , dicens ; Domine , *serva me*. Con-
καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι , ἔκραξε , λέγων , Κύριε , σῶσόν με. Εὐ- 31
tinuò *autem* Jesus extendens manum , *excepit* eum , & ait illi ;
θέως δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα , ἐπελάβετο αὐτοῦ , καὶ λέγει αὐτῷ ,
Exiguæ fidei , *ad quid* dubitâsti ? Et *ascendentibus illis in navigium* ,
Ὀλιγόπιστε , εἰς τί ἐδίστασας ; Καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον , 32
quievit ventus.
ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος.

ΚΖ' ρμη ς — ρμθ β — ρν δ — ρνα ε — ρνβ ς

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܠܝܬ ܠܢ ܗܪܟܐ ܐܠܐ ܚܡܫ ܓܪܝܨܢ. ܘܬܪܝܢ ܢܘܢܝܢ. * ܐܡܪ ܠܗܘܢ
18 ܝܫܘܥ. ܐܝܬܘ ܐܢܘܢ ܠܝ ܠܗܪܟܐ. * ܘܦܩܕ ܠܟܢܫܐ ܕܢܣܬܡܟܘܢ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܢܣܒ
19 ܗܠܝܢ ܚܡܫ ܠܚܡܝܢ ܘܬܪܝܢ ܢܘܢܝܢ. ܘܚܪ ܒܫܡܝܐ ܘܒܪܟ ܘܩܨܐ. ܘܝܗܒ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ.
20 ܘܗܢܘܢ ܬܠܡܝܕܐ ܣܡܘ ܠܟܢܫܐ. * ܘܐܟܠܘ ܟܠܗܘܢ ܘܣܒܥܘ ܘܫܩܠܘ ܬܘܬܪܐ ܕܩܨܝܐ.
21 ܬܪܬܥܣܪܐ ܩܘܦܝܢ ܟܕ ܡܠܝܢ. * ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܐܟܠܘ. ܗܘܘ ܓܒܪܐ ܚܡܫܐ ܐܠܦܝܢ.
22 ܣܛܪ ܡܢ ܢܫܐ ܘܛܠܝܐ. * ܘܡܚܕܐ ܐܠܨ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܢܣܩܘܢ ܠܣܦܝܢܬܐ. ܘܢܩܕܡܘܢ
23 ܩܕܡܘܗܝ ܠܥܒܪܐ. ܥܕ ܗܘ ܫܪܐ ܠܟܢܫܐ. * ܘܟܕ ܫܪܐ ܠܟܢܫܐ. ܣܠܩ ܠܛܘܪܐ
ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܠܡܨܠܝܘ. * ܕܪܡܫܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܕܬܪܝܢ ܕܒܬܪ ܩܝܡܬܐ * ܠܗ *
24 ܘܟܕ ܗܘܐ ܪܡܫܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܗܘܐ ܬܡܢ. * ܐܠܦܐ ܕܝܢ ܪܚܝܩܐ ܗܘܬ ܡܢ ܐܪܥܐ ܐܣܛܕܘܬܐ.
25 ܣܓܝܐܬܐ ܟܕ ܡܫܬܓܫܐ ܡܢ ܓܠܠܐ. ܪܘܚܐ ܓܝܪ ܣܩܘܒܠܝܬܗ ܗܘܬ. * ܒܡܛܪܬܐ ܕܝܢ ܕܪܒܥܬܐ
26 ܕܠܠܝܐ ܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ ܝܫܘܥ ܟܕ ܡܗܠܟ ܥܠ ܡܝܐ. * ܘܚܙܐܘܗܝ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܡܗܠܟ ܥܠ
27 ܡܝܐ ܘܐܬܕܠܚܘ. ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܚܠܡܐ ܗܘ. ܘܩܥܘ ܡܢ ܕܚܠܬܗܘܢ. * ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ
28 ܡܚܕܐ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܘܐܡܪ. ܐܬܠܒܒܘ: ܐܢܐ ܐܢܐ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ. * ܥܢܐ ܟܐܦܐ
29 ܘܐܡܪ ܠܗ. ܡܪܝ. ܐܢ ܐܢܬ ܗܘ. ܦܩܘܕ ܐܬܐ ܠܘܬܟ ܥܠ ܡܝܐ. * ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܬܐ.
30 ܘܢܚܬ ܟܐܦܐ ܡܢ ܐܠܦܐ ܘܗܠܟ ܥܠ ܡܝܐ ܕܢܐܬܐ ܠܘܬ ܝܫܘܥ. * ܘܟܕ ܚܙܐ ܪܘܚܐ
31 ܕܥܙܝܙܐ. ܕܚܠ ܘܫܪܝ ܠܡܛܒܥ. ܘܐܪܝܡ ܩܠܗ ܘܐܡܪ. ܡܪܝ ܦܪܘܩܝܢܝ. * ܘܒܗ ܒܫܥܬܗ
32 ܦܫܛ ܐܝܕܗ ܡܪܢ. ܘܐܚܕܗ. ܘܐܡܪ ܠܗ. ܙܥܘܪ ܗܝܡܢܘܬܐ ܠܡܢܐ ܐܬܦܠܓܬ. * ܘܟܕ
ܣܠܩܘ ܠܐܠܦܐ ܫܠܝܬ ܪܘܚܐ.

Ipsi verò dicunt ei , Non habemus 17
hic nisi quinque panes , & du-
os pisces. Dixit eis Jesus , Afferte mihi 18
ea huc. Et præcepit turbis ut discumbe- 19
rent humi , accepítque illos quinque panes
& duos pisces , & suspexit in cœlum , be-
nedixitque & fregit , ac dedit discipulis
suis ; ipsi verò discipuli apposuerunt tur-
bis. Et comederunt omnes & expleti sunt ; 20
& sustulerunt reliquias fragmentorum duo-
decim cophinos plenos. Illi verò homines 21
qui comederant , erant quinquies mille ,
exceptis mulieribus , & pueris. Et statim 22
coëgit discipulos suos conscendere navim ,
& præire sibi in ulteriorem ripam , dum ipse
dimitteret turbas. Quumque dimisisset 23
turbas , ascendit in montem solus , ut oraret.

*Ad vesperam dominicæ secundæ post resur-
rectionem.* 35.

Quum autem ingruissent tenebræ , solus erat
illic. Cæterùm navis recesserat à terra sta- 24
diis multis , agitata plurimùm à fluctibus ;
ventus enim erat ei adversus. Vigiliâ verò 25
quartâ noctis venit ad eos Jesus ambulans
super aquas. Et viderunt eum discipuli 26
ejus ambulantem super aquas , atque con-
turbati sunt , & dicebant ; Spectrum est
ementitum : ac præ timore suo clamârunt.
Ipse verò Jesus eodem momento collocutus 27
est eis , inquiens ; Bono estote animo : E-
go sum , ne timeatis. Et respondens Ce- 28
phas , dixit ei ; Domine mi , si tu es , jube
me venire ad te super aquas. Jesus verò 29
dixit ei ; Veni : & descendit Cephas è na-
vicula , & ambulavit super aquas ut adiret
Jesum. Sed quum vidisset ventum vehe- 30
mentem , timuit , cœpitque demergi : & attol-
lens vocem suam , dixit ; Domine mi , libera
me. Et in ipsius horæ puncto porrexit ma- 31
num suam Dñs noster , & prehendens eum ,
dixit ei ; Pusille fide , quare dubitâsti ? Quumq; 32
conscendissent navim , conquievit ventus.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

17 * ايشان بدو كفتند • اينجا نداريم بجز پنج نان ودو ماهي * عيسي كفت آنرا پيش
18 من بياريد • آوردند • * وبجماعت فرمود تا از پاي بنشينند آن پنج نان وماهي را بستد • ودر
19 آسمان نكه كرد • ونانها را شكست وبركت كرد • [وبشاكردان داد] وشاكردان او بخلق
20 مي دادند • * همكنان خوردند وسير شدند وفضيلت پارها كه مانده بود • دوازده سبد
21 پر بر داشتند • * وكساني كه خوردند • پنج هزار مرد بودند • بغير از زنان وكودكان •
22 * آنكه بشاكردان فرمود كه در كشتي نشينند وپيشتر ازو در آن سوي روند • * آنكه
23 خلق را دستوري داد • وخود تنها بالاي كوه رفت تا نماز بكزارد •

هشتاد چهار رفتن مسيح بپاي بر روي دريا

چون تاريك شد عيسي تنها انجا بود

24 * وكشتي فرسنكهاء بسيار از زمين دور شده بود براي آنك بادنا راست داشت * ودر
25 چهارم نوبت پاس شب • عيسي بروي دريا پيش ايشان آمد • * شاكردان ديدند كه
26 مسيح بر روي دريا مي كرديد • ترسيدند پنداشتند كه خيالست • ودروغ • وشكوهيدند

Illi dixerunt ei , *Hic nihil habe-* 17
mus præter quinque panes & duos
pisces. Jesus dixit , *Illos ad me af-* 18
ferte ; *& attulerunt. Et jussâ mul-* 19
titudine humi sedere , *illos quinque*
panes & pisces accepit ; *tum cœ-*
los intuitus est , *& panibus fractis*
benedixit , *deditque discipulis* , *di-*
scipuli verò ejus populo dederunt.
Et omnes comederunt & saturati 20
sunt : *& reliquum fragmentorum* ,
quod remansit , *duodecim corbes ple-*
nos sustulerunt. Hominés autem qui 21
comederant quinquies mille viri fue-
runt , *præter mulieres et parvulos.*
Tunc discipulis jussit , *ut navim* 22
conscenderent et ante eum in ulteri-
orem ripam irent. Tunc populo 23
abeundi potestatem dedit , *et ipse*
solus in montem ascendit , *ut oraret.*

LXXXIV. Incessus Christi pe-
destris super faciem maris.

Et *cùm tenebrosum esset* , *Jesus so-*
lus illic erat. Navis autem para- 24
sangis multis à terra provecta est ,
eò quòd ventum parùm secundum
haberet. Et in quarta vice custo- 25
diæ nocturnæ Jesus in superficie
maris ad eos venit. Discipuli vi- 26
dentes Christum in superficie maris
obambulantem timuerunt , *existi-*
marunt enim *spectrum esse et*
apparitionem *falsam* : *et perterriti*

Versio VULGATA LATINA.

17 18 Responderunt ei; Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. Qui ait
eis; Afferte mihi illos huc. Et cùm jussisset turbam discumbere super fœnum,
19 acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cœlum benedixit, &
fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis. Et manducaverunt
20 omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum
21 plenos. Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis
22 mulieribus, & parvulis. Et statim compulit Jesus discipulos ascendere in navicu-
23 lam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissâ turbâ,
24 ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. Navicu-
la autem in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.

Quartâ autem vigiliâ noctis, venit ad eos ambulans super mare. Et videntes 25 26
eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes; Quia phantasma est.
Et præ timore clamaverunt. Statimque Jesus locutus est eis, dicens; Habete 27
fiduciam: ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus, dixit; Do- 28
mine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. At ipse ait; Veni. Et de- 29
scendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum. Vi- 30
dens verò ventum validum, timuit: & cùm cœpisset mergi, clamavit dicens;
Domine, salvum me fac. Et continuò Jesus extendens manum, apprehendit 31
eum: & ait illi; Modicæ fidei, quarè dubitâsti? Et cùm ascendissent in navi- 32
culam, cessavit ventus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

17 18 * فقالوا له ليس لنا ههنا الا خمس خبزات وحوتان * فقال قدموهم الي ههنا * وامر ان يتكي
19 الجموع علي العشب * واخذ خمس الخبزات والحوتين ونظر الي السماء وباركهم وقسمهم * واعطي
20 التلاميذ الخبز وناول التلاميذ الجمع * فاكل جميعهم وشبعوا * ورفعوا فضلات الكسر اثني
21 عشر سلا مملوه * وكان عدد الاكلين خمسة الف رجل سوي النساء والصبيان *

* الفصل الرابع والاربعون *

22 23 * وللوقت امر تلاميذه ان يركبوا السفينة ويسبقوه الي العبر ليطلق الجموع * فاطلق الجمع
24 وصعد الي الجبل منفردا ليصلي * فلما كان المساء وكان وحده هناك * وكانت السفينة بعيدة
25 من البر نحو خمس وعشرين غلوة * فضربتها الامواج لمعاندة الريح اياها * وفي الهجعة
26 الرابعة من الليل جاءهم ماشيا علي البحر * فلما راه تلاميذه ماشيا علي البحر اضطربوا وقالوا
27 28 انه خيال ومن المخافة صرخوا * فكلمهم قائلا تقووا انا هو لا تخافوا * اجابه بطرس قائلا يا رب
29 ان كنت انت هو فمرني ان اتي اليك علي الماء * فقال له تعال * فنزل بطرس من السفينة ومشي
30 علي الماء جائيا الي يسوع * فراي قوة الريح خاف فكاد يغرق * فصاح قائلا يا رب نجني *
31 32 * وللوقت مد يسوع يده واخذه * وقال له يا قليل الامانة لم شككت * فلما صعد
السفينة سكنت الريح *

Dixerunt ei, Non sunt hic nobis nisi 17
quinque panes & duo pisces. Et dixit 18
eis, Afferte eos ad me huc: Et jussit ut 19
discumberent turbæ super herbam. Et ac-
cepit quinque panes & duos pisces, &
aspexit in cælum, & benedixit eis, &
divisit illos, deditque discipulis panem,
et porrexerunt discipuli turbæ. Et come- 20
derunt omnes, et saturati sunt: et sus-
tulerunt residua fragmentorum, duode-
cim cistas plenas. Et erat numerus man- 21
ducantium, quinque millia virorum præ-
ter mulieres et pueros.

Sectio quadragesima quarta.

Et statim jussit discipulis suis ut con- 22
scenderent naviculam, et præcederent
eum trans fretum, ut dimitteret turbas.
Dimisit ergò turbam, et ascendit in mon- 23
tem solus ut oraret. Et cùm factum es-
set serò, et esset solus ibi, Essetque na- 24
vicula remota à terra circiter quinque
et viginti leucas, agitaverunt eam fluc-
tus, ob contrarietatem venti in eam.
Et in vigilia quarta noctis, venit ad 25
eos ambulans super mare. Cùm autem 26
vidissent eum discipuli ejus ambulantem
super mare, turbati sunt, et dixerunt;
Quia phantasma est. Et præ timore ex-
clamaverunt. Et allocutus est eos, di- 27
cens; Confortamini, ego sum, nolite ti-
mere. Respondit ei Petrus, dicens; Do- 28
mine, si tu es, præcipe mihi ut veniam
ad te super aquam. Ait illi, Veni. Igi- 29
tur descendit Petrus de navicula, et am-
bulavit super aquam veniens ad Jesum.
Vidit autem vim venti, et timuit; ac 30
propè submersus est: quare exclamavit,
dicens; Domine, salvum me fac. Et con- 31
tinuò extendit Jesus manum suam, et
apprehendit eum, et dixit ei; Modice
fide, quare dubitâsti? Et cùm ascendis- 32
set in naviculam, quievit ventus.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

17 ወይቤልዎ ፡ አልብነ ፡ ዝየሰ ፡ ዘእንበለ ፡ ኃምስ ፡ ኅብስት ፡ ወክልኤ ፡ ዓሣ ፡፡ ወይቤ ፡ አ
18 ምጽእዎን ፡ ሊተ ፡ ዝየ ፡፡ ወአዘዘ ፡ ሰብአ ፡ ይርፍቁ ፡ ውስተ ፡ ሣዕር ፡ ወነሥአ ፡ ኃምስ ፡ ኅ
19 ብስተ ፡ ወክልኤ ፡ ዓሣ ፡ ወነጸረ ፡ ውስተ ፡ ሰማይ ፡ ወባረከ ፡ ወፈቲቶ ፡ ወሀበ ፡ ለአርዳኢሁ ፡
20 ኅብስተ ፡ ወአርዳኢሁ ፡ ለአሕዛብ ፡፡ ወበልዑ ፡ ኵሎሙ ፡ ወጸግቡ ፡ ወአግብኡ ፡ ዘተርፈ ፡
21 ፍትፋተ ፡ ዐሠርተ ፡ ወክልኤተ ፡ መዛርእ ፡ መሉእ ፡፡ ወእለሰ ፡ በልዑ ፡ እሙንቱ ፡ ሰብአ ፡
22 ከመ ፡ ኃምሳ ፡ ምእት ፡ ዘእንበለ ፡ አንስት ፡ ወደቂቅ ፡፡

በእንተ ፡ ዘከመ ፡ ሖረ ፡ ዲበ ፡ ባሕረ ፡፡

ወአገበሮሙ ፡ ሶቤሃ ፡ ለአርዳኢሁ ፡ ከመ ፡ ይዕርጉ ፡ ውስተ ፡ ሐመር ፡ ይሖሩ ፡ ወይፀንሕዎ ፡
23 ማዕዶተ ፡ እስከ ፡ ሶበ ፡ ይፌንዎሙ ፡ ለሕዝብ ፡፡ ወእምዝ ፡ ፈትሖሙ ፡ ለአሕዛብ ፡ ወዐ
ርገ ፡ ውስተ ፡ ደብር ፡ እንተ ፡ በሕቲቱ ፡ ይጸሊ ፡ ወምሴተ ፡ ከዊኖ ፡ ባሕቲቱ ፡ ሀሎ ፡ ህየ ፡፡
24 ወሐመርሰ ፡ ናሁ ፡ ማእከለ ፡ ባሕር ፡ ሃሎ ፡፡ ይትሃወክ ፡ እመገድ ፡ እስመ ፡ እምቅድሜሁ ፡
25 ውእቱ ፡ ነፋስ ፡፡ ወበራብዕ ፡ ሌሊት ፡ መጽአ ፡ ኀቤሆሙ ፡ እንዘ ፡ የሐውር ፡ ዲበ ፡ ባሕ
26 ር ፡፡ ወሶበ ፡ ርእይዎ ፡ አርዳኢሁ ፡ እንዘ ፡ ዲበ ፡ ባሕር ፡ የሐውር ፡ ተሀውኩ ፡ እንዘ ፡
27 ይብሉ ፡ ምትሃት ፡ ውእቱ ፡ ወእምግርማሁ ፡ አውየዉ ፡፡ ወበጊዜሃ ፡ ተናገሮሙ ፡ እግዚእ
28 ኢየሱስ ፡ እንዘ ፡ ይብል ፡ ተአመኑ ፡ አነ ፡ ውእቱ ፡ ኢትፍርሁ ፡፡ ወአውሥአ ፡ ጴጥሮስ ፡
ወይቤ ፡ እመሰ ፡ አማን ፡ አንተሁ ፡ እግዚኦ ፡ አዝዘኒ ፡ እምጻእ ፡ ኀቤከ ፡ እንተ ፡ ዲበ ፡ ማ
29 ይ ፡፡ ወይቤሎ ፡ ነዓ ፡ ወወሪዶ ፡ እምደበ ፡ ሐመር ፡ ጴጥሮስ ፡ ሖረ ፡ ዲበ ፡ ማይ ፡ ወበጺ
30 ሖ ፡ ኀበ ፡ እግዚእ ፡ ኢየሱስ ፡፡ ርእየ ፡ ነፋስ ፡ ኃያለ ፡ ፈርሀ ፡ ወአኀዘ ፡ ይስጠም ፡ ወአው
31 የወ ፡ ሶቤሃ ፡ እንዘ ፡ ይብል ፡ እግዚኦ ፡ አድኅነኒ ፡፡ ወደአተ ፡ ሶቤ ፡ እግዚእ ፡ ኢየሱስ ፡ ሰፍ
32 ሐ ፡ እዴሁ ፡ ወአኀዞ ፡ ወይቤሎ ፡ ውሑደ ፡ ሃይማኖት ፡ በምንት ፡ ናፈቀ ፡፡ ወዐሪጎሙ ፡
ውስተ ፡ ሐመር ፡ ደእተ ፡ ጊዜ ፡ ኃደገ ፡ ነፋስ ፡፡

Et dicunt ei, Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. Et dicit, 17
Adferte eos mihi huc. Et jussit populum sedere super herbam, & accepit 18
quinque panes, & duos pisces, & aspexit in cælum & benedixit: & frangens 19
dedit discipulis panem, & discipuli populis. Et comederunt omnes illi, & satiati 20
sunt: & sustulerunt quod superfuerat fragmentorum duodecim modios plenos.
Et qui comederant fuerunt homines quasi quinquagesies centum absque muli- 21
eribus & parvulis.

Quòd super mare ambulat.

Et coëgit tunc discipulos suos ut ascenderent in navem, & abirent, & ex- 22
pectarent eum ultrà, usque dum dimitteret populum. Et quando solvisset popu- 23
los, & ascendisset in montem solitarius orare, & vespere facto, solus ibi
fuisset, Et navis ecce in medio maris fuisset, commota fuit à fluctibus 24
quoniam ex adverso ejus erat ventus. Et circa quadrantem noctis venit ad 25
eos ambulans super mare. Et quando viderunt eum discipuli ejus super 26
mare ambulantem, turbati erant dicentes, Phantasma est: & præ metu ejus
clamaverunt. Et statim loquutus est iis Dominus Jesus, dicens; Confidite, 27
ego sum, ne timeatis. Et respondit Petrus & dicit, Si verè es Dominus, 28
jube me venire ad te super aquam. Et dicit ei, Venito: et descendens de super 29
navi Petrus ambulavit super aquam: et veniens ad Dominum Jesum, Vidit 30
ventum validum, & timuit, et cæpit demergi: et clamavit tunc, dicens; Domine,
serva me. Et continuò Dominus Jesus extendit manum suam, et apprehen- 31
dit eum, et dicit ei, Modice fidei, quare dubitâsti? Et ascendentibus illis in 32
navem, statim cessavit ventus.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

27 بانك † زدند * عيسي همانگاه † با ايشان در سخن آمد * وگفت دل استوار داريد * منم
28 منم مترسيد * صفا بدو گفت خداوندا اگر توي * مرا فرمان ده تا پيش تو آيم † بر روي
29 آب * مسيح گفت بيا * صفا از كشتي † فرود آمد وبر روي دريا روان شد * كه پيش
30 عيسي آيد * چون ديد كه باد سخت است * ترسيد ودر آب فرو مي رفت بانگ بر آورد
31 وگفت * خداوندا مرا برهان * همانگه † خداوند ما دست † دراز كرد * واورا بر گرفت *
32 وبدو گفت اي كم ايمان چرا † در گمان وپريشان شدي * وچون بالاي كشتي رفت
باد ساكن شد *

clamorem ediderunt. Jesus continuò 27
ad sermonem devenit cum illis, &
dixit; Animum firmum habeatis: ego
sum, ego sum, ne timeatis. Cephas 28
illi dixit, O Domine, si tu es, jube
mihi ut veniam ad te super faciem
aquæ. Christus dixit, Veni: Cephas 29
descendit è navi & super faciem
maris ambulavit, ut ad Jesum ve-
niret. Cùm videret autem ventum 30
asperum esse, timuit, & in aquam
subsidens clamorem sustulit, & dixit;
O Domine, me libera. Protinus Do- 31
minus noster manum extendit & eum
prehendit, dixitque illi; O inops fi-
de quare dubius & anxius fuisti?
Et quum navim conscendisset, ventus 32
sedatus est.

Qui autem in *navigio, venientes* adoraverunt eum, dicentes; Verè Dei
33 Οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ, ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, λέγοντες, Ἀληθῶς Θεοῦ
Filius es. Et *transfretantes* venerunt in terram *Gennesareth*. Et *cogno-*
34 υἱὸς εἶ. Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ. Καὶ ἐπι-
35 *scentes* eum viri loci illius, miserunt in universam *circumviciniam* il-
γνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου, ἀπέστειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκεί-
lam: & attulerunt ei omnes malè habentes. Et *adpellabant* eum
36 νην· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας. Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν
ut *solùm* tangerent fimbriam vestimenti ejus. Et quicunq; tetigerũt, *perservati* sunt.
ἵνα μόνον ἅψωνται τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. καὶ ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν.

CAP. XV. ιε'.

Tunc *accedunt Jesu* ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi,
1 Τότε προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι,
dicentes; Quarè discipuli tui transgrediuntur traditionem se-
2 λέγοντες, Διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσ-
niorum? non enim lavant manus suas, cùm panem manducant. Ipse autē
3 βυτέρων; οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν. Ὁ δὲ
respondens ait illis; Quarè & vos transgredimini mandatum Dei,
ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Διατί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ,
propter traditionem vestram? Nam Deus *mandavit, dicens*; Honora pa-
4 διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν; ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο, λέγων, Τίμα τὸν πα-
trem tuũ & matrem: & *Maledicens* patri vel matri, morte *finiatur*.
τέρα σου καὶ τὴν μητέρα· καί, Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω.

Vos autem dicitis; Quicunq; dixerit patri vel matri; Munus, *quod si* ex
Ὑμεῖς δὲ λέγετε, Ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί, Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ 5
me, *juveris*. Et non honorificabit patrem suum aut matrem suam:
ἐμοῦ ὠφεληθῇς· Καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ· 6
& irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocri-
καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. Ὑποκρι- 7
tæ, *pulchrè* prophetavit de vobis Esaias, dicens; *Appropinquat mihi* po-
ταί, καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας, λέγων, Ἐγγίζει μοι ὁ λα- 8
pulus hic *ore suo, &* labiis me honorat: *at* cor eorum longè ab-
ὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπ-
est à me. *Frustrà* autem colunt me, docentes doctrinas, mandata
έχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα 9
hominum. Et *advocans turbam*, dixit eis; Audite & intel-
ἀνθρώπων. Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, εἶπεν αὐτοῖς, Ἀκούετε καὶ συνίε- 10
ligite. Non *intrans* in os *communem facit* hominem: sed *egressum*
τε. Οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον· ἀλλὰ τὸ ἐκπορευό- 11
ex ore, hoc *communem facit* hominem. Tunc accedentes disci-
μενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Τότε προσελθόντες οἱ μα- 12
puli ejus, dixerunt ei; Scis *quòd* Pharisæi *audientes sermonem*, scanda-
θηταὶ αὐτοῦ, εἶπον αὐτῷ, Οἶδας ὅτι οἱ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες τὸν λόγον, ἐσκανδα-
lizati sunt? Ille *autem* respondens, ait; Omnis plantatio, quam non plantavit Pa-
λίσθησαν; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε, Πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πα- 13
ter meus cœlestis, eradicabitur.
τήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

33 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܒܐܠܦܐ ܐܬܘ ܣܓܕܘ ܠܗ ܘܐܡܪܝܢ ܫܪܝܪܐܝܬ ܒܪܗ ܐܢܬ ܕܐܠܗܐ *
34 ܘܪܕܘ ܘܐܬܘ ܠܐܪܥܐ ܕܓܢܣܪ *
35 ܘܐܫܬܘܕܥܘܗܝ ܐܢܫܐ ܕܐܬܪܐ ܗܘ ܘܫܕܪܘ ܠܟܠܗܝܢ ܩܘܪܝܐ ܕܚܕܪܝܗܘܢ ܘܩܪܒܘ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܝܫܐܝܬ ܥܒܝܕܝܢ ܗܘܘ *
36 ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ ܕܐܦܢ ܠܟܢܦܐ ܕܢܚܬܗ ܢܬܩܪܒܘܢ ܘܐܝܠܝܢ ܕܩܪܒܘ ܐܬܐܣܝܘ *
1 ܗܝܕܝܢ ܐܬܘ ܠܘܬ ܝܫܘܥ ܦܪܝܫܐ ܘܣܦܪܐ ܕܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܘܐܡܪܝܢ *
2 ܠܡܢܐ ܬܠܡܝܕܝܟ ܥܒܪܝܢ ܥܠ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܩܫܝܫܐ ܘܠܐ ܡܫܝܓܝܢ ܐܝܕܝܗܘܢ ܡܐ ܕܠܚܡܐ ܐܟܠܝܢ *
3 ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܡܢܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܥܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܠ ܦܘܩܕܢܐ ܕܐܠܗܐ ܡܛܠ ܡܫܠܡܢܘܬܟܘܢ *
4 ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܐܡܪ ܝܩܪ ܠܐܒܘܟ ܘܠܐܡܟ ܘܡܢ ܕܡܨܚܐ ܠܐܒܘܗܝ ܘܠܐܡܗ ܡܡܬ ܢܡܘܬ *
5 ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܟܠ ܕܢܐܡܪ ܠܐܒܐ ܐܘ ܠܐܡܐ ܩܘܪܒܢܝ ܡܕܡ ܕܬܬܗܢܐ ܡܢܝ *
6 ܘܠܐ ܢܝܩܪ ܠܐܒܘܗܝ ܐܘ ܠܐܡܗ ܘܒܛܠܬܘܢ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܛܠ ܡܫܠܡܢܘܬܟܘܢ *
7 ܢܣܒܝ ܒܐܦܐ ܫܦܝܪ ܐܬܢܒܝ ܥܠܝܟܘܢ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܘܐܡܪ *
8 ܥܡܐ ܗܢܐ ܒܣܦܘܬܗ ܡܝܩܪ ܠܝ ܠܒܗܘܢ ܕܝܢ ܪܚܝܩ ܛܒ ܡܢܝ *
9 ܘܣܪܝܩܐܝܬ ܕܚܠܝܢ ܠܝ ܟܕ ܡܠܦܝܢ ܝܘܠܦܢܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ *
10 ܘܩܪܐ ܠܟܢܫܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܫܡܥܘ ܘܐܣܬܟܠܘ *
11 ܠܐ ܗܘܐ ܡܕܡ ܕܥܐܠ ܠܦܘܡܐ ܡܛܢܦ ܠܒܪܢܫܐ ܐܠܐ ܡܕܡ ܕܢܦܩ ܡܢ ܦܘܡܐ ܗܘ ܡܛܢܦ ܠܒܪܢܫܐ *
12 ܗܝܕܝܢ ܩܪܒܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܦܪܝܫܐ ܕܫܡܥܘ ܡܠܬܐ ܗܕܐ ܐܬܟܫܠܘ *
13 ܗܘ ܕܝܢ ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܟܠ ܢܨܒܬܐ ܕܠܐ ܢܨܒ ܐܒܝ ܕܒܫܡܝܐ ܬܬܥܩܪ *

Et venerunt ii qui in navi erant, eumque ad- 33
orantes, dixerunt; Verè filius Dei es. Et 34
navigârunt, veneruntq; in terram Genesar.
Et quum agnovissent eum homines regionis 35
illius, miserunt in omnes vicos circumjacen-
tes, & obtulerunt ei eos omnes qui variis
morbis affecti erant. Et rogabant eum ut 36
tangerent vel fimbriam tantùm vestimenti
ejus: & ii qui tetigerunt, sanati sunt.

Dominicâ post Pentecosten. 36.

CAP. XV.

Tunc accesserunt ad Jesum Pharisæi, & 1
Scribæ ab Hierusalem, & inquiunt; Qua- 2
re discipuli tui transgrediuntur traditionem
seniorum, nec abluunt manus suas quum e-
dunt panem? Respondit Jesus, & ait illis; 3
Quare & vos trangredimini mandatum Dei
propter traditionem vestram? Deus enim
ait, Honora patrem tuum & matrem tu- 4
am: &, Qui maledixerit patri suo, aut ma-
tri suæ, morte moriatur. Vos autem dici- 5
tis, Quisquis dixerit patri aut matri, Ob-
latio mea tale quid est, ut utilitatem per-
cipias à me: Et non honorabit patrem 6
suum aut matrem suam. Et abrogâstis ser-
monem Dei propter traditionem vestram.
Hypocritæ, benè vaticinatus est de vobis 7
Esaia propheta, inquiens; Populus hic la- 8
biis suis honorat me, cor autem eorum val-
dè remotum est à me. Et frustrà me reve- 9
rentur, docentes doctrinas mandatorum ho-
minum. Porrò convocavit turbas, & dixit 10
eis; Audite & intelligite. Nequaquam id 11
quod ingreditur in os, polluit hominem:
sed quod prodit ab ore, illud inquinat homi-
nem. Tunc accesserunt discipuli ejus, & di- 12
cunt ei; Nôsti Pharisæos, qui audierunt hunc
sermonem, offensos fuisse? Ipse verò respon- 13
dit, & ait illis; Omnis planta quam non plan-
taverit Pater meus qui in cœlis est, evelletur.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

33 * کسانی که در کشتی بودند آمدند واورا سجود کردند • وکفتند بحقیقت
توی فرزند خدا   هشتاد پنج   انجا که رنجورانرا بر کنار راه می
34 35 انداختند   * واز انجا بزمین قنسرین آمدند • * کسان آن ولایت شنیدند
وفرستادند † درهمه دهها وولایات • که کرداکرد ایشانست واوردند پیش او † رنجورانی
36 که از دست رفته بودند • * ونزدیک او شدند تا بکنار جامهء او برسند • هرکه
رسید خوش شد وشفا یافت   هشتاد شش
1 اعتراض معتزلان برای دست شستن   * انکه معتزلان ونویسندکان
2 که از اورشلیم بودند • پیش عیسی نزدیک شدند • وکفتند * چرا شاکردان تو بره
3 سپارش پیران می کذرند • وقتی که نان می خورند دست خود نمی شویند * عیسی بدیشان
4 پاسخ داد • وکفت چرا شما نیز • برسپارش خدا می کذرید • برای سپارشهاء شما * برای انکه
خدا کفت پدرت را ومادرت را حرمت بدار وهرکه پدر ومادر خود را دشنام دهد • بمردن بمیرد •

Homines autem qui in navi erant 33
venerunt, & eum adorârunt; dixe-
runtque, In veritate tu es Filius
Dei.

LXXXV. Ubi ægrotos juxta viam
projecerunt.

Et illinc in terram Kennasrin vene- 34
runt. Quo audito homines illius re- 35
gionis miserunt in omnes pagos &
præfecturas quæ circum circa illos
erant; & adduxerunt ad eum ægro-
tos opem prætergressos. Qui ad il- 36
lum accesserunt, ut oram vestimenti
illius attingerent: quicunque vero te-
tigit sospes evasit & valetudinem
reperit.

LXXXVI. Altercatio Pharisæo-
rum de manuum lotione.

CAP. XV.

Tunc Pharisæi & scribæ, qui ex 1
Hierosolyma erant, ad Jesum acces-
serunt, & dixerunt; Quare disci- 2
puli tui traditionem seniorum trans-
grediuntur, nec quando panem com-
edunt manus suas lavant? Jesus il- 3
lis responsum dedit, & dixit; Qua-
re vos etiam mandatum Dei trans-
gredimini propter traditiones vestras?
Eò quòd Deus dixit, Patrem tuum 4
& matrem tuam in honore habe: &
qui patrem aut matrem suam con-
tumeliâ affecerit, moriendo moriatur.

Versio VULGATA LATINA.

Omnis res igne salitur, & omnis victima salitur sale. Bonum est sal: at si depravetur sal, quâ re salitur? Sit igitur in vobis sal, & concordet alter vestrûm cum altero. Sectio trigesima prima. 49 50

CAP. X.

DEinde surrexit indè, & venit in fines Judæ, & ad ulteriorem ripam Jordanis, & convenerunt ad eum turbæ iterum, docebátque eos pro more suo etiam. 1
Et venerunt ad eum Pharisæi ut tentarent eũ: & interrogaverunt eũ, an liceat viro dimittere uxorem suam. 2
Respondit eis, dicens; Quid præcepit vobis Moses? 3
Dixerunt, Præcepit Moses ut scriberetur libellus repudii, & destitueretur. 4
Respondit eis Jesus, dicens; Propter crudelitatem cordium vestrorum scripsit vobis hoc præceptum. 5
Quoniam in principio creationis creavit ambos Deus masculum & fœminam. 6
Et propter hoc relinquet vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ: 7
Et erunt ambo corpus unum: quoniam ipsi non sunt duo, sed ambo corpus unum. 8
Et quod conjunxit Deus, ne separet homo. 9
Et in domo iterum interrogaverunt eum discipuli ejus de hoc. 10
Et dixit eis, Qui repudiaverit uxorem suam, & duxerit aliam, jam fornicatus est in ea. 11
Et si ipsa dimittat conjugem suum, & ducat alium, ipsa est fornicaria. 12
Et obtulerunt ei parvulos ut poneret manum suam super illos: & increpaverunt discipuli offerentes eos. 13
Cùmque vidisset Jesus, doluit cor ejus, & dixit eis; Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibeatis eos: quoniam regnum Dei est hisce similibus. 14
Amen dico vobis, Quia qui non recipit regnum Dei velut parvulus, non intrabit illud. 15
Deindè amplexatus est eos, & posuit manum suam super eos, et benedixit illis. Sectio trigesima secunda. 16
Et dũ ipse ambularet in via, accurrit ad eũ homo quidã, & procubuit in genua sua, & rogavit eum dicens; O magister bone, quid faciam ut hæres fiam vitæ æternæ. 17

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

49 እስመ፡ ኵሉ፡ በእሳት፡ ይማልሕዎ፡ ወኵሉ፡ ዘይጠብሑ፡ ይትማስሑ፡፡ ሠናይ፡ ወእ
50 ቱ፡ ጼው፡ ወእመሰ፡ ጼው፡ ሰስነ፡ በምንት፡ እንከ፡ ይቄስምዎ፡ ጼወ፡ ረክቡ፡ በቤናቲክሙ፡
ዘተሰናአው፡፡ 1 ወተንሥአ፡ እምህየ፡ ሖረ፡ ብሔረ፡ ይሁዳ፡ እንተ፡ማዕዶተ፡ ዮ
1 ርዳኖስ፡ ወሖሩ፡ ካዕበ፡ምስሌሁ፡ ሕዝብ፡ ወመሀሮሙ፡ በከመ፡ ያለምድ፡፡
በእንተ፡ እለ፡ ተስእሉ፡ ይኅድጉኑ፡ ኅዲገ፡ ብእሲት፡፡
2 ወመጽኡ፡ ካዕበ፡ ፈሪሳውያን፡ ወተስእልዎ፡ እመ፡ ይከውኖሙ፡ ለብእሲ፡ ኀዲገ፡ ብእሲቱ፡፡
3 4 እንዘ፡ ያመክርዎ፡፡ ወአውሥአ፡ ወይቤሎሙ፡ ምንተኑ፡ አዘዘክሙ፡ ሙሴ፡፡ ወ
5 ይቤልዎ፡ አዘዘነ፡ ሙሴ፡ ንጽሐፍ፡ ላቲ፡ መጽሐፈ፡ ኅድጋቲሃ፡ ወንድኅራ፡፡ ወአውሥ
አ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ወይቤሎሙ፡ በከመ፡ እከየ፡ ልብክሙ፡ ወሀበክሙ፡ ሙሴ፡ ዘንተ፡ ትእ
6 ዛዘ፡ ትድኅሩ፡ አንስቲያክሙ፡፡ ወእምፍጥረትሰ፡ ተባዕተ፡ ወአንስተ፡ ገብረ፡ እግዚ
7 አብሔር፡፡ ወበእንተ፡ ዝንቱ፡ ይኅድግ፡ ብእሲ፡ አባሁ፡ ወእሞ፡ ወይተልዋ፡ ለብእሲ
ቱ፡፡ ወይከውኑ፡ ክልኤሆሙ፡ አሐደ፡ ሥጋ፡ ናሁኬ፡ ኢኮኑ፡ ክልኤተ፡ ወአሐዱ፡ ሥጋ፡፡
8 9 እሙንቱ፡ ዘእግዚአብሔር፡ እንከ፡ አስተፀመረ፡ ሰብእ፡ ኢይፈልጥ፡፡ ወበቤት፡ ካዕበ፡
10 ተስእልዎ፡ አርዳኢሁ፡ በእንተ፡ ዝንቱ፡፡ ወይቤሎሙ፡ ዘይኅድግ፡ ብእሲቶ፡ ወሖረ፡ ክል
11 እተ፡ ዘመወ፡ ላዕሌሃ፡፡ ወእንተሂ፡ ይእቲ፡ ኀደገት፡ ምታ፡ ወሖረት፡ ኀበ፡ ካልእ፡ ዘመወት፡፡ ወአ
12 መጽኡ፡ ሕፃናተ፡ ኀቤሁ፡ ይግስሶሙ፡ ወገሠጽዎሙ፡ አርዳኢሁ፡ ለእለ፡ አቅረቡ፡፡ ወ
13 ርእዮ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ተምዕዐ፡ ወይቤሎሙ፡ ኅድጉ፡ ሕፃናተ፡ ይምጽኡ፡ ኀቤየ፡ ወኢ
14 ትክልእዎሙ፡ እስመ፡ ለዘ፡ ከመ፡ እሉ፡ ይእቲ፡ መንግሥተ፡ እግዚአብሔር፡፡ አማን፡
15 እብለክሙ፡ ዘኢተቀበላ፡ ለመንግሥተ፡ እግዚአብሔር፡ ከመ፡ ሕፃን፡ ኢይበውአ፡፡ ወ
16 አንበሮሙ፡ ውስተ፡ ሕፅኑ፡ ወባረኮሙ፡ ወወደየ፡ እዴሁ፡ ዲቤሆሙ፡፡
በእንተ፡ ዘከልአ፡ ተሊወ፡፡ ወእንዘ፡ ይሖውር፡ በፍኖት፡ መጽአ፡ አሐዱ፡ ወሰገደ፡
17 ሎቱ፡ ወይቤሎ፡ ሊቅ፡ ኄር፡ ምንተ፡ እገብር፡ ከመ፡ እረስ፡ ሕይወተ፡ ዘለዓለም፡፡

Quia omnem igne saliet, & omne quod mactatum erit salietur. Bonum est sal, 49
& si sal periit: in quo igitur condient illud. Sal acquirite inter vos quo pacem 50
habeatis.

CAP. X.

ET surgens indè venit in terram Judææ, quæ *est* ultra Jordanem, & venerunt 1
iterum cum illo populi, & docuit eos sicut consueverat.

De interrogantibus num liceat dimittere uxorem.

Et venerunt iterũ Pharisæi, & interrogârunt eum, si licet viro relinquere uxorem 2
suam: tentantes eum. Et respondit, & dixit iis; Quid præcepit vobis Moyses? 3
Et dixerunt illi, Præcepit nobis Moyses scribere ei scripturã abscessionis, & dimit- 4
tere eam. Et respondit Dñs Jesus, & dixit iis; Secundũ malitiã cordis vestri, dedit 5
vobis Moyses hoc mandatum dimittendi uxores vestras. Et è creatione mascu- 6
lum & fœminã fecit De[us]. Et propterea, relinquet vir patrẽ suum & matrem suã 7
& adhærebit uxori suæ, Et erunt duo caro una: ecce igitur, non sunt duo, sed una 8
caro. Quos igitur Deus conjunxit, homo non separet. Et in domo iterũ inter- 9
rogârunt eum discipuli ejus de hoc. Et dixit iis, Qui dimisit uxorẽ suam, & ivit *ad* 10
alteram, fornicatus est contra eam. Et quæ *mulier* dimisit maritũ suum, & ivit ad 11
alterũ, fornicata est. Et adduxerunt parvulos ad eum, ut tangeret eos: & objurga- 12
bant discipuli ejus eos qui obtulissent. Et videns Dñs Jesus, indignatus est, & 13
dixit iis; Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibeatis eos: quoniam talium est 14
regnum Dei. Amen dico vobis, Qui non receperit regnũ Dei sicut parvulus, non 15
ingredietur *in* illud. Et collocavit eos in sinu suo, & benedixit iis, & posuit ma- 16
nus super eos.

De eo quem à sequendo repulit.

Et proficiscente *illo* in via venit quidam, & adoravit eum, & dixit ei; Magister 17
bone, quid faciam ut vitam æternam possideam?

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

چهل دو انجا كه كودكانرا دعا كرد
13 *كودكان پيش او امدند تا بر ايشان دعا
14 كند* شاكردان ايشانرا منع مي كردند* عيسي انرا بديد واورا نا خوش آمد*
وبشاكردان كفت كودكانرا رها كنيد تا پيش من آيند* وايشانرا منع مكنيد* سبب انك
15 ملكوت خدا براي ايشانست* كه مانند† اين كودكان باشند* *راست بشما بكويم هر كه مانند
16 اين كودكان ملكوت† خدارا قبول نكند* بدو اندر نرود* *ايشانرا ببر خود بر كرفت* ودست خودرا
بر ايشان كذرانيد* وبر ايشان دعا كرد چهل سه انك از مسيح پرسيد كه چكنم كه رستكار باشم
17 *چون در راه مي رفت شخصي دويد پيش او آمد* واورا سجود كرد* وازو پرسيد
وكفت* اي معلم نيك چكنم كه زندكاني جاويد را ميراث يابم*

XLII. Ubi pueris benedixit.

Et pueri ad eum venerunt, ut illis benediceret: discipuli autem eos prohibebant. 13
Jesus illud vidit, & ei displicuit, & discipulis dixit; Pueros sinite ut ad me veniant, & eos ne prohibete: eâ de causa quòd regnum Dei propter eos est, qui similes hisce puerulis fuerint. 14
Verum vobis dico; Quicunque sicut hi puerili regnum Dei non acceperit, in illud non ingredietur. 15
Eos itaque in sinum suum suscepit, & manum suam super illos traduxit, & illis benedixit. 16

XLIII. Is qui Christum interrogavit, Quid faciam ut salvus sim.

Cùm in via iret, quidam accurrens ad eum venit, & eum adoravit, & ab eo interrogavit, & dixit; O præceptor bone, quid faciam ut vitæ æternæ hæreditatem obtineam. 17

At Jesus dixit ei; Quid me dicis bonum? Nemo bonus, *si non* unus, Deus.
18 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός.
Præcepta nôsti; Ne adulterês, Ne occidas, Ne fureris, Ne *falsò testē-*
19 Τὰς ἐντολὰς οἶδας, Μὴ μοιχεύσῃς, Μὴ φονεύσῃς, Μὴ κλέψῃς, Μὴ ψευδομαρτυρή-
ris, Ne *damnum dederis*: Honora patrem tuum & matrem. Ille *autem* respondens,
20 σῃς, Μὴ ἀποστερήσῃς· Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς
ait ei; Magister, hæc omnia observavi à juventute mea. *At*
21 εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε, ταῦτα πάντα (η) ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου. (θ) Ὁ δὲ
Jesus intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei; Unum tibi deest: Vade,
Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἕν σοι ὑστερεῖ· ὕπαγε,
quæcunq; habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: &
ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ (ι) δὸς τοῖς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ
veni sequere me, *tollens crucem.* *Ille verò mœstus* in verbo, abiit *con-*
22 δεῦρο ἀκολούθει μοι, ἄρας τὸν σταυρόν. Ὁ δὲ συγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀπῆλθε λυ-
tristatus: erat enim habens *facultates* multas. Et circumspiciens Jesus, ait
23 πούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά. Καὶ περιβλεψάμενος ὁ Ἰησοῦς, λέγει
discipulis suis; Quàm difficilè *opes habentes* in regnum
τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ
Dei introibunt! *At* discipuli *expavescebant* in verbis ejus. At Jesus
24 Θεοῦ εἰσελεύσονται. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. (κ) ὁ δὲ Ἰησοῦς
rursus respondens, ait illis; *Nati, quomodò* difficile est, confidentes in
πάλιν ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς, Τέκνα, πῶς δύσκολόν ἐστι τοὺς πεποιθότας (λ) ἐπὶ
opibus, in regnum Dei introire. Facilius est, camelum
τοῖς χρήμασιν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. (μ) Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον
per foramen acûs transire, quàm divitem in regnum Dei
25 διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ
intrare. *Illi verò abundanter percellebantur*, dicentes ad semetipsos; Et quis potest *salvus*
26 εἰσελθεῖν. Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες πρὸς ἑαυτοὺς, Καὶ τίς δύναται σωθῆ-
fieri? Intuens *autem* illos Jesus, ait; Apud homines impossibile, *sed non*
27 ναι; Ἐμβλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγει, Παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ᾽ οὐ
apud Deum. Omnia enim possibilia sunt apud Deum. Et cœpit Petrus dicere
28 παρὰ τῷ Θεῷ. πάντα γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ. (ν) Καὶ ἤρξατο ὁ Πέτρος λέγειν
ei; Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Respondens *autem* Jesus,
29 αὐτῷ, Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. (ξ) Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς,
ait; Amen dico vobis; Nemo est qui reliquerit domū, aut fratres, aut sorores, aut
εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, (ο) Οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ
patrem, aut matrem, *aut uxorem*, aut filios, aut agros, *causâ mei* & Evangelii:
πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου·
30 Si non accipiet *centuplicia* nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & so-
Ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, οἰκίας, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ ἀ-
rores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in *seculo*
δελφὰς, καὶ (π) μητέρας, καὶ τέκνα, καὶ ἀγροὺς, μετὰ διωγμῶν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι
venturo vitam æternam. Multi autem erunt primi novissimi, & novissimi primi.
31 τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον. Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι ἔσχατοι, (ρ) καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι.

MS. A. (η) ἐφύλαξα (θ) Ὁ δὲ ἐμβλέψας (ι) δὸς πτωχοῖς, (κ) Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς, Τέκνα, (λ) ἐπὶ χρήμασιν, (μ) Εὐκοπώτερον δέ ἐστιν κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος
(ν) Ἤρξατο ὁ (ξ) Ἀποκριθεὶς ὁ (ο) Ὅτι οὐδεὶς (π) μητέρα, (ρ) καὶ ἔσχατοι

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ ܡܢܐ ܩܪܐ ܐܢܬ ܠܝ ܛܒܐ. ܠܝܬ ܛܒܐ ܐܠܐ ܐܢ ܚܕ ܐܠܗܐ. * ܦܘܩܕܢܐ
19 ܝܕܥ ܐܢܬ. ܠܐ ܬܓܘܪ. ܠܐ ܬܓܢܘܒ. ܠܐ ܬܩܛܘܠ. ܠܐ ܬܣܗܕ ܣܗܕܘܬܐ ܕܕܓܠܐ. ܠܐ ܬܛܠܘܡ. ܐܝܩܪ ܠܐܒܘܟ ܘܠܐܡܟ. * ܗܘ ܕܝܢ ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܡܠܦܢܐ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܢܛܪܬ ܐܢܝܢ ܡܢ
20 ܛܠܝܘܬܝ. * ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܚܪ ܒܗ ܘܐܚܒܗ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܚܕܐ ܚܣܝܪܐ ܠܟ. ܙܠ ܙܒܢ ܟܠ ܡܕܡ
21 ܕܐܝܬ ܠܟ ܘܗܒ ܠܡܣܟܢܐ. ܘܢܗܘܐ ܠܟ ܣܝܡܬܐ ܒܫܡܝܐ. ܘܫܩܘܠ ܙܩܝܦܟ ܘܬܐ ܒܬܪܝ.
22 * ܗܘ ܕܝܢ ܐܬܟܪܝ ܠܗ ܥܠ ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܘܐܙܠ ܟܕ ܟܪܝܐ ܠܗ. ܐܝܬ ܗܘܐ ܓܝܪ ܠܗ ܢܟܣܐ ܣܓܝܐܐ.
23 * ܘܚܪ ܝܫܘܥ ܒܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܝܟܢܐ ܥܛܝܠ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܢܟܣܐ ܠܡܥܠ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ.
24 * ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܝܢ ܬܡܗܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܡܠܘܗܝ. ܘܝܫܘܥ ܬܘܒ ܥܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܒܢܝ ܐܝܟܢܐ ܥܛܝܠ ܠܐܝܠܝܢ ܕܬܘܟܠܗܘܢ ܥܠ ܢܟܣܝܗܘܢ ܠܡܥܠ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ.
25 * ܦܫܝܩ ܗܘ ܠܓܡܠܐ ܠܡܥܠ ܒܚܪܘܪܐ ܕܡܚܛܐ. ܐܘ ܥܬܝܪܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ.
26 * ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܝܬܝܪܐܝܬ ܡܬܗܪܝܢ ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ ܒܝܢܝܗܘܢ. ܡܢܘ ܡܫܟܚ ܠܡܚܐ.
27 * ܚܪ ܒܗܘܢ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܠܘܬ ܒܢܝܢܫܐ ܗܕܐ ܠܐ ܡܫܟܚܐ. ܐܠܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܟܠ ܓܝܪ ܡܫܟܚܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ.
* ܘܫܪܝ ܟܐܦܐ ܠܡܐܡܪ. ܗܐ ܚܢܢ ܫܒܩܢ ܟܠܡܕܡ ܘܐܬܝܢ ܒܬܪܟ.
28 * ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ. ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܠܝܬ ܐܢܫ ܕܫܒܩ ܒܬܐ. ܐܘ ܐܚܐ. ܐܘ ܐܚܘܬܐ. ܐܘ ܐܒܐ. ܐܘ ܐܡܐ. ܐܘ ܐܢܬܬܐ.
29 ܐܘ ܒܢܝܐ. ܐܘ ܩܘܪܝܐ. ܡܛܠܬܝ ܘܡܛܠ ܣܒܪܬܝ.
30 * ܘܠܐ ܢܩܒܠ ܚܕ ܒܡܐܐ ܗܫܐ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ. ܒܬܐ ܘܐܚܐ ܘܐܚܘܬܐ ܘܐܡܗܬܐ ܘܒܢܝܐ ܘܩܘܪܝܐ ܥܡ ܪܕܘܦܝܐ. ܘܒܥܠܡܐ ܕܐܬܐ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ.
31 * ܣܓܝܐܐ ܕܝܢ ܩܕܡܝܐ ܕܢܗܘܘܢ ܐܚܪܝܐ. ܘܐܚܪܝܐ ܩܕܡܝܐ.

Dixit ei Jesus; Quid me vocas bonum? nemo est bonus, nisi unus Deus. Mandata nôsti, Non mœchaberis, Non furaberis, Non occides, Nec testaberis testimonium falsum, Non inferes injuriam, Honora patrem tuum, & matrem tuam. Ille verò respondit, & dixit ei; Doctor, hæc omnia observavi à pueritia mea. Jesus autem eum conspicatus, dilexit eum, & ait illi; Unum tibi deest, Abi, vende omnia quæ habes, & da pauperibus; & futurus est tibi thesaurus in cœlis: & accipe crucem tuam, ac post me venito. Ille verò contristatus est hoc sermone, & abiit mœstus: habebat enim divitias multas. Respiciens autem Jesus discipulos suos, dixit eis; Quàm difficile est iis, quibus sunt divitiæ, ingredi regnum Dei! Discipuli verò obstupescebant ad hos sermones ipsius. Et subdit iterum Jesus, ac dixit eis; Filii mei, quàm difficile est iis, qui confidunt divitiis suis, ingredi regnum Dei! Facilius est camelum intrare per foramen acûs, quàm divitem in regnum Dei ingredi. Illi verò magis obstupescebant, & dicebant inter se, Quis potest servari? Conspicatus autem eos Jesus, dixit eis; Apud homines hoc possibile non est, sed apud Deum: omnia enim possibilia sunt apud Deum.

Petri Apostoli. 28.

Cœpit autem Cepha dicere, Ecce nos reliquimus omnia, & adhæsimus tibi. Respondit Jesus, & ait; Amen dico vobis, Nemo est qui relinquat domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut latifundia propter me, & propter Evangelium meum: Quin accipiat pro uno centum; nunc tempore isto, domos, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, latifundia cum persecutione: & in seculo venturo vitam perennem. Multi autem primi sunt, qui erunt postremi; & postremi, primi.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

18 * عيسي كفت چرا مرا نيك خواندي • ونيك نيست بجز يكي خدا • * وصايا را مي داني كناه
19 مكن • دزدي مكن • خون مكن • كواهي دروغ مده • ظلم مكن • پدر ومادر را حرمت بدار •
20 * او جواب داد • وكفت • اين همه از كودكي نكه داشتم • * عيسي سوي ان مرد نكاه كرد
21 وكفت همه نيكست ليكن يك چيز ديكر ترا كمست • او پرسيد چه چيزست كفت برو هر
چه داري بفروش وبمسكينان † وفرو ماندكان بده • تا براي تو در اسمان كنج شود • وبردار
22 صليب خود را وبدنبال من بيا • * او درين سخن غمناك شد • ودلتنك رفت • براي انك مال
23 ومكنت بسيار داشت • دلش نداد كه ترك كند • * عيسي بشاكردان نكه كرد وكفت •
24 دشخوارست اكر مال داران در ملكوت خدا توانند رفت • * شاكردان بر سخن وي تعجب كردند •
باز عيسي بديشان نكه كرد • وكفت فرزندان من • دشخوار كاريست بران كسان • كه بر مال خود †
25 تكيه كردند • وملكوت خدا را مي طلبند • * شتر در سوفار سوزن اسانتر كذرد • ازانك
26 توانكر در ملكوت خدا اندر رود • * شاكردان در سخن او حيران مي ماندند •
ودر دل خود فكر مي كردند • كه تواند اين كس كه رسته شود

Jesus dixit; Cur me bonum vocas? bonus quidem non est, nisi unus, Deus. Mandata nôsti; Peccatum ne committas, Furtum ne facias, Cædem ne perpetres, Testimonium falsum ne des, Ne iniquè agas, Patri & matri honorem exhibe. Ille retulit, ac dixit; Hæc omnia à pueritia observavi. Jesus in illum hominem intuitus est, & dixit; Omne bonum habet, sed una res adhuc tibi deest. Ille quæsivit, Quænam res est? Jesus dixit; Abi, quicquid habes vende, & pauperibus & afflictis dato, ut tibi in cœlis thesaurus sit: & tolle crucem tuam, & post me veni. Ille hoc sermone dolore affectus tristis & mœstus abiit: eò quòd opes & facultates amplas habens non ferret animus ejus relinquere. Jesus discipulos intuitus est, & dixit; Difficile est, si modo divites in regnum Dei possint ingredi. Discipuli super verbo illius admirati sunt. Rursus Jesus illos intuitus est, & dixit; Filii mei, difficile opus est eis qui in opibus suis fiduciam habent, & regnum Dei quærunt. Camelus per foramen acûs faciliùs transeat, quàm dives in regnum Dei ingrediatur. Discipuli ad sermonem ejus obstupuerunt, & in animo suo cogitationem hanc agitabant; Quî fieri potest ut iste homo salvus fiat

Versio VULGATA LATINA.

18 Jesus autem dixit ei; Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus. Præ-
19 cepta nôsti: Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris,
Ne fraudem feceris, Honora patrem tuum & matrem. At ille respondens, ait illi;
20 Magister, hæc omnia observavi à juventute mea. Jesus autem intuitus eum, dile-
21 xit eum, & dixit ei; Unum tibi deest: vade, quæcunque habes vende, & da paupe-
ribus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me. Qui contristatus in ver-
22 bo, abiit mœrens: erat enim habens multas possessiones. Et circumspiciens Je-
23 sus, ait discipulis suis; Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introi-
bunt! Discipuli autem obstupescebant in verbis ejus. At Jesus rursùs respondens
24 ait illis; Filioli, quàm difficile est, confidentes in pecuniis, in regnum Dei introi-
re! Facilius est, camelum per foramen acûs transire, quàm divitem intrare in re- 25
gnum Dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos; Et quis potest salvus 26
fieri? Et intuens illos Jesus, ait; Apud homines impossibile est, sed non apud De- 27
um: omnia enim possibilia sunt apud Deum. Et cœpit ei Petrus dicere; Ecce 28
nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Respondens Jesus, ait; Amen dico vo- 29
bis; Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut ma-
trem, aut filios, aut agros, propter me, & propter evangelium, Qui non accipiat 30
centies tantum, nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, &
filios, & agros, cum persecutionibus, & in seculo futuro vitam æternam. Mul- 31
ti autem erunt primi novissimi, & novissimi primi.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

18 * فقال له يسوع لم تقول لي صالحا وليس صالحا الا الله الواحد * انت تعرف الوصايا لا تقتل
19 لا تزن · لا تسرق · لا تشهد بالزور · [لا تجر] اكرم اباك وامك * فقال له يا معلم هذا كله قد
20 حفظته من صغري * فنظر اليه يسوع واحبه وقال له واحدة بقيت عليك · امض وبع كلما
21 لك واعطه للمساكين واكنزه في السماء وتعال اتبعني واحمل الصليب * فعبس لاجل
22 الكلام ومضى حزينا لانه كان ذا مال كثير * فنظر يسوع وقال لتلاميذه كيف عسر على
23 الموجودين الدخول الى ملكوت الله * فبهت تلاميذه لكلامه · اجابهم يسوع وقال لهم يا
24 بني هو عسر ان يدخل المتوكلون على الاموال ملكوت الله * ان دخول الجمل في خرم
25 الابرة لايسر من دخول غني ملكوت الله * فازدادوا تعجبا قائلين له فمن يقدر ان يخلص
26 * فنظر اليهم يسوع وقال اما عند الناس فلا يستطاع لكن ليس عند الله · لان كلا عند
27 الله مستطاع * فبداء بطرس يقول له ها نحن قد تركنا كل شي وتبعناك · فاجابه يسوع قائلا
28 * امين اقول لك انه ليس احد يترك بيوتا او اخوة · او اخوات · او ابا · او اما · او مراه · او
29 بنين · او حقلا لاجلي ولاجل البشرى * الا وياخذ مائة ضعف · في هذا الزمان منازل واخوة
30 واخوات واباء وامهات وبنين وحقولا في الشدائد · وفي الدهر الاتي الحياة المويده * اولون
31 كثيرون يكونون اخرين واخرون اولين *

Ait illi Jesus; Quare dicis mihi, Bone, 18
quum non sit bonus nisi Deus unus? Tu 19
nôsti præcepta: Ne occidas, Ne fornica-
beris, Ne fureris, Ne testificeris cum fal-
sitate, [Ne fraudem feceris,] Honora pa-
trem tuum & matrem tuam. Dixit ei, 20
Magister, hæc omnia servavi à pueri-
tia mea. Inspexit autem in eum Jesus, 21
dilexitque eum, & dixit ei; Unum re-
stat tibi: Vade & vende quicquid habes,
& da illud pauperibus, & thesauriza
illud in cœlo: & veni, sequere me, &
porta crucem. Contristatus est autem 22
propter sermonem, & abiit mœstus: quia
erat habens opes multas. Viditque Je- 23
sus, & ait discipulis suis; Quomodo
difficilis est divitibus ingressus in re-
gnum Dei! Et obstupuerunt discipuli 24
ejus ob sermonem ipsius. Respondit eis
Jesus, & dixit illis; O filii mei, est dif-
ficile introire fidentes divitiis in regnum
Dei. Profectò introitus cameli in fora- 25
men acûs, facilior est ingressu divitis in
regnum Dei. Et creverunt in admiratio- 26
ne, dicentes ei; Quis ergò potest salva-
ri? Respexit eos Jesus, & ait; Apud 27
homines quidem est impossibile, sed non
apud Deum, quia omnia apud Deum
sunt possibilia. Et cœpit Petrus dicere 28
ei, Ecce nos jam reliquimus omnia, &
secuti sumus te. Respondit ei Jesus, di-
cens; Amen dico tibi, Quòd non est ullus 29
qui relinquat domos, aut fratres, aut so-
rores, aut patrem, aut matrem, aut uxo-
rem, aut filios, aut agrum propter me et
propter evangelium; Quin accipiat cen- 30
tuplum: in hoc tempore domos, et fra-
tres, et sorores, et patres, et matres, et
filios, et agros inter tribulationes: et in
seculo venturo vitam æternam. Primi 31
multi, erunt novissimi: et novissimi,
primi.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

18 ወይቤሎ፡እግዚእ፡ኢየሱስ፡ምንተ፡ትብለኒ፡ ኄር፡ አልቦ፡ ኄረ፡ዘእንበለ፡ አሐዱ፡እግዚ
19 አብሔር፡፡ ታአምር፡ ትእዛዘ፡ኢትሑር፡ ብእሲተ፡ብእሲ፡ ኢትቅትል፡ ነፍሰ፡ኢት
20 ሰርቅ፡ ወኢትኩን፡ሰማዕ፡በሐሰት፡ ወኢትሂድ፡ ወአክብር፡አበከ፡ ወእመከ፡፡ ወአ
21 ውሥአ፡ወይቤሎ፡ሊቅ፡ዘንተ፡ ኵሎ፡ ዐቀብኩ፡ እምንእስየ፡፡ ወነጸሮ፡እግዚእ፡
ኢየሱስ፡ወአፍቀሮ፡ወይቤሎ፡እመ፡ትፈቅድ፡ ፍጹመ፡ ትኩን፡ እሐቲ፡ ተረፈተከ፡፡ ሑ
ር፡ወሢጥ፡ኵሎ፡ዘብከ፡ ወሀብ፡ለነዳይ፡ ወትረክብ፡መዝገበ፡በሰማይ፡ወጹር፡መስቀለ፡
22 ሞትከ፡ወንዓ፡ትልወኒ፡፡ ወተከዘ፡በእንተ፡ ዝንቱ፡ነገር፡ ወሖረ፡ ትኩዘ፡እስመ፡ ብ
23 ዙኅ፡ጥሪቱ፡፡ ወነጸሮሙ፡እግዚእ፡ኢየሱስ፡ለአርዳኢሁ፡ወይቤሎሙ፡እፎ፡ዕጹብ፡
24 ለዘቦ፡ንዋየ፡በዊእ፡ውስተ፡መንግሥተ፡ሰማያት፡፡ አንከሩ፡ ለረድኢሁ፡ዘንተ፡ነገረ፡
ወካዕበ፡ይቤሎሙ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ለአርዳኢሁ፡ ደቂቅየ፡እፎ፡ ዕጹብ፡ለለ፡ቦሙ፡
25 ንዋየ፡በዊእ፡መንግሥተ፡እግዚአብሔር፡፡ ይቀልል፡ ገመል፡ይኅልፍ፡እንተ፡ሰቍረ
26 ተ፡መርፍእ፡እምባዕል፡ይባእ፡ውስተ፡መንግሥት፡ እግዚአብሔር፡፡ ወፈድፋደ፡
27 አንከሩ፡ ወተባሀሉ፡ በበይናቲሆሙ፡ ወይቤሉ፡መኑ፡ይክል፡ድኂነ፡፡ ወነጸሮሙ፡እግ
ዚእ፡ኢየሱስ፡ወይቤሎሙ፡በኀበ፡ሰብእ፡ ዘኢይትከሀል፡ ወበኀበ፡ እግዚአብሔርሰ፡ኵ
28 ሉ፡ይትከሀል፡፡ ወአኀዘ፡ጴጥሮስ፡ይቤሎ፡ናሁኬ፡ ንሕነ፡ኀደግነ፡ ኵሎ፡ወተለውና
29 ከ፡፡ ወአውሥአ፡እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ወይቤሎሙ፡አማን፡ እብለክሙ፡አልቦ፡ዘይ
ኀድግ፡በአብያተ፡ወአኀወ፡ ወአኃተ፡ ወአበ፡ ወእመ፡ ወብእሲተ፡ወውሉደ፡ወገራውሀ፡በ
30 እንቲአየ፡ወበእንተ፡ወንጌል፡፡ ዘኢይትዓሰይ፡ ምእተ፡ መክዕቢተ፡በዝንቱ፡ዓለም፡
አብያተ፡ ወአኀወ፡ ወአኃተ፡ ወአበ፡ ወእመ፡ ወውሉደ፡ ወገራውሀ፡ በስደት፡ወበዓለ
31 ም፡ ዘይመጽእ፡ ሕይወተ፡ዘለዓለም፡፡ ወብዙኃን፡ ቀደምት፡ ይከውኑ፡ ደኃርተ፡
ወደኃርትኒ፡ ይገብኡ፡ ቀደምተ፡፡

Et dixit ei Domin. Jesus, Quid dicis me bonum? nemo est bonus, nisi unus, Deus. 18
Cognoscis mandata: Non ibis ad uxorem hominis; Non occides animam; Non 19
furaberis; & : Non facies testimonium falsum; &, Non violenter rapies; &, Honora
patrem tuum, & matrem tuam. Et respondit ei, & dixit ei; Magister, hoc totum 20
observavi à juventute mea. Et intuitus est eum Dominus Jesus, & dilexit 21
eum, & dixit ei; Si vis perfectus esse, unum tibi deest: vade & vende totum quod
habes, & dato pauperibus, & obtinebis thesaurum in cœlo, & portato crucem
mortis tuæ, & veni, sequere me. Et mœstus fuit propter hunc sermonem, & 22
abiit mœrens, quia copiosa fuit possessio ejus. Et intuitus est Dominus Jesus di- 23
scipulos suos, & dixit iis; Quàm difficile est illi qui habet divitias intrare in re-
gnum cœlorum! Mirati sunt discipuli ejus hunc sermonem: & iterum dixit Do- 24
minus discipulis suis; Filii mei, quàm difficile est illis qui habent divitias intrare
in regnum Dei! Facilius erit quòd camelus transeat per foramen acûs, quàm 25
ut dives ingrediatur in regnum Dei. Et ampliùs mirati sunt, & loquuti sunt in- 26
ter se, & dicebant; Quis potest servari? Et intuitus est eos Dominus Jesus, & 27
dixit iis; Apud homines hoc impossibile est: sed apud Deum quodcunq; possibile
est. Et cœpit Petrus dicere ei; Ecce igitur, nos reliquimus omnia, & sequuti 28
sumus te. Et respondit Dominus Jesus, & dixit iis; Amen dico vobis, Nemo est 29
qui reliquerit domus, & fratrem, & sororem, & patrem, & matrem, & uxorem,
& filios, & agros propter me & evangelium, Qui non præmio recipiet centu- 30
plicia, in hoc mundo domus, & fratrem, & sororem, & patrem, & matrem, & fili-
os, & agros in persecutione: & in mundo futuro vitam æternam. Et multi pri- 31
mi erunt ultimi, & ultimi convertentur primò.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

27 * عیسی سوی ایشان بنگرید وگفت · که این پیش ادمیان یافت نمی شود · الا پیش خدا
چهل وچهار   هرکه در دنیا چیزی دوست می دارد دنیاوی خلاص نیابد
28 * بعد ازان صفا اغاز کرد که اینک ما هر چیزی که در دنیا داشتیم رها کردیم ودر پی تو آمدیم ·
29 * عیسی بدیشان جواب داد وگفت راست بشما بگویم · کسی نباشد که در دنیا خانه رها کند ·
30 یا مال وملك ودیهها · برای من وبرای سپارش من یا برادر · وخواهر · یا زن · وفرزند · * وعوض
نستاند یکی در صد · درین زمان ودرین وقت خانها · وبرادران · وخواهران · ومال وملك ·
31 وغلام وکنیزك · همه غم وغصه اند · وگذرنده · دران جهان زندگانی جاوید † را باید طلبید ·
* بسیار مردم † اول اخریان † شوند · واخریان اول شوند ·

Jesus in illos aspexit, & dixit; 27
Hoc quidem apud homines compertum non est, sed apud Deum.

XLIV. Quicunque in mundo aliquid diligit mundanum, salutem non assequitur.

Post hoc Cephas exorsus est dicere; 28
Ecce nos quidem quicquid in mundo
habuimus, missum fecimus, & ve-
stigiis tuis insistimus. Jesus illis 29
responsum dedit, & dixit; Verum
vobis dico, Nemo est qui in mundo
domum reliquerit, aut opes, & pos-
sessiones, & agros propter me & pro-
pter mandatum meum, aut fratrem,
& sororem, aut uxorem, & liberos.
Quin compensationem accepturus 30
sit centuplicem hoc seculo, & hoc
tempore, domos, & fratres, & soro-
res, & divitias, & possessiones, &
pueros, & ancillas. Omnia anxietas
& ægritudo sunt, & fluxa: in
altero seculo vitam æternam oportet
quærere. Multi viri primi postre- 31
mi erunt: & postremi, primi erunt.

Erant autem in via ascendentes in Hierosolymam, & erat præcedens eos Je-
32 Ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰη-
sus, & mirabantur: & sequentes expavescebant. Et assumens iterum
σοῦς, καὶ ἐθαμβοῦντο, καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο. καὶ παραλαβὼν πάλιν τοὺς
duodecim, cœpit eis dicere futura ipsi evenire. Quia ecce a-
33 δώδεκα, ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν. Ὅτι ἰδοὺ ἀνα-
scendimus in Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus Sa-
βαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιε-
cerdotum, & Scribis, & damnabunt eum morte, & tradent
ρεῦσι, καὶ τοῖς Γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, καὶ παραδώσουσιν
eum gentibus, Et illudent ei, & flagellabunt eum, & inspu-
34 αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι, Καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτόν, καὶ ἐμπτύ-
ent ei, & occident eum, & tertiâ die resurget. Et ac-
35 σουσιν (σ) αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Καὶ προσ-
cedunt ad eum Jacobus & Joannes, filii Zebedæi, dicentes; Ma-
πορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, (τ) οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, λέγοντες, Διδά-
gister, volumus ut quodcunque petierimus, facias nobis. Ille verò dixit e-
36 σκαλε, θέλομεν ἵνα ὃ ἐὰν (υ) αἰτήσωμεν, ποιήσῃς ἡμῖν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐ-
is; Quid vultis facere me vobis. Illi autem dixerunt ei; Da nobis, ut unus
37 τοῖς, Τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Δὸς ἡμῖν, ἵνα εἷς
ex dexteris tuis, & unus ex sinistris tuis sedeamus in gloria tua. At
38 ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου. Ὁ δὲ
Jesus ait eis; Nescitis quid petatis: potestis bibere poculum quod ego bibo,
Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω,
& baptismo quo ego baptizor, baptizari? Illi autem dixerunt ei; Possumus.
καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Δυνάμεθα. 39
At Jesus ait eis; Quidē calicem quem ego bibo, bibetis, & baptismo quo ego
Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τὸ μὲν ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ
baptizor, baptizabimini: At sedere ex dexteris meis, & ex sinistris meis, non est
βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε· Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου, καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐ- 40
meum dare, sed quibus paratū est. Et audientes decem, cœperunt indignari
μὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται. Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα, (φ) ἤρξαντο ἀγανακτεῖν 41
de Jacobo & Joanne. At Jesus advocans eos, ait illis;
περὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτούς, λέγει αὐτοῖς, 42
Scitis quia existimantes principari gentibus dominantur eorum, & magni eo-
Οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι αὐ-
rum licentiâ utuntur eorum. Non ita autem erit in vobis: sed quicunque
τῶν κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν. Οὐκ (χ) οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν 43
voluerit fieri magnus in vobis, erit minister vester. Et quicunq; voluerit vestrûm
θέλῃ γενέσθαι μέγας ἐν ὑμῖν, (ψ) ἔσται διάκονος ὑμῶν. Καὶ ὃς ἂν θέλῃ ὑμῶν 44
fieri primus, erit omnium servus. Etenim filius hominis non venit mi-
γενέσθαι πρῶτος, ἔσται πάντων δοῦλος. Καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε δια- 45
nistrari, sed ministrare, & dare animam suam solutionem pro multis.
κονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

MS. A. (σ) αὐτῷ, ⁕⁕⁕⁕ καὶ τῇ (τ) υἱοὶ (υ) αἰτήσωμέν σε, (φ) ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν. Ὁ δὲ (χ) οὕτως (ψ) ἔσται ὑμῶν διάκονος.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

32 * ܟܕ ܣܠܩܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܒܐܘܪܚܐ ܠܐܘܪܫܠܡ܂ ܗܘ ܝܫܘܥ ܩܕܡ ܗܘܐ ܠܗܘܢ܂ ܘܬܡܝܗܝܢ
ܗܘܘ ܘܒܬܪܗ ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ܂ ܘܕܒܪ ܬܪܥܣܪܬܗ܂ ܘܫܪܝ ܠܡܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܕܡ ܕܥܬܝܕ
33 ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ܂ * ܕܗܐ ܣܠܩܝܢ ܚܢܢ ܠܐܘܪܫܠܡ܂ ܘܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܡܫܬܠܡ ܠܪܒܝ ܟܗܢܐ
34 ܘܠܣܦܪܐ܂ ܘܢܚܝܒܘܢܝܗܝ ܒܡܘܬܐ܂ ܘܢܫܠܡܘܢܝܗܝ ܠܥܡܡܐ܂ * ܘܢܒܙܚܘܢ ܒܗ
ܘܢܢܓܕܘܢܝܗܝ ܘܢܪܩܘܢ ܒܐܦܘܗܝ܂ ܘܢܩܛܠܘܢܝܗܝ܂ ܘܠܝܘܡܐ ܕܬܠܬܐ ܢܩܘܡ܂
35 * ܘܩܪܒܘ ܠܘܬܗ ܝܥܩܘܒ ܘܝܘܚܢܢ ܒܢܝ ܙܒܕܝ܂ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܡܠܦܢܐ ܨܒܝܢ ܚܢܢ
36 ܕܟܠ ܕܢܫܐܠܟ ܬܥܒܕ ܠܢ܂ * ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܡܢܐ ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܥܒܕ ܠܟܘܢ܂
37 * ܐܡܪܝܢ ܠܗ܂ ܗܒ ܠܢ ܕܚܕ ܡܢ ܝܡܝܢܟ ܘܚܕ ܡܢ ܣܡܠܟ ܢܬܒ
38 ܒܫܘܒܚܟ܂ * ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢܐ ܫܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ܂
ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܫܬܐ ܟܣܐ ܕܐܢܐ ܫܬܐ ܐܢܐ܂ ܘܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܐܢܐ ܥܡܕ ܐܢܐ ܠܡܥܡܕ܂
39 * ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܡܫܟܚܝܢ ܚܢܢ܂ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ܂ ܟܣܐ ܕܐܢܐ ܫܬܐ ܐܢܐ ܬܫܬܘܢ܂ ܘܡܥܡܘܕܝܬܐ
40 ܕܐܢܐ ܥܡܕ ܐܢܐ ܬܥܡܕܘܢ܂ * ܠܡܬܒ ܕܝܢ ܡܢ ܝܡܝܢܝ ܘܡܢ ܣܡܠܝ܂ ܠܐ ܗܘܐ ܕܝܠܝ
41 ܠܡܬܠ܂ ܐܠܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܛܝܒ ܠܗܘܢ܂ * ܟܕ ܫܡܥܘ ܕܝܢ ܥܣܪܐ ܫܪܝܘ ܠܡܬܪܥܡܘ
42 ܥܠ ܝܥܩܘܒ ܘܝܘܚܢܢ܂ * ܘܩܪܐ ܐܢܘܢ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܣܬܒܪܝܢ
43 ܕܪܫܝܢ ܥܡܡܐ ܡܪܘܬܐ ܐܢܘܢ܂ ܘܪܘܪܒܢܝܗܘܢ ܫܠܝܛܝܢ ܥܠܝܗܘܢ܂ * ܠܐ ܗܘܐ ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܒܝܢܬܟܘܢ܂
44 ܐܠܐ ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܗܘܐ ܒܟܘܢ ܪܒܐ܂ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܡܫܡܫܢܐ܂ * ܘܡܢ ܕܨܒܐ
45 ܕܢܗܘܐ ܒܟܘܢ ܩܕܡܝܐ܂ ܢܗܘܐ ܥܒܕܐ ܠܟܠܢܫ܂ * ܐܦ ܒܪܗ ܓܝܪ ܕܐܢܫܐ ܠܐ ܐܬܐ ܕܢܫܬܡܫ܂ ܐܠܐ
ܕܢܫܡܫ܂ ܘܢܬܠ ܢܦܫܗ ܦܘܪܩܢܐ ܚܠܦ ܣܓܝܐܐ܂

Quum ascenderent autem per viam ad Jerusalem, ipse Jesus anteibat eis, & percellebantur, ibantque post eum timentes. Et assumpsit suos duodecim, cœpitque eis dicere id quod sibi futurum erat. Ecce ascendimus ad Jerusalem, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, Scribisque: & condemnabunt eum ad mortem, ac tradent eum Gentibus: Et illudent ei, cædentque flagellis, & conspuent in faciem ejus, eum denique interficient, & tertiâ die resurget.

Ad oblationem dominicâ VI jejunii.19.

Accesserunt autem ad eum Jacobus & Johannes filii Zebedæi, & dicunt ei; Magister, volumus ut quicquid postulaverimus, facias nobis. Dixit eis, Quid vultis vobis faciam? Dicunt ei, Da nobis ut unus sedeat à dextera tua, & alter à sinistra tua in gloria tua. Ipse verò dixit eis, Nescitis quid postuletis. Potestis bibere calicem, quem ego bibo, & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini? Dicunt ei, Possumus. Subdit eis Jesus, Calicem quem ego bibo, bibituri estis; & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini. Ut sedeatis autem à dextera mea & à sinistra mea, non est meum dare, nisi iis quibus id paratum est. Quæ quum audissent decem, cœperunt obmurmurare contra Jacobum & Johannem. Et advocavit eos Jesus, ac dixit eis; Scitis eos qui existimantur principes Gentium, dominos earum esse; & magnates earum, potestatem in eas exercere. At non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos fieri magnus, sit vobis minister. Et quisquis ex vobis voluerit fieri primus, sit servus omnium. Nam & Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

32 * وچون در راه بالا مي رفتند * سوء اورشليم * عيسي از ايشان پيشتر مي رفت * شاكردان
حيران شده بودند * ودر دنبال او ترسناك مي رفتند † هر دوازده * وچون پاره راه رفتند *
33 عيسي اغاز كرد * وهر چه شدني بود * بديشان كفت * * اينك در اورشليم † بالا مي
رويم * و فرزند آدمي در دست امامان ونويسندكان سپارده شود * كه مرك بروي روا
34 دارند * واورا بدست عوام بسپارند * * وبروي † تسخر كنند * وچوب برنند * ودر روي
او خيو اندازند * واورا بكشند * ودر كور نهند * سوم روز از ميان مردكان † برخيزد *
35 * بعد ازان يعقوب ويوحنا پسران زبدي * پيش او آمدند * وبدو كفتند * اي معلم * هر
36 چه از تو بطلبيم ودرخواست كنيم بما بدهي * * بديشان كفت چه مي خواهيد تا براي شما آن
37 كنم * * بدو كفتند اجازت ده * تا وقت عظمت تو * ما هر دو * يكي بر دست راست تو * ويكي بر
38 دست چپ تو * بنشينيم * * عيسي بديشان كفت نمي دانيد كه چه مي خواهيد * آن پياله كه
من مي خورم * شما توانيد † خوردن * و بهر چه † من شسته شوم * شما توانيد شسته شدن *
39 * ايشان كفتند بشويم * عيسي بديشان كفت * پياله من بخوريد * وبشستن من شسته شويد

Et cùm in via ascenderent Hierosolymam versùs, Jesus illos præcedebat: discipuli autem attoniti facti erant, & eum pavidi sequebantur omnes duodecim: & quum partem viæ confecerant, Jesus initium fecit, & quidquid futurum erant illis dixit. Ecce, inquit, Hierosolymam ascendimus, & Filius hominis in manus sacerdotum et scribarum traditus erit, qui morte eum dignum censebunt, & eum in manum vulgi tradent. Et illi illudent, & virgas infligent, & in vultum ejus sputum injicient, & illum occident, & in sepulchro ponent, tertiâ autem die de mortuis resurget. Post hæc Jacobus & Johannes filii Zebedæi ad illum venerunt, & ei dixerunt; O præceptor, quicquid à te petimus & in votis habemus, nobis da. Illis dixit; Quid vultis, ut propter vos faciam? Ei dixerunt; Nobis potestatem concede, ut tempore majestatis tuæ nos ambo unus ad manum dextram tuam, & alter ad manum sinistram tuam sedeamus. Jesus illis dixit; Nescitis quid petatis: poculum illud quod ego bibo, vos potestis bibere? & quocunque ego lavor vos potestis lavari? Illi dixerunt, Possumus. Jesus illis dixit; Poculum meum bibetis, & lotione meâ loti eritis.

Versio VULGATA LATINA.

32 Erant autem in via ascendentes Jerosolymam : & præcedebat illos Jesus, & stupe-
bant : & sequentes timebant. Et assumens iterùm duodecim, cœpit illis dicere
33 quæ essent ei eventura. Quia ecce ascendimus Jerosolymam, & Filius hominis tra-
detur principibus sacerdotum, & Scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte,
34 & tradent eum gentibus : Et illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum,
35 & interficient eum : & tertiâ die resurget. Et accedunt ad eum Jacobus & Joan-
nes filii Zebedæi, dicentes ; Magister, volumus, ut quodcunque petierimus, facias
36 nobis. At ille dixit eis ; Quid vultis ut faciam vobis ? Et dixerunt ; Da nobis,
37 ut unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam, sedeamus in gloria tua.
38 Jesus autem ait eis ; Nescitis quid petatis : potestis bibere calicem, quem ego bi-

bo ; aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari ? At illi dixerunt ei ; Possumus. 39
Jesus autem ait eis ; Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis ; & baptismo, quo
ego baptizor, baptizabimini : Sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, 40
non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. Et audientes decem, cœpe- 41
runt indignari de Jacobo, & Joanne. Jesus autem vocans eos, ait illis ; Scitis quia 42
hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis : & principes eorum po-
testatem habent ipsorum. Non ita est autem in vobis, sed quicunque voluerit fieri 43
major, erit vester minister : Et quicunque voluerit in vobis primus esse, erit 44
omnium servus. Nam & Filius hominis non venit ut ministraretur ei, sed ut 45
ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

32 * وكانوا في الطريق صاعدين الي يروسليم وكان يسوع يسير قدامهم * وكانوا هم والذين يتبعونه
33 خائفين * فاخذ الاثني عشر ايضا وقال لهم ما يعرض له * ها نحن صاعدون الي يروسليم * وابن
34 الانسان يسلم الي روساء الكهنة والكتبة * ويحكمون عليه بالموت * ويسلمونه الي الامم * ويهزون به *
ويتفلون عليه * ويضربونه * ويقتلونه * ويقوم في اليوم الثالث * الفصل الثالث والثلثون *
35 * ويقدم اليه يعقوب ويوحنا ابنا زبدي قائلين له يا معلم نريد ان تعطينا ما نسالك * فقال
36 لهما ما تريدان ان اصنع لكما * فقالا له اعطنا ان نجلس احدنا عن يمينك والاخر عن
37 يسارك في مجدك * فقال لهما يسوع لستما تدريان ما تسالان * اتقدران ان تشربا الكاس التي
38 اشربها او تصطبغا الصبغة التي اصطبغها * فقالا له نحن نقدر * فقال لهما يسوع اما الكاس
39 التي اشرب فتشربان والصبغة التي اصطبغ تصطبغان * واما جلوسكما عن يميني وعن
40 يساري فليس لي ان اعطيه الا للذين اعد لهم * فلما سمع العشرة بدوا يتذمرون على يعقوب
41 ويوحنا * فدعاهم يسوع وقال لهم قد علمتم ان الذين يظنون انهم روساء الامم هم ارباب لهم
42 وعظماوهم مسلطون عليهم * فلا يكون هكذي فيكم * بل من يريد ان يكون فيكم عظيما
43 فليكن لكم خادما * ومن اراد ان يكون فيكم اولا فليكن للكل عبدا * فان ابن الانسان
44 45 لم يات ليخدم * بل ليخدم ويبذل نفسه خلاصا عن كثيرين *

Et erant in via, ascendentes in Jerusalem, & Jesus præcedebat eos : & erant 32
ipsi, & qui sequebantur eum, pavidi. Et assumpsit duodecim iterùm, & dixit eis
quod eventurũ erat sibi. Ecce nos ascendimus in Jerosolymam, & filius hominis 33
tradetur principibus sacerdotum, et Scribis, & judicabunt eum ad mortem, &
tradent eum gentibus. Et illudent ei, & 34
conspuent in eum, & flagellabunt eum, & occident eum, & resurget in die tertia.

Sectio trigesima tertia.

Et accesserunt ad eum Jacobus & Johannes, ambo filii Zebedæi, dicentes ei ; 35
Magister, volumus ut des nobis quod petemus à te. Ait illis ; Quid vultis ut fa- 36
ciam vobis ? Dixerunt ei ; Da nobis ut 37
sedeat unus nostrûm ad dexteram tuam, & alter ad sinistram tuam in gloria tua.
Inquit eis Jesus, Nescitis quid petatis : 38
potestisne bibere calicem quem bibam, & tingi tincturâ quâ tingar ? Dixerunt 39
ei ; Nos possumus. Ait illis Jesus ; Calicem quidem quem bibam, bibetis, &
tincturâ quâ tingar, tingemini : At verò 40
sedere vos à dextris meis, & à sinistris meis, non est meum dare, nisi iis quibus
paratum est. Cùm autem audissent de- 41
cem, cœperunt mussitare contra Jacobum & Johannem. At vocavit eos Jesus, & 42
dixit eis ; Jam nôstis quòd qui censentur esse principes populorum, sunt domini
eorum : et magnates eorum, præpositi sunt super eos. At nequaquam erit sic 43
inter vos ; sed qui vult esse inter vos
maximus, sit vobis minister : Et qui vo- 44
luerit esse inter vos primus, sit omnibus servus. Nam filius hominis non venit 45
ut ministretur sibi, sed ut ministret ; et permutet animam in salutem pro mul-
tis.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

32 ወበፍኖት፡እንዘ፡ይዓርጉ፡ ሊየሩሳሌም፡ ወይቀድሞሙ፡እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ደንገፁ፡ወእ
ለዊ፡ይተልውዎ፡ፈርሁ፡ ወነሥኦሙ፡ ለዓሠርቱ፡ ወክልኤቱ፡ ወአኀዘ፡ይንግሮሙ፡ ዘሀ
33 ለዉ፡ይርከቦ፡፡ ወይቤሎሙ፡ ናሁ፡ ነዐርግ፡ ሊየሩሳሌም፡ ወይእኅዝዎ፡ ለወልደ፡
እጓለ፡እመ፡ሕያው፡ሊቃነ፡ካህናት፡ ወጸሐፍት፡ወይኴንንዎ፡ በሞት፡ ወይሜጥውዎ፡
34 ለአሕዛብ፡፡ ወይሰልቁ፡ ላዕሌሁ፡ ወይወርቅዎ፡ ወይቀሥፍዎ፡ ወይቀትልዎ፡
ወይትነሣእ፡ በሣልስት፡ ዕለት፡፡

በእንተ፡ ደቂቀ፡ ዘብዴዎስ፡፡

35 ወእንዘ፡ ይሐውሩ፡ ምስሌሁ፡ ያዕቆብ፡ወዮሐንስ፡ ክልኤሆሙ፡ ደቂቀ፡ ዘብዴዎስ፡ ይቤል
36 ዎ፡ሊቅ፡ ንፈቅድ፡ ትግበር፡ ለነ፡ ዘሰአልናከ፡፡ ወይቤሎሙ፡ ምንተ፡ ትፈቅዱ፡ እግ
37 በር፡ ሎሙ፡፡ ወይቤልዎ፡ ሀበነ፡ ንንበር፡ አሐዱ፡ በየማንከ፡ ወአሐዱ፡ በፀጋምከ፡
38 በውስተ፡ ስብሐቲከ፡፡ ወይቤሎሙ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ኢታአምሩ፡ ዘትስእሉ፡ ትክ
ሉኑ፡ እንከ፡ ሰቲየ፡ ጽዋዐ፡ ዘአነ፡ እሰቲ፡ ወጥምቀተኒ፡ ዘአነ፡ እጠመቅ፡ ትጠመቁኑ፡፡
39 ወይቤልዎ፡ ንክል፡፡ ወይቤሎሙ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ጽዋዕየሰ፡ ዘእሰቲ፡ አነ፡ ትሰትዩ፡
40 ወጥምቀትየኒ፡ ዘአነ፡ እጠመቅ፡ ትጠመቁ፡፡ ወነቢረሰ፡ በየማንየ፡ ወበፀጋምየ፡ አኮ፡
41 አነ፡ ዘእሁበክሙ፡፡ ለካልኣን፡ አስተደለውዎ፡፡ ወሰሚዖሙ፡ ዘዐሠርቱ፡ ተምዕዑ፡
42 ደቂ፡ክልኤቱ፡ ለያዕቆብ፡ ወለዮሐንስ፡፡ ወጸውዖሙ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ወይቤሎ
ሙ፡ ታአምሩኑ፡ ከመ፡ መላእክቲሆሙ፡ ለአሕዛብ፡ ይኴንንዎሙ፡ ወዓቢይቶሙ፡ ይቀንይ
43 ዎሙ፡፡ ወለክሙሰ፡ አኮ፡ ከማሁ፡ ዘይፈቅድ፡ እምኔክሙ፡ ይኩን፡ ሊቀ፡ ይኩንክሙ፡
44 ገብረ፡፡ ወዘይፈቅድ፡ እምኔክሙ፡ ይኩን፡ ዐቢየ፡ ይኩንክሙ፡ ላእከ፡፡
45 እስመ፡ ወልደ፡ እጓለ፡ እመሕያው፡ ኢመጽአ፡ ከመ፡ ይትለአክዎ፡ ዘእንበለ፡
ይልአክ፡ ለብዙኃን፡ በነፍሱ፡ ያድኅን፡፡

Et in via ascendentes erant in Hierosolymam, & præcedente eos Domino Jesu 32
mirati sunt ; & illi qui sequuti sunt eum timuerunt. Et assumpsit duodecim, & cœ-
pit iis dicere quod futurum erat accidere. Et dixit iis, Ecce ascendemus Hiero- 33
solymam, & prehendent filium hominis principes sacerdotum, & scribæ, & con-
demnabunt eum in morte, & tradent eum populo. Et illudent super eum, & 34
inspuent ei, & flagellabunt eum: & occident eum, & surget tertiâ die.

De filiis Zebedæi.

Et proficiscentes cum eo Jacobus, & Johannes duo filii Zebedæi, dixerunt ei; 35
Magister, volumus ut facias nobis quod petierimus à te. Et dixit iis Quid 36
vultis ut faciam vobis. Et dixerunt ei, Da nobis ut sedeamus, unus nostrûm ad 37
dextram tuam, & unus nostrûm ad sinistram tuam in gloria tua. Et dixit iis 38
Dominus Jesus, Nescitis quid petitis : potestisne igitur bibere calicem quem ego
bibo ; & baptismo quo ego baptizor, baptizabiminine. Et dixerunt ei, Possu- 39
mus. Et dixit iis Dominus Jesus, Calicem meum quem bibo ego, bibetis ; & ba-
ptismo meo quo ego baptizor, baptizabimini. Sed sedere ad dextram meam, 40
& ad sinistram meam, non ego sum daturus vobis : aliis paratum est. Et audien- 41
tes decem indignati sunt contra duos, Jacobum & Johannem. Et vocavit eos 42
Dñs Jesus, & dixit iis ; Scitisne quòd principes gentium exercent in eos potesta-
tem, & magnates eorum dominantur iis ? Sed vobis non sic *erit*, qui vult è vobis 43
fieri magister, erit vobis servus. Et qui vult è vobis fieri magnus, sit vobis 44
minister. Quia filius hominis non venit vobis, ut ministraretur ei ; sed solum- 45
modò ut multos cum animâ sua liberaret.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

40 * اما بر دست راست وچپ من * شمارا نشستن * از من نيست كه بدهم * الا براي ايشان *
41 كه اماده شده است * * چون ده ديگر شنيدند * بر يعقوب * ويوحنا * دمدمه † مي زدند *
42 * عيسي ايشانرا خواند * وبديشان گفت * شما مي دانيد * كه اهل دنيارا * سروران وبزرگان
43 بريشان حاكم اند * * ونمي بايد * كه در ميان شما اين چنين باشد * الا هر كه خواهد * كه اندر
44 ميان † شما مهتر باشد * بندگي همه † او بيشتر كند * * وهر كه از شما خواهد * كه پيش رو
45 باشد * بندهء همه كس بشود * * فرزند ادمي نيامد * كه اورا بندگي كنند * الا او ديگرانرا
بندگي كند * وجان خودرا عوض رستگاري † بسياران † فدي كند *

Sed ad manum dexteram et sinistrã 40
meam vobis sedere, meum non est ut concedam, nisi illis quibus para-
tum est. Cùm decem reliqui au- 41
dissent, de Jacobo et Johanne indignati sunt. Jesus illos vocavit, 42
et dixit illis ; Vos scitis quòd in populum mundi principes et magna-
tes authoritate præsunt. Non opor- 43
tet autem ut inter vos ita sit : sed quicunque voluerit ut è vobis maxi-
mus sit, ministerium omnibus ipse inprimis præstet. Et quicunque è 44
vobis voluerit ut dux sit, servus uniuscujusque sit. Filius hominis 45
non venit ut ei ministrent, sed ipse aliis ministret, et animam suam pro
salute multorum lytrum faciat.

Et veniunt in Hiericho: & proficiscente eo de Hiericho, & discipulis ejus, ΛΑ΄
46 Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεριχώ· καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ἱεριχώ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,
& turba copiosa, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat juxta viam mendicans. ρις β
καὶ ὄχλου ἱκανοῦ, υἱὸς Τιμαίου Βαρτίμαιος ὁ τυφλὸς ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν.
Et audiens quia Jesus Nazarenus est, cœpit clamare & dicere; Fili David
47 Καὶ ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖός ἐστιν, ἤρξατο κράζειν καὶ λέγειν, Ὁ υἱὸς Δαβὶδ
Jesu, miserere mei. Et objurgabant eum multi ut taceret: Ille autem multo ma-
48 Ἰησοῦ, ἐλέησόν με. Καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοὶ ἵνα σιωπήσῃ· Ὁ δὲ πολλῷ μᾶλ-
gis clamabat; Fili David, miserere mei. Et stans Jesus, ait illum vocari. Et
49 λον ἔκραζεν, Υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησόν με. Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτὸν φωνηθῆναι. καὶ
vocant cæcum, dicentes ei; Confide, excitare: vocat te. Ille autem abjiciens
50 φωνοῦσι τὸν τυφλόν, λέγοντες αὐτῷ, Θάρσει, ἔγειραι· φωνεῖ σε. Ὁ δὲ ἀποβαλὼν
pallium suum, resurgens venit ad Jesum. Et respondens dicit ei Jesus;
51 τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Καὶ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς,
Quid vis faciam tibi? At cæcus dixit ei; Rabboni, ut videam. At
52 Τί θέλεις ποιήσω σοι; ὁ δὲ τυφλὸς εἶπεν αὐτῷ, (α) Ῥαββονί, ἵνα ἀναβλέψω. Ὁ δὲ
Jesus ait illi; Vade: fides tua servavit te: & confestim vidit: & seque-
Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ὕπαγε· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· καὶ εὐθέως ἀνέβλεψε· καὶ (α) ἠκο-
batur Jesum in via.
λούθει τῷ Ἰησοῦ ἐν τῇ ὁδῷ.

CAP. XI. ια΄. ΛΒ΄ ριζ β

Et cùm appropinquarent ad Hierosolymam, ad Bethphage & Bethaniam ad montem
1 ΚΑὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱερουσαλήμ, (α) εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος
Olivarum, mittit duos discipulorum suorum, Et dicit illis; Abite in
2 τῶν ἐλαιῶν, ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ὑπάγετε εἰς
vicum contra vos: & statim introeuntes in eum, invenietis pullum
τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν· καὶ εὐθέως εἰσπορευόμενοι εἰς αὐτήν, εὑρήσετε πῶλον
ligatum, super quem nullus hominum sedit: solventes illum, adducite. Et
δεδεμένον, ἐφ᾽ ὃν (β) οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε· λύσαντες αὐτόν, ἀγάγετε. Καὶ
si quis vobis dixerit; Quid facitis hoc? dicite Quia Dominus eo opus habet,
ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Τί ποιεῖτε τοῦτο; εἴπατε, Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει·
& continuò illum dimittet huc. Abierunt autem & invenerunt pullum ligatum
ριη β καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀποστελεῖ ὧδε. Ἀπῆλθον δὲ καὶ εὗρον (γ) τὸν πῶλον δεδεμένον
ad januam foris in bivio: & solvunt eum. Et quidam illic stantium
πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου· καὶ λύουσιν αὐτόν. Καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων
dicebant illis; Quid facitis, solventes pullum? Illi verò dixerunt eis sicut
ἔλεγον αὐτοῖς, Τί ποιεῖτε λύοντες τὸν πῶλον; Οἱ δὲ (δ) εἶπον αὐτοῖς καθὼς
præceperat Jesus: & dimiserunt eis. Et duxerunt pullum ad Jesum: &
ἐνετείλατο ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἀφῆκαν αὐτούς. Καὶ ἤγαγον τὸν πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν· καὶ
superinjecerunt illi vestimenta sua: & sedit super eum. Multi autem vestimenta
ἐπέβαλον αὐτῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν· καὶ ἐκάθισεν ἐπ᾽ αὐτῷ. Πολλοὶ δὲ τὰ ἱμάτια
sua straverunt in viam: alii autem frondes cædebant ex arboribus, & sterne-
αὐτῶν ἔστρωσαν (ε) εἰς τὴν ὁδόν· ἄλλοι δὲ στοιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώ-
bant in via. Et præeuntes & sequentes clamabant, dicentes; Hosan-
ριθ α ννυον εἰς τὴν ὁδόν. Καὶ οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες, Ὡσαν-
na: Benedictus veniens in nomine Domini: Benedictum veniens
νά· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· (ζ) εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη
regnum in nomine Domini, patris nostri David: Hosanna in altissimis.
βασιλεία ἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

MS. A. (α) Ῥαββουνί, (α) ἠκολούθει αὐτῷ ἐν KEΦ. ια. MS. A. (α) καὶ εἰς (β) οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων (γ) πῶλον (δ) εἶπαν (ε) ἐν τῇ ὁδῷ· (ζ) καὶ εὐλογημένη

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

Venerunt autem Jericho: quumq; exiret Jesus ab Jericho, ipse & discipuli ejus, turbáque multa, Timai filius Timai cæcus sedebat juxta viam, atque mendicabat. Et audiit esse Jesum Nazarenum, cœpítq; clamare ac dicere; Fili David, miserere mei. Et objurgabant eum multi ut taceret: ille verò magis clamabat, & dicebat; Fili David, miserere mei. Substitit autem Jesus, ac præcepit eum accersiri: accersunt itaq; cæcum, & dicunt ei; Bono sis animo, surge, vocat te. Ipse verò cæcus projecit pallium suum, & surgens venit ad Jesum. Dixit ei Jesus; Quid vis faciam tibi? ille verò cæcus dixit ei; Domine mi, ut videam. Jesus autem dixit ei; Vide, fides tua te servavit, & illicò recepit visum, & ambulabat per viam.

CAP. XI.

Matutinis dominicæ palmarum. 30.

Quumque appropinquaret Jerosolymis secus Beth-Phage & Beth-Aniam, prope montem Olivarum, misit duos è discipulis suis, Et dixit eis; Ite in pagum illum qui est nobis è regione, & eo momento quo ingrediemini in eum, reperietis pullum vinctum, in quo nullus ex filiis hominum equitavit: solvite, eúmq; adducite. Quòd si quispiam dixerit vobis, Cur facitis hoc? dicite ei, Quia Domino nostro requiritur: & statim huc mittet eum. Profecti autem invenêre pullũ vinctum juxta portam foris in platea: quumque solverent, Quidam ex iis qui astabant dixerũnt eis; Quid facitis, quòd solvitis pullum? Illi verò dixerũt eis prout præceperat eis Jesus, & permiserunt eis. Adduxerúntq; pullum ad Jesum, & injecerunt ei vestimenta sua, & equitavit in eo Jesus. Multi verò sternebant pallia sua per viam, alii autem amputabant ramos ex arboribus, & sternebant in via. Illíque qui ante eum, quíque post ipsum *erant*, clamabant & dicebant; Hosciaana, Benedictus qui venit in nomine Domini. Et benedictum regnum veniens patris nostri David. Hosciaana in excelsis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

چهل پنج بينايي دادن طيمي پسر طيمي نابينارا

46 *وچون در اريحو آمد * واز انجا بجاي † ديكر مي رفت * باشاكردان خود * طيمي نابينا پسر طيمي * بر كنارهٔ
47 راه نشسته بود * كوش داشت وشنيد * كه عيسي ناصري مي كذرد * نعره بر آورد * وبانك مي
48 زد * كه فرزند داود * بر من رحمت كن * *بسياران † برو بانك زدند * تا خاموش † شود او
49 بيشتر بانك † مي زد ومي كفت * فرزند داود * بر من رحمت كن * *عيسي بايستاد * وفرمود كه
50 اورا بخوانيد نابينا را خواندند * وبدو كفتند دل خوش دار * كه بزرك ما ترا مي خواند * *نابينا
51 جامهٔ خود را بينداخت * وپيش عيسي آمد * *عيسي بدو كفت چه مي خواهي كه با تو كنم *
52 نابينا جواب داد كه اي بزركوار † من مي خواهم * كه بينا شوم * *عيسي بدو كفت ايمان تو
ترا † بينايي دهد * وزنده كرداند * در حال هر دو چشم او بديدند ودر راه مي رفت

چهل شش بر خر نشستن مسيح ورفتن در اورشليم

1 *چون نزديك اورشليم رسيدند * بر كنار بيت فاجي * وبيت عينا * بر كوه زيتون از شاكردان خود † دو كس را فرستاد *
2 *وبديشان كفت * برويد درين ده كه برابر ماست * خر كرهٔ بسته بينيد كه هر كز كسي †

XLV. Restitutio visûs Timæo filio Timæi cæco.

Cúmq; in Jericho venisset, & illinc in locum alium iret cum discipulis suis, Timæus cæcus filius Timæi juxta viam sedebat. Aurem præbuit & audivit, quòd Jesus Nazaræus præteriret, & clamore sublato vociferatus est; Quia tu Fili David in me misericordiam fac. Multi eum inclamabant ut sileret: at ille intentiùs vociferatus est, & dixit; Fili David in me misericordiam fac. Jesus stetit, & jussit, Illum vocate: cæcum itaque vocârunt, & ipsi dixerunt; Animum bonum habe, magister enim noster te vocat. Cæcus vestimentum suum abjecit, & ad Jesum venit. Jesus ei dixit; Quid vis ut tibi faciam? Cæcus respondit, O magister mi, peto ut videns sim. Jesus illi dixit; Fides tua tibi visum dedit, & salvum te fecit. Statim ambo oculi ejus viderunt, & in via ivit.

XLVI. Insidet asino Christus, & intrat Hierosolymam.

CAP. XI.

Cum Hierosolymam appropinquarent, juxta Beth-phage & Bethaniam, in monte Olivarum, è discipulis suis duos misit. Et illis dixit; Ite in hunc pagum, qui è regione nobis est: pullum asininum ligatum videbitis, cui quispiam unquam

Versio VULGATA LATINA.

46 Et veniunt Jericho. & proficiscente eo de Jericho, & discipulis ejus, & plurimâ
47 multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat juxta viam mendicans. Qui
cùm audisset quia Jesus Nazarenus est, cœpit clamare, & dicere; Jesu fili David,
48 miserere mei. Et comminabantur ei multi ut taceret. At ille multò magis clama-
49 bat; Fili David, miserere mei. Et stans Jesus præcepit illum vocari. Et vocant
50 cæcum, dicentes ei; Animæquior esto: surge, vocat te. Qui projecto vestimento
51 suo exiliens, venit ad eum. Et respondens Jesus dixit illi; Quid tibi vis faciam?
52 Cæcus autem dixit ei; Rabboni, ut videam. Jesus autem ait illi; Vade, fides tua
te salvum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

CAP. XI.

1 Et cùm appropinquarent Jerosolymæ & Bethaniæ ad montem Olivarum, mittit
duos ex discipulis suis, Et ait illis; Ite in castellum, quod contra vos est, & 2
statim introeuntes illuc, invenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc ho-
minum sedit: solvite illum, & adducite. Et si quis vobis dixerit; Quid facitis? 3
dicite, quia Domino necessarius est: & continuò illum dimittet huc. Et abeuntes 4
invenerunt pullum ligatum ante januam foris in bivio: & solvunt eum. Et quidam 5
de illic stantibus dicebant illis; Quid facitis solventes pullum? Qui dixerunt eis 6
sicut præceperat illis Jesus, & dimiserunt eis. Et duxerunt pullum ad Jesum: & impo- 7
nunt illi vestimenta sua, & sedit super eum. Multi autem vestimenta sua straverunt in 8
vare. Et abierunt in aliud castellum. Factum est autem : ambulantibus illis in via, 57
dixit quidam ad illum; Sequar te quocunq; ieris. Dixit illi Jesus ; Vulpes foveas 58
habent,et volucres cœli nidos: Filiꝰ autē hominis non habet ubi caput reclinet. Ait 59
autē ad alterū; Sequere me. Ille autē dixit; Dñe, permitte mihi primùm ire, & se-
pelire patrem meum. Dixitque ei Jesus ;Sine ut mortui sepeliant mortuos suos : 60
tu autem vade, & annuntia regnum Dei. Et ait alter; Sequar te,Domine,sed per- 61
mitte mihi primùm renuntiare his quæ domi sunt.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

46 * ثم داخلهم فكر من هو العظيم فيهم * فعلم يسوع فكر قلوبهم فاخذ صبيا واقامه عنده *
47
48 * وقال لهم من قبل مثل هذا الصبي باسمي فقد قبلني * ومن قبلني فقد قبل الذي ارسلني *
والذي هو صغير فيكم هو الاكبر * اجاب يوحنا قايلا يا معلم راينا واحدا يخرج الشياطين
49 باسمك فمنعناه لانه لم يصحبنا * فقال لهم يسوع لا تمنعوه لانه كل من ليس هو عليكم فهو
50 معكم * الفصل السابع والثلثون * ولما اكمل ايام صعوده اقبل بوجهه
51 الى يروسليم * وارسل مخبرين قدامه فمضوا ودخلوا قرية السامرين ليعدوا له * فلم يقبلوه لانه
52
53 كان متوجها الى يروسليم * فراى تلميذاه يعقوب ويوحنا فقالا يا رب اتريد ان نقول فتنزل
54 نار من السماء فتحرقهم كما فعل ايليا * فالتفت وانتهرهما قايلا لستما تعرفان لاي روح انتما *
55
56 * لان ابن البشر لم يات ليهلك بل ليخلص * ومضوا الى قرية اخرى * وبينما هم ماشون في
57 الطريق قال له واحد اتبعك الى حيث تمضي يا سيد * فقال له يسوع ان للثعالب احجرة ولطير
58 السماء اوكار وابن البشر فليس له موضع يسند راسه * وقال لاخر اتبعني فقال له يا رب ايذن
59 لي اولا ان اذهب لادفن ابي * فقال له يسوع دع الموتى يدفنون موتاهم * وامض انت وبشر
60 بملكوت الله * وقال له اخر يا رب اتبعك بل تاذن لي اولا ان اربب اهل بيتي *
61

Præterea subintravit eos cogitatio, quis 46
esset maximus inter eos. Et cognovit Je- 47
sus cogitationem cordium eorum : & ap-
prehendit puerum, & statuit illum apud
se, Et dixit illis ; Quicunque susceperit 48
similem huic puero in nomine meo, jam
me recepit. Et quicunq; receperit me, jam
recepit eum qui misit me. Et qui est par-
vus inter vos, ipse est maximus. Respon- 49
dit Johannes, dicens ; Magister, vidimus
quendam ejicientem dæmonia in nomine
tuo, & prohibuimus eum, quia non sequu-
tus est nos. Ait illis Jesus, Ne prohibea- 50
tis eum, quia quicunque non est contra
vos, ipse est vobiscum.

Sectio trigesima septima.

Et cùm complevisset dies ascensionis suæ, 51
vertit vultum suum ad Jerusalem : Et 52
misit nuntios ante se, & abierunt, & in-
traverunt in castellum Samaritæ, ut pa-
rarent ei. At non receperunt eum, quia 53
ipse tendebat in Jerusalem. Viderunt 54
duo discipuli ejus, Jacobus & Johan-
nes, & dixerunt ; Domine, vis ut dica-
mus, & descendat ignis de cœlo, & am-
burat illos, sicut fecit Elias? Et conver- 55
sus est, & increpavit illos, dicens ; Non
scitis qualis spiritûs vos estis. Filius 56
enim hominis non venit ut perderet, sed
ut salvaret. Et profecti sunt in castellum
aliud. Et dum essent gradientes in itine- 57
re, dixit illi quidam ; Sequárne te quò
pergis, Domine? Dixit illi Jesus , Vul- 58
pibus quidem lustra sunt, & volucribus
cœli, nidi: Filius autem hominis non ha-
bet locum reclinandi caput suum. Et di- 59
xit alteri, Sequere me. Ait illi ; Domi-
ne, permitte mihi primùm ire sepultum
patrem meum. Inquit ei Jesus , Sine 60
mortuos sepelire mortuos suos : & vade
tu, & evangeliza regnum Dei. Et dixit 61
ei alius ; Domine, sequar te, sed permittas mihi primùm ut disponam familiaribus domûs meæ.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

46 ባእንተ፡እለ፡ሐለዩ፡ወይቤሉ፡መኑ፡ይዓቢ፡፡=፦ ወሐለዩ፡ በቤናቲሆሙ፡ እንዘ፡ ይ
47 ብሉ፡መኑ፡የዓቢ፡እምኔሆሙ፡=፦ ወአእመሮሙ፡እግዚእ፡ኢየሱስ፡ዘይሔልዩ፡በልቦ
ሙ፡ወነሥአ፡ሕፃነ፡ ወአቀሞ፡ ቅድሜሆሙ፡=፦ ወይቤሎሙ፡ዘተወክፈ፡ዘንተ፡ሕፃነ፡
48 በስምየ፡ኪያየ፡ተወክፈ፡ወዘኪ፡ኪያየ፡ተወክፈ፡ተወክፎ፡ለዘ፡ፈነወኒ፡እስመ፡ዘአትሐተ፡
ርእሶ፡ዘእምኵሉ፡ይንእስ፡ውእቱ፡ይዓቢ፡፡=፦ ወተሰጥዎ፡ ዮሐንስ፡ ወይቤሎ፡ሊቅ፡
49 ሀሎ፡እንዘ፡ ያወፅእ፡ አጋንንተ፡ በስምከ፡ ወከላእናሁ፡ እስመ፡ ኢተለወከ፡ምስሌ
ነ፡፡=፦ ወይቤሎሙ፡እግዚእ፡ኢየሱስ፡ኢትክልእዎ፡እመከመ፡ኢኮነ፡ዕድውክሙ፡ዘ
50 ምስሌክሙ፡ውእቱ፡፡=፦ ወተፈጸሞ፡ መዋዕለ፡ዕርገቱ፡ አጽንዐ፡ ውእቱ፤ ገጾ፡ለሐ
51 ዊር፡ ኢየሩሳሌም፡=፦ ወፈነወ፡ሐዋርያተ፡ቅድሜሁ፡ ገጹ፡ወሐዊሮሙ፡በኡ፡ሀገረ፡ሰማ
52 ርያ፡ከመ፡ያስተደልዉ፡ሎቱ፡=፦ ወኢተወክፍዎሙ፡ እስመ፡ ሖሩ፡ገጾሙ፡ለኢየሩሳ
53 ሌም፡፡=፦ ወርእዮሙ፡አርድእቲሁ፡ ያዕቆብ፡ወዮሐንስ፡ወይቤልዎ፡እግዚኦ፡ትፈቅድ
54 ኑ፡ንብል፡ይረድ፡እሳት፡እምሰማይ፡ወያጥፍኦሙ፡በከመ፡ገብረ፡ኤልያስ፡=፦ ወተመይጦ
55 ሙ፡ወገሠጾሙ፡፡=፦ ፨፨፨ ወሖረ፡ካልእተ፡ሃገረ፡፡=፦ በእንተ፡ዘከልኦ፡ኢይትልዎ፡=፦
56 ሐዊሮሙ፡በፍኖት፡ይቤሎ፡አሐዱ፡ሊቅ፡እትሉከኑ፡ኀበ፡ሖርከ፡=፦ ወይቤሎ፡እግ
57 ዚእ፡ኢየሱስ፡ቈናጽል፤ቦሙ፡ግበበ፡ወአዕዋፈ፡ሰማይ፤ምጽላለ፡ወወልደ፡እጓለ፡እመ፡
58 ሕያው፡አልቦ፡ኀበ፡ያሰምክ፡ ርእሶ፡፡=፦ ወይቤሎ፡ ካልኡ፤ እትሉከኑ፡ ወይቤሎ፡
59 እግዚኦ፡አብሐኒ፡አሖር፡እቅድም፡እቅብሮ፡ለአቡየ፡=፦ ወይቤሎ፡እግዚእ፡ኢየሱስ፡
60 ሕድጎሙ፡ለሙታን፡ይቅብሩ፡ምዉታኒሆሙ፡ ወአንተሰ፡ ሑር፡ሰብክ፡ መንግሥተ፡ እግዚ
61 አብሔር፡፡=፦ ወይቤሎ፡ ሣልሱ፤ እትሉከኑ፡ እግዚኦ፡ ወባሕቱ፡ አብሐኒ፡ እሑር፡
እሥራዕ፡ ኵሉ፡ ሰብአ፡ ቤትየ፡፡=፦

De eo quòd meditati sunt & locuti, Quisnam esset maximus.
Et cogitârunt inter se, dicentes quis esset eorum maximus. Et cognovit Domi- 46
nus Jesus, quid cogitabant in cordibus suis, & accepit puerulum, & statuit *eum* 47
ante eos, Et dixit iis ; Quicunque susceperit hunc puerulum in nomine meo, me 48
suscepit: & qui me suscepit, suscepit eum qui misit me. Quoniam qui humilem se
fecit, qui omnibus minor est, ille magnus erit. Et respondit ei Johannes , & 49
dixit ei; Magister, fuit *homo* quem vidimus abigentem dæmones in nomine tuo, &
prohibuimus eum, quia non sequutus est te nobiscum. Et dixit iis Dominus 50
Jesus, Ne prohibeatis illum si non fuit inimicus vester, qui vobiscum est. Et quum 51
impleretur tempus ascensionis ejus firmavit ille faciem ut iret *ad* Hierusalem. Et 52
misit Apostolos ante faciem suam, & euntes intraverunt *in* civitatem Samaritano-
rum ut pararent illi. Et non receperunt illos, quia progressa est facies illorum 53
versùs Hierusalem. Et viderunt eos discipuli ejus Jacobus, & Johannes, & di- 54
xerunt ei; Dñe, vis dicamꝰ ut descendat ignis de cœlo, & consumat illos sicut fecit
Elias. Et conversus fuit *ad* eos, & objurgavit eos. *Deest pars versuum. 55, 56.* 55
Et abiit *in* aliam civitatē. *De eo quem repulit ne sequeretur eum.* Et profici- 56
scentibꝰ illis in via, dixit ei quidā; Magister sequárne te ubi ieris ? Et dixit ei Dñs 57
Jesus, Vulpes habent foveas, & volucres cœli nidos: & filiꝰ hominis non habet ubi 58
reclinet caput suum. Et dixit ei alius, Sequárne te? & dixit ei ; Domine, permitte 59
mihi ut abeam priùs sepelire patrem meum. Et dixit ei Dñs Jesus, Sine ut mortui 60
sepeliant mortuos suos: & tu vade, prædicato regnū Dei. Et dixit ei tertius; Sequár- 61
ne te, Domine? sed permitte mihi ut abeam disponere omnes homines domi meæ.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

بدو گفتند خداوند مي خواهي كه بگوييم كه از آسمان آتش درين شهر افتد * و ايشانرا بسوزاند *
55 انچنانك ايليا كرد * عيسي سوي ايشان نگاه كرد و بتنديد * و گفت شما نمي دانيد كه حال چونست *
56 * فرزند آدمي نيامد كه جانهارا گم كند * الا كه زنده كند * و از انجا در ده ديگر رفتند
57 پنجاه پنج خواست معتزلي كه درپي عيسي برود * چون عيسي براه مي رفت كسي
58 بدو گفت * خداوند در دنبال تو بيايم * هر كه بروي * عيسي بدو گفت روباهان خانه دارند *
59 و مرغان لانه * و فرزند آدمي را چندان جاي نيست كه شب سر خود بنهد * و به يكي ديگر گفت * در دنبال
60 من بيا * او بعيسي گفت اول دستوري ده تا بروم پدرم را دفن كنم انگه بيايم * عيسي گفت بگذار
61 تا مردگان مرده خودرا پاك كنند * و تو برو بملكوت خدا مژده بده * يكي ديگر گفت اي خداوند *
من در دنبال تو بيايم * اما زودتر بفرما تا بروم و اهل خانه خودرا بدرود كنم * و سپارش وانگه بيايم *

ei dixerunt ; Domine , vis ut dica-
mus, ut e cœlo ignis in hanc civita-
tem cadat, & eos comburat, quem-
admodum Elias fecit. Jesus in eos 55
intuitum fecit, & increpavit, & di-
xit; Vos nescitis quomodo se res ha-
beat. Filius hominis non venit, ut 56
animas perdat, sed ut servet. Et il-
linc in pagum alium abierunt.

LV. Petitio Pharisæi ut Je-
sum sequeretur.

Cùm Jesus in via proficisceretur, 57
quidam ei dixit ; Domine post te ibo
quocunque iveris. Jesus ei dixit ; 58
Vulpes domicilia habent, & aves ni-
dos: Filio autem hominis tantum lo-
ci non est, quo noctè caput suum po-
nat. Et ad quendam alium dixit , 59
Post me veni : Ille ad Jesum dixit ;
Primùm permitte ut abiens patrem
sepeliam, tu mveniam. Jesus dixit ; 60
Sine ut mortui mortuos suos sepeli-
ant: tu verò vade, regnū Dei annun-
tia. Quidā alter dixit ; O Domine, ego 61
post te veniā : sed priùs jube ut eam,
& domesticis meis valedicam , &
præcepta tradam, & tunc veniam.

Ait autem ad illum Jesus; Nemo immittens manum suam ad ara-
26 Εἶπε δὲ (μ) πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Οὐδεὶς (ν) ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄρο-
trum, & respiciens in quæ retro, aptus est ad regnum Dei.
τρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

CAP. X. ί.

Post autem hæc designavit Dominus & alios septuaginta, & misit illos
1 Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς
per binos ante faciem suam, in omnem civitatem & locum, quò futurus erat ipse
ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον, οὗ (α) ἔμελλεν αὐτὸς
venire. Dicebat igitur ad illos; Ipsa quidem messis multa, at operarii pauci:
2 ἔρχεσθαι. Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτούς, Ὁ μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι·
rogate ergò dominum messis, ut emittat operarios in messem suam.
δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως (β) ἐκβάλλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.
Ite: ecce ego mitto vos, sicut agnos in medio luporum. Ne por-
3 Ὑπάγετε· (γ) ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς, ὡς (δ) ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων. Μὴ βα-
4 tate marsupium, non peram, neque calceamenta: & neminem per viam salutaveritis.
στάζετε βαλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑποδήματα· καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε.
In quamcunque domum intraveritis, primùm dicite; Pax domui huic. Et
5 Εἰς ἣν δ' ἂν οἰκίαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγετε, Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. Καὶ
6 si quidem fuerit ibi filius pacis, requiescet super illum pax vestra: si
(ε) ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν· εἰ
verò non, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bi-
7 δὲ μήγε, ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, ἐσθίοντες καὶ πί-

bentes quæ apud illos: dignus enim operarius mercede suâ est. Ne transite de
νοντες τὰ παρ' αὐτῶν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστι. μὴ μεταβαίνετε ἐξ
domo in domum. Et in quamcunque civitatẽ intraveritis, & susceperint vos, manducate
οἰκίας εἰς οἰκίαν. Καὶ εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέχωνται ὑμᾶς, ἐσθίετε
apposita vobis. Et curate qui in illa infirmos, & dicite illis;
τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν. Καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς, καὶ λέγετε αὐτοῖς,
Appropinquavit in vos regnum Dei. In quãcunq; autẽ civitatẽ intraveritis, & non
Ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ μὴ
susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite; Etiam pulverem ad-
δέχωνται ὑμᾶς, ἐξελθόντες εἰς τὰς πλατείας αὐτῆς, εἴπατε, Καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολ-
hærentem nobis de civitate vestra, abstergimus vobis: tamen hoc scitote, quia appro-
ληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως (ζ) ὑμῶν, ἀπομασσόμεθα ὑμῖν· πλὴν τοῦτο γινώσκετε, ὅτι ἤγγι-
pinquavit super vos regnum Dei. Dico autem vobis; Quia Sodomis in die
κεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. (η) Λέγω δὲ ὑμῖν, Ὅτι Σοδόμοις (θ) ἐν τῇ ἡμέρᾳ
illa remissius erit, quã civitati illi. Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaida, quia
ἐκείνῃ ἀνεκτότερον ἔσται, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. Οὐαί σοι (ι) Χοραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά, ὅτι
si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ in vobis, olim utique in cilicio
εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ
& cinere sedentes pœnituissent. Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in
καὶ σποδῷ (κ) καθήμεναι μετενόησαν. Πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν
judicio, quàm vobis.
τῇ κρίσει, ἢ ὑμῖν.

MS. A. (μ) ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτὸν, (ν) ἐπιβάλλων MS. A. Κεφ. ί. (α) ἤμελλεν αὐτὸς εἰσέρχεσθαι. (β) ἐκβάλῃ (γ) ἰδοὺ ἀποστέλλω (δ) πρόβατα ἐμμέσῳ (ε) ἐὰν (ζ) ὑμῶν εἰς τοὺς πόδας ἡμῶν, ἀπομασσόμεθα (η) Λέγω ὑμῖν, (θ) ἀνεκτότερον ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἢ (ι) Χοραζείν, οὐαί σοι Βηθσαϊδάν, (κ) καθήμενοι

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

62 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ ܠܐ ܐܢܫ ܪܡܐ ܐܝܕܗ ܥܠ ܚܪܒܐ ܕܦܕܢܐ ܘܚܐܪ ܠܒܣܬܪܗ ܘܚܫܚ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ܀
1 ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܦܪܫ ܝܫܘܥ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܐܚܪܢܐ ܫܒܥܝܢ ܘܫܕܪ ܐܢܘܢ ܬܪܝܢ ܬܪܝܢ ܩܕܡ ܦܪܨܘܦܗ ܠܟܠ ܕܘܟ ܘܠܟܠ ܡܕܝܢܐ ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܢܐܙܠ܀
2 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܚܨܕܐ ܣܓܝ ܘܦܥܠܐ ܩܠܝܠܝܢ ܒܥܘ ܗܟܝܠ ܡܢ ܡܪܐ ܕܚܨܕܐ ܕܢܦܩ ܦܥܠܐ ܠܚܨܕܗ܀
3 ܙܠܘ ܗܐ ܐܢܐ ܫܕܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܐܝܟ ܐܡܪܐ ܒܝܬ ܕܐܒܐ܀
4 ܠܐ ܬܫܩܠܘܢ ܠܟܘܢ ܟܝܣܐ ܘܠܐ ܬܪܡܠܐ ܘܠܐ ܡܣܢܐ ܘܫܠܡܐ ܕܐܢܫ ܒܐܘܪܚܐ ܠܐ ܬܫܐܠܘܢ܀
5 ܠܐܝܢܐ ܕܝܢ ܒܝܬܐ ܕܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ ܠܘܩܕܡ ܐܡܪܘ ܫܠܡܐ ܠܒܝܬܐ ܗܢܐ܀
6 ܘܐܢ ܬܡܢ ܐܝܬ ܒܪ ܫܠܡܐ ܢܬܢܝܚ ܥܠܘܗܝ ܫܠܡܟܘܢ ܘܐܢ ܕܝܢ ܠܐ ܥܠܝܟܘܢ ܢܗܦܘܟ܀
7 ܒܗ ܕܝܢ ܒܒܝܬܐ ܗܘ ܗܘܘ ܟܕ ܐܟܠܝܢ ܘܫܬܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܕܝܠܗܘܢ ܫܘܐ ܗܘ ܓܝܪ ܦܥܠܐ ܐܓܪܗ ܘܠܐ ܬܫܢܘܢ ܡܢ ܒܝܬܐ ܠܒܝܬܐ܀
8 ܘܠܐܝܕܐ ܕܝܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ ܘܡܩܒܠܝܢ ܠܟܘܢ ܐܟܘܠܘ ܡܕܡ ܕܡܬܬܣܝܡ ܠܟܘܢ܀
9 ܘܐܣܘ ܠܐܝܠܝܢ ܕܟܪܝܗܝܢ ܒܗ ܘܐܡܪܘ ܠܗܘܢ ܩܪܒܬ ܠܟܘܢ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ܀
10 ܠܐܝܕܐ ܕܝܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ ܘܠܐ ܡܩܒܠܝܢ ܠܟܘܢ ܦܘܩܘ ܠܫܘܩܐ ܘܐܡܪܘ܀
11 ܐܦ ܚܠܐ ܕܕܒܩ ܠܢ ܒܪܓܠܝܢ ܡܢ ܡܕܝܢܬܟܘܢ ܢܦܨܝܢܢ ܠܟܘܢ ܒܪܡ ܗܕܐ ܕܥܘ ܕܩܪܒܬ ܠܟܘܢ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ܀
12 ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܠܣܕܘܡ ܢܗܘܐ ܢܝܚ ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܐܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ܀
13 ܘܝ ܠܟܝ ܟܘܪܙܝܢ ܘܝ ܠܟܝ ܒܝܬ ܨܝܕܐ ܕܐܠܘ ܒܨܘܪ ܘܒܨܝܕܢ ܗܘܝ ܚܝܠܐ ܕܗܘܘ ܒܟܝܢ ܟܒܪ ܕܝܢ ܒܣܩܐ ܘܒܩܛܡܐ ܬܒܘ܀
14 ܒܪܡ ܠܨܘܪ ܘܠܨܝܕܢ ܢܗܘܐ ܢܝܚ ܒܕܝܢܐ ܐܘ ܠܟܝܢ܀

Dixit ei Jesus, Nemo admovet manum suam ad vomerem aratri, & respicit à tergo, & aptus est ad regnum Dei.

Feriâ quartâ septimanæ Candidatorum.

CAP. X.

Post hæc secrevit Jesus è discipulis suis alios septuaginta; misitque eos binos ante faciem suam in omnem locum & civitatem, quò futurum erat ut ipse abiret. Et dixit eis; Messis quidem multa, operarii verò pauci: petite igitur à Domino messis, ut emittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto vos tanquam oves inter lupos. Ne portaveritis vobis marsupia, neque peras, neque calceos: & pacem ullius in via ne petieritis, (*& neminem in via salutaveritis.*) Et in quamcunque domum introieritis, primùm dicite; Pax domui. Quòd si fuerit illic filius pacis, requiescet super eum pax vestra: sin minùs, pax vestra ad vos revertetur. In ea autem ipsa domo estote edentes & bibentes ex propriis eorum: dignus est enim operarius mercede suâ. Nec transieritis de domo in domum. Et in quamcunque urbem introieritis, & exceperint vos, edite quod appositum fuerit vobis. Et sanate eos qui ægroti fuerint in ea: & dicite eis, Appropinquavit ad vos regnum Dei. In quamcunque autem civitatem introieritis, nec exceperint vos, exite in plateam, & dicite; Sed & pulverem qui adhæsit nobis in pedibus nostris ex urbe vestra, excutimus vobis: veruntamen hoc scitote, appropinquâsse ad vos regnum Dei. Dico vobis cum Sodoma mitiùs actum iri in die illo, quàm cum illa civitate. Væ tibi Corazin, væ tibi Beth-zajodo: nam si in Tyro & Sidone editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt in vobis; fortasse quidem cum sacco & cinere pœnitentiam egissent. Veruntamen cum Tyro & Sidone pacatiùs agetur in die judicii, quàm vobiscum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

62 * عيسي بدو گفت کسي نتواند که دست † خودرا برچوب ايمن نهد • ودرپس خود نگاه
کند • وان کس ملکوت خدارا برازد • پگاه شش فرستادن مسيح هفتاد شاگردان
1 * بعد ازين عيسي از ديگر شاگردان • هفتاد و دو
خودرا در اطراف که مرده دهند
جدا کرد • و برابر روي خود ايشانرا دو دو فرستاد • ودر هر شهر و ولايتي که مي خواست
2 انجا روند • * وبديشان گفت کشته † بسيارست • ودروگران کم اند • وشما از خداوند کشت †
3 بخواهيد • که براي غله † خود • مزدوران † بدر آورد • * برويد • اينك من شمارا مي فرستم •
4 همچون برهاء گوسفند • ميان گرگان • * بر مگيريد † با خود • نه کيسه • ونه توشه † دان •
5 ونه کفشها • و در راه برکسي سلام مکنيد • * ودرهر خانه که دررويد اول بگوييد سلام
6 برين خانه • * اگر درانجا کسي از فرزندان سلام باشد • سلام شما بروي † حلول کند •
7 واگر نباشد • سلام شما بر شما بازگردد • * دران خانه بخوريد • وازيشان † بياشاميد زيرا
مزدور مزد خودرا ارزانيست • و ازان خانه در خانه ديگر نقل مکنيد •
8 * ودرشهري که دررويد وشمارا قبول کنند • هرچه پيش شما خورش بنهند بخوريد

Jesus ei dixit; Quisquam non potest, ut manum suam stivæ aratri admoveat, & retro se respiciat, & idem homo regno Dei idoneus sit.

LVI. Mittit Christus septuaginta discipulos suos in diversas partes ad Evangelium prædicandum.

C A P. X.

Post hæc Jesus è reliquis discipulis septuaginta & duos separavit, & ante faciem suam illos binos misit: & in omnem civitatem & regionem quo vellet, illuc iverunt. Et illis dixit; Seges multa est, et messores pauci sunt: Vos itaque à Domino segetis petite, ut in proventum suum operarios educat. Abite: ecce ego vos mitto tanquam agnos ovium inter lupos. Ne assumite vobiscum, neque crumenam, neque viaticum, peram, neque calceamenta: & in via quempiam ne salutaveritis. Et in quamcunque domum intraveritis, primùm dicite, Pax super hanc domum. Si ibi quisquam ex filiis pacis fuerit, pax vestra super eum residebit: & si non fuerit, pax vestra in vos revertetur. In ea autem domo edite, & de eo quod illorum est bibite; quoniam operarius dignus est mercede suâ: & ex illa domo in domum aliam ne migretis. Et in civitate, quam ingredimini, & vos recipiunt, quemcunque cibum apposuerint, comedite.

Versio VULGATA LATINA.

62 Ait ad illum Jesus; Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò,
aptus est regno Dei.

C A P. X.

1 Post hæc autem designavit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos bi-
2 nos ante faciem suam, in omnem civitatem & locum, quò erat ipse venturus. Et
dicebat illis; Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergò domi-
3 num messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut
4 agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta,
5 & neminem per viam salutaveritis. In quamcunque domum intraveritis, pri-
6 mùm dicite; Pax huic domui: Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super
7 illum pax vestra: sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete,
edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede suâ.
Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunque civitatem intraveritis, & 8
susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: Et curate infirmos, qui in 9
illa sunt, & dicite illis; Appropinquavit in vos regnum Dei. In quamcunque 10
autem civitatem intraveritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, di-
cite; Etiam pulverem, qui adhæsit nobis de civitate vestra, extergimus in vos: 11
tamen hoc scitote, quia appropinquavit regnum Dei. Dico vobis, Quia Sodo- 12
mis in die illa remissiùs erit, quàm illi civitati. Væ tibi Corozain, væ tibi Beth- 13
saida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vo-
bis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. Veruntamen Tyro & Sidoni 14
remissiùs erit in judicio, quàm vobis.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

62 فقال له يسوع ما من احد يضع يده على الحراث وينظر الى ورائه يكون مستقيما في
1 ملكوت الله * الفصل الثامن والثلثون * وبعد هذا ايضا ميز الرب سبعين اخر
2 وارسلهم اثنين اثنين قدامه الى كل مدينة وكل موضع ازمع ان ياتيه * وقال لهم الحصاد
3 كثير والفعلة قليل. اطلبوا الى رب الحصاد ان يخرج فعلة لحصاده * اذهبوا هاانذا مرسلكم
4 كالخراف بين الذئاب * لا تحملوا كيسا ولا مزودا ولا حذاء ولا تقبلوا احدا في الطريق *
5 6 واي بيت دخلتموه فقولوا اولا السلام لاهل هذا البيت * فان كان هناك ابن سلامكم فان
7 سلامكم يحل عليه * والا فسلامكم راجع اليكم * وكونوا في ذلك البيت تاكلون وتشربون من
8 عندهم فان الفاعل مستحق اجرته * ولا تنتقلوا من بيت الى بيت * واية مدينة دخلتموها
9 وقبلتكم اهلها فكلوا مما يقدم لكم * واشفوا المرضى الذين فيها * وقولوا لهم قد قرب منكم
10 11 ملكوت الله * واي مدينة دخلتموها ولا يقبلونكم اخرجوا من شوارعها * وقولوا * نحن ننفض
لكم الغبار الذي لصق بارجلنا من مدينتكم لكن هذا اعلموه ان ملكوت الله قد قرب
12 13 منكم * اقول لكم ان سدوم في ذلك اليوم لها راحة اكثر من تلك المدينة * الويل لك
يا كورزين والويل لك يا بيت صيدا. لانه لو كان في صور وصيدا القوات التي كن فيكما
14 لجلسوا وتابوا بالمسوح والرماد * واما صور وصيدا فلهما راحة في الدينونة اكثر منكما.

Dixit illi Jesus; Nemo qui ponit manum 62
suam super aratrum, & respicit retro se,
erit rectus in regno Dei.

Sectio trigesima octava.

C A P. X.

Et post hoc etiam segregavit Dominus 1
septuaginta alios: & misit eos binos, bi-
nos ante se in omnem civitatem et o-
mnem locum quò proposuerat venire. Et 2
dixit illis, Messis multa est, & operarii
pauci: Rogate dominum messis, ut educat
operarios in messem suam. Ite, ecce mit- 3
to vos sicut agnos inter lupos. Ne porte- 4
tis sacculum, neque peram, neque calcea-
menta: & ne osculemini quenquam in
via. Et in quamcunque domum intrave- 5
ritis, dicite primùm; Pax genti hujus
domûs. Et si fuerit ibi filius pacis ve- 6
stræ, profectò pax vestra habitabit super
illum: alioqui pax vestra revertetur ad
vos. Et eritis in illa domo, comedentes 7
& bibentes ex bonis eorum; nam opera-
rius dignus est mercede suâ: & ne va-
gemini de domo in domum. Et quamcun- 8
que civitatem intraveritis, & receperint
vos habitatores ejus, comedite ex iis
quæ offerentur vobis: Et curate infir- 9
mos qui sunt in ea, & dicite illis; Jam
appropinquavit ad vos regnum Dei. Et 10
quamcunque civitatem intraveritis, &
non receperint vos, exite à plateis ejus,
& dicite; Nos excutimus vobis pulve- 11
rem qui adhæsit pedibus nostris de civi-
tate vestra: sed hoc scitote, quòd regnum
Dei appropinquavit ad vos. Dico vobis, 12
quòd Sodomis in die illa erit quies poti-
us quàm illi civitati. Væ tibi Corozain, 13
væ tibi Bethsaida: quia si factæ fuissent
in Tyro & Sidone virtutes quæ factæ
sunt in vobis, certè sedissent & pœni-
tentiam egissent in ciliciis & cinere.
Veruntamen Tyro & Sidoni erit requi- 14
es in judicio potiùs quàm vobis.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

62 ወይቤሎ ፡ እግዚእ ፡ ኢየሱስ ፡ አልቦ ፡ ዘይእኅዝ ፡ ዕርፈ ፡ ወይሐርስ ፡ ድኅሬተ ፡
ርትዕት ፡ ይእቲ ፡ መንግሥተ ፡ እግዚአብሔር ፡፡
በእንተ ፡ ዘከመ ፡ አርአየ ፡ እግዚእነ ፡ ካልኣነ ፡ ሰብዓ ፡፡
1 ወእምዝ ፡ አርአየ ፡ እግዚእነ ፡ ካልኣነ ፡ ሰብዓ ፡ ወፈነዎሙ ፡ በበ ፡ ክልኤቱ ፡ ቅድሜሁ ፡ ገ
2 ጾ ፡ ውስተ ፡ ኵሉ ፡ አህጉር ፡ ወብሔር ፡ ኀበ ፡ ሀለዉ ፡ ከመ ፡ ይበሉ ፡፡ ወይቤሎሙ ፡ እግዚ
እ ፡ ኢየሱስ ፡ ማእረረሰ ፡ ብዙኅ ፡ ወገብረ ፡ ሕዳጥ ፡ ሰአልዎ ፡ እንከ ፡ ለባዕለ ፡ ማእረር ፡ ከመ ፡
3 ይወስክ ፡ ወይፈኑ ፡ ገባሬ ፡ ለማእረሩ ፡፡ ወሑሩ ፡ ናሁ ፡ አነ ፡ እፌንወክሙ ፡ ከመ ፡ አባግዕ ፡
4 ማእከለ ፡ ተኵላት ፡፡ ወኢትጹሩ ፡ ቍናመተ ፡ ወኢጽፍነተ ፡ ወኢአሣእነ ፡ ወኢምን
5 ተኒ ፡ ወኢትትአምኁ ፡ ወኢመኑሂ ፡ በፍኖት ፡፡ ወቤተ ፡ ኀበ ፡ ቦእክሙ ፡ ቅድሙ ፡ በሉ ፡
6 ሰላም ፡ ለዝንቱ ፡ ቤት ፡፡ ወእመሂቦ ፡ ህየ ፡ ወልደ ፡ ሰላም ፡ ያዐርፍ ፡ ሰላምክሙ ፡ ላዕ
7 ሌሁ ፡ ወእማእኮሰ ፡ ይገብእ ፡ ሰላምክሙ ፡ ለዐሌክሙ ፡፡ ወንብሩ ፡ ውእቱ ፡ ቤት ፡ ንበሩ ፡
እንዘ ፡ ትበልዑ ፡ ወትሰትዩ ፡ እምኀቤሆሙ ፡ እስመ ፡ ይደልዎ ፡ ዓስቡ ፡ ለዘ ፡ ይትቀነይ ፡ ወኢት
8 ፍልሱ ፡ እምቤት ፡ ለቤት ፡፡ ወሀገረኒ ፡ ኀበ ፡ ቦእክሙ ፡ ወተወክፉክሙ ፡ ብልዑ ፡ ዘአቅረ
9 ቡ ፡ ለክሙ ፡፡ ወፈውሱ ፡ ድዉያነ ፡ እለ ፡ ውስቴታ ፡ ወበልዎሙ ፡ ቀርበት ፡ መንግሥተ ፡
10 እግዚአብሔር ፡ ኀቤክሙ ፡፡ ወሀገረሰ ፡ ኀበ ፡ ቦእክሙ ፡ ወኢተወክፉክሙ ፡ ወፃእክሙ ፡
ኆኀ ፡ ጸበለ ፡ እገሪክሙ ፡ ውስተ ፡ መርሕባ ፡፡ እንዘ ፡ ትብሉ ፡ ጸበለክሙ ፡ ዘተለወነ ፡ እ
11 ምሀገርክሙ ፡ ንነግፍ ፡ ለክሙ ፡፡ ወባሕቱ ፡ ዝንተ ፡ አእምሩ ፡ ከመ ፡ ቀርበት ፡ መንግሥ
12 ተ ፡ እግዚአብሔር ፡ ለዐሌክሙ ፡፡ እብለክሙ ፡ ከመ ፡ ሰዶም ፡ ትኄይስ ፡ በዕለተ ፡ ደይን ፡
13 ወትረክብ ፡ ሣህለ ፡ ፈድፋደ ፡ እምይእቲ ፡ ሀገር ፡፡ አሌ ለኪ ፡ ኮራዚ ፡ አሌ ለኪ ፡ ቤተ ፡ ሳ
ይዳ ፡ ሶበ ፡ በጢሮስ ፡ ወበሲዶና ፡ ተገብረ ፡ ኃይል ፡ ዘተገብረ ፡ በውስቴትክን ፡ ሠቀ ፡ እምለብ
14 ሱ ፡ ወውስተ ፡ ሐመድ ፡ እምነበሩ ፡ ወእምነስሑ ፡፡ ወባሕቱ ፡ ጢሮስ ፡ ወሲዶና ፡
ይኄይሳ ፡ እምኔክን ፡ በዕለተ ፡ ደይን ፡፡

Et dixit ei Dominus Jesus, Nemo est qui apprehendit aratrum, & arat retrò; cui 62
rectum est regnum Dei.

CAP. X.

Quomodo designavit Dominus noster alios septuaginta.

Et tunc designavit Dominus noster alios septuaginta, & misit eos binos ante 1
faciem suam in omnes civitates, & regiones quò ituri erant. Et dixit iis Do- 2
minus Jesus, Messis multa, & operarii pauci: rogate igitur Dominum messis ut
adjiciat, & emittat operarios in messem suam. Et abite, ecce ego mitto vos 3
ut agnos *in* medium luporum. Et non portabitis crumenam, neque peram, ne- 4
que calceamenta, neque quidquam; & non salutabitis quenquam in via. Et do- 5
mum quamcunque intraveritis, primùm dicite; Pax huic domui. Et si fuerit 6
ibi filius pacis, requiescet pax vestra super eum: & si non, revertetur pax vestra
super vos. In ea domo manete, edentes & bibentes apud eos; quia convenit 7
merces ei qui servit: & non migrabitis à domo ad domum. Et civitatem 8
quamcunque ingressi fueritis, & exceperint vos, edite quæ apponunt vobis.
Et sanate ægrotos qui *sunt* in ea, & dicite iis; Appropinquavit regnum Dei apud 9
vos. Civitatem autè quamcunque ingressi estis, & non susceperunt vos, exeuntes 10
projicite pulverem pedum vestrorum in plateas ejus, Dicentes; Pulverem 11
vestram quæ adhæsit nobis de civitate vestra, projicimus vobis: sed hoc sci-
tote, quòd appropinquavit regnum Dei super vos. Dico vobis, quòd Sodoma 12
præstantior erit in die judicii, & inveniet misericordiam potiùs quàm hæc civi-
tas. Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaida: si in Tyro, & Sidone edita fuisset virtus 13
quæ edita fuit inter vos, sacco se induissent, & in cinere sedissent, & resipuissent.
Veruntamen Tyrus & Sidon potiores erunt vobis in die judicii. 14

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

9 * و رنجوران ايشانرا شفا بخشيد * وبديشان بگوييد * كه ملكوت خدا بر شما نزديك شد *
10 11 * واگر در شهري رويد وشمارا قبول نكنند * در بازار بدر ايند * وبگوييد * اينك * گرد كه
ازشهر شما بر پاي † ما چسبيده شد * بر شما مي افشانيم * اكنون اين را بدانيد كه
12 ملكوت خدا بر شما نزديك شد * با شما ميگوييم * دران روز براي سدوم * وعامورا * اسايش
سود * وبراي ان شهر نشود پنجاه هفت نفرين شهرهايي كه بمسيح
13 ايمان نياوردند * وگفت واي بر تو كورزين * واي بر تو بيت صيدا * كه
اگر در صور وصيدا مي شد * اين نيرومنديها كه در شما شد * بر پلاسها وخاكستر
14 توبه مي كردند * * و در روز داوري صور وصيدا را آسايش باشد * وشمارا نشود *

Et ægrotis eorum valetudinem do- 9
nate, & illis dicite; utiq; regnum
Dei vobis propinquum est. Sin autem 10
in civitatem intraveritis, & vos
non exceperint, in forum exeatis, &
dicatis; Ecce, pulverem qui ex ci- 11
vitate vestra pedibus nostris adhæ-
sit, in vos expergimus: Jam hoc
scitote, quòd regnum Dei vobis pro-
pinquum fuit. Vobis dico; In illo 12
die Sodomæ & Gomorrhæ levamen
erit, illi autem civitati non erit.

LVII. Maledictio civitatum, quæ in Christo fidem non habuerunt.

Et dixit; Væ tibi Chorazin, væ ti- 13
bi Bethsaida: quia si in Tyro & Si-
done factæ fuissent hæ virtutes, quæ
in vobis factæ sunt, in ciliciis et ci-
nere pœnitentiam egissent. In die 14
autem judicii Tyro & Sidoni leva-
men erit, & vobis non erit.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ. ΚΕΦ. ΛΕ΄.

Et tu Capharnaum usque ad cœlum exaltata, usque ad infernum demergêris.
15 Καὶ σὺ Καπερναοὺμ ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ.
Audiens vos, me audit: & *spernens* vos, me spernit: *at* me sper-
16 (λ) Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀ-
nens, spernit *mittentem* me. Reversi sunt autem septuaginta cum
17 θετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. Ὑπέστρεψαν δὲ (μ) οἱ ἑβδομήκοντα μετὰ
gaudio, dicentes; Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine
χαρᾶς, λέγοντες, Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν ἐν τῷ ὀνόματί
tuo. Ait *autem* illis; Videbam Satanam, sicut fulgur, de cœlo
18 σου. Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ
cadentem. Ecce *do* vobis potestatem calcandi supra serpentes & scor-
19 πεσόντα. Ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορ-
piones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis *non* noce-
πίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ (ν) ἀδική-
bit. Veruntamen in hoc *ne gaudete*, quia spiritus vobis subjiciuntur:
20 σῃ. Πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται·
gaudete autem *magis*, quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis.
(ξ) χαίρετε δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς.
In ipsa hora exultavit spiritu *Jesus*, & dixit; Con-
21 (ο) Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν, Ἐξομο-
fiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quòd abscondisti hæc à
λογοῦμαί σοι, πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ

ρις
α
ριζ
ι

ριϑ
γ
ρκ
ς

ΛΕ΄
ρκα
β

ρια
ε

sapientibus & prudentibus, & revelâsti ea parvulis. Etiam Pater, quoniã *sic fuit*
σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο
beneplacitum ante te. *Et conversus ad discipulos, dixit*; Omnia tradita sunt mihi
εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶπε, Πάντα (π) παρεδόθη μοι
à Patre meo: & nemo scit quis sit Filius, *si non* Pater: & quis est
ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ τίς ἐστιν
Pater, *si non* Filius, & cui voluerit Filius revelare. Et conversus
ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν (ϱ) βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. Καὶ στραφεὶς
ad discipulos, *privatim* dixit; Beati oculi *qui vident*
πρὸς τοὺς μαθητὰς, κατ᾽ ἰδίαν εἶπε, Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέπον-
tes quæ videtis. Dico enim vobis; Quòd multi prophetæ & reges volue-
τες ἃ βλέπετε. Λέγω γὰρ ὑμῖν, Ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἠθέ-
runt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non au-
λησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤ-
dierunt. Et ecce legisperitus quidam surrexit, tentans illum, & di-
κουσαν. Καὶ ἰδοὺ νομικός τις ἀνέστη, ἐκπειράζων αὐτὸν, καὶ λέ-
cens; Magister, quid *faciens* vitam æternam possidebo? Ille *autem*
γων, Διδάσκαλε, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Ὁ δὲ
dixit ad eum; In lege quid scriptum est? quomodò legis?
εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις;

MS. A. (λ) Ὁ ὑμῶν ἀκούων, (μ) μετὰ χαρᾶς οἱ ἑβδομήκοντα, (ν) ἀδικήσει. (ξ) χαίρετε δὲ ὅτι (ο) Ἐν ταύτῃ (π) μοι παρεδόθη (ϱ) βούλεται

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

15 ܘܐܢܬܝ ܟܦܪܢܚܘܡ ܗܝ ܕܥܕܡܐ ܠܫܡܝܐ ܐܬܬܪܝܡܬܝ ܥܕܡܐ ܠܫܝܘܠ ܬܬܡܟܟܝܢ܀
16 ܡܢ ܕܫܡܥ ܠܟܘܢ ܠܝ ܫܡܥ ܘܡܢ ܕܛܠܡ ܠܟܘܢ ܠܝ ܛܠܡ ܘܡܢ ܕܠܝ ܛܠܡ ܛܠܡ ܠܡܢ ܕܫܕܪܢܝ܀
17 ܘܗܦܟܘ ܫܒܥܝܢ ܗܢܘܢ ܕܫܕܪ ܒܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ ܡܪܢ ܐܦ ܫܐܕܐ ܡܫܬܥܒܕܝܢ ܠܢ ܒܫܡܟ܀
18 ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܚܙܐ ܗܘܝܬ ܠܗ ܠܣܛܢܐ ܕܐܝܟ ܒܪܩܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܢܦܠ܀
19 ܗܐ ܝܗܒܬ ܠܟܘܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܬܕܝܫܘܢ ܚܘܘܬܐ ܘܥܩܪܒܐ ܘܠܟܠܗ ܚܝܠܗ ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܘܡܕܡ ܠܐ ܢܗܪܟܘܢ܀
20 ܒܪܡ ܒܗܕܐ ܠܐ ܬܚܕܘܢ ܕܫܐܕܐ ܡܫܬܥܒܕܝܢ ܠܟܘܢ ܐܠܐ ܚܕܘ ܕܫܡܗܝܟܘܢ ܐܬܟܬܒܘ ܒܫܡܝܐ܀
21 ܒܗ ܒܫܥܬܐ ܪܘܙ ܝܫܘܥ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܐܡܪ ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܟ ܐܒܝ ܡܪܐ ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ ܕܟܣܝܬ ܗܠܝܢ ܡܢ ܚܟܝܡܐ ܘܡܢ ܣܟܘܠܬܢܐ ܘܓܠܝܬ ܐܢܝܢ ܠܝܠܘܕܐ ܐܝܢ ܐܒܝ ܕܗܟܢܐ ܗܘܬ ܨܒܝܢܐ ܩܕܡܝܟ܀
22 ܘܐܬܦܢܝ ܠܘܬ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܟܠ ܡܕܡ ܐܫܬܠܡ ܠܝ ܡܢ ܐܒܝ ܘܠܐ ܐܢܫ ܝܕܥ ܡܢܘ ܒܪܐ ܐܠܐ ܐܢ ܐܒܐ ܘܡܢܘ ܐܒܐ ܐܠܐ ܐܢ ܒܪܐ ܘܠܡܢ ܕܨܒܐ ܒܪܐ ܕܢܓܠܐ܀
23 ܘܐܬܦܢܝ ܠܘܬ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܘܐܡܪ ܛܘܒܝܗܝܢ ܠܥܝܢܐ ܕܚܙܝܢ ܡܕܡ ܕܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ܀
24 ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܕܢܒܝܐ ܣܓܝܐܐ ܘܡܠܟܐ ܐܣܬܘܚܘ ܠܡܚܙܐ ܡܕܡ ܕܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܐ ܚܙܘ ܘܠܡܫܡܥ ܡܕܡ ܕܫܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܐ ܫܡܥܘ܀
* ܕܪܡܫܐ ܕܚܕܒܫܒܐ * ܕܫܬ * ܕܨܘܡܐ * ܟܗ *
25 ܘܗܐ ܣܦܪܐ ܚܕ ܩܡ ܕܢܢܣܝܘܗܝ ܘܐܡܪ ܡܠܦܢܐ ܡܢܐ ܐܥܒܕ ܕܐܪܬ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ܀
26 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܡܪ ܠܗ ܒܢܡܘܣܐ ܐܝܟܢܐ ܟܬܝܒ ܐܝܟܢܐ ܩܪܐ ܐܢܬ܀

Et tu, Capharnahum, quæ ad cœlum usque exaltata es, ad inferos usque depriméris. Qui vos audit, me audit: & qui vos opprimit, me opprimit: & qui me opprimit, opprimit eum qui misit me. Porrò reversi sunt septuaginta illi quos miserat, cum gaudio magno, & dicunt ei; Domine noster, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. Ipse verò dixit eis, Conspicabar Satanam instar fulguris cadentem è cœlo. Ecce do vobis potestatem calcandi serpentes, & scorpiones, & omnem vim inimici: & nihil vos lædet. Verùm in hoc ne gaudeatis, quòd dæmonia subjiciantur vobis: sed gaudete quòd nomina vestra scripta sint in cœlis. Eâ ipsâ horâ exultavit Jesus Spiritu sanctitatis, & ait; Confiteor tibi, Pater mi, Domine cœli & terræ, quòd hæc absconderis à sapientibus, & intelligentibus, & revelaveris ea infantibus: etiam, Pater mi, quia talis fuit voluntas coram te. Et conversus ad discipulos suos, dixit eis; Omnia tradita sunt mihi à Patre meo: & nemo novit quis sit Filius, nisi Pater; & quis sit Pater, nisi Filius, & si cui voluerit Filius revelare. Item conversus ad discipulos suos seorsim, dixit; Felices oculi qui vident quod vos videtis. Etenim dico vobis, multos prophetas & reges voluisse videre quod videtis, neque vidisse: & audire quod auditis, nec audisse.

Ad vesperas dominicæ sextæ Jejunii. 31.

Ecce autem Scriba quidam surrexit ut tentaret eum, & ait; Doctor, quid faciam, ut hæreditate possideam vitam æternam? Ipse verò Jesus dixit ei; In Lege quomodo scriptum est, quomodo legis?

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

15 * وتواي كفرناحوم • كه تا اسمان بلند شدي • تا دوزخ † فرو روي • * هر كه از شما بشنود •
16 ازمن شنيده باشد • و هر كه شما را ظلم كند • مرا ظلم كرده باشد • و هر مرا ظلم كند •
17 بر فرستانندة من ظلم كرده باشد • * باز آمدند ان هفتاد و دو بشادماني بزرك • وبدو كفتند
18 خداوند ما • ابليسان بنام تو مطيع ما مي باشند • * عيسي بديشان كفت ابليس را ديدم همچون
19 برق از اسمان فرو افتاد • * اينك شمارا فرمان مي دهم • كه بر ماران • وكژدمان • وديكر حشرات †
20 زيانكار و دشمن • پاي بنهيد • وبساويد • كه شمارا كزند † نكنند • * اكنون بدين شاد † مباشيد •
كه ديوان مطيع فرمان شما باشند • الا شاد † شويد • كه نامهاء شما در اسمان نبشته شدند •
21 * دران ساعت بروح القدس عيسي مناجات كرد • وكفت • اعتراف ميكنم مر
ترا اي پدرم • خداوند اسمان • و زمين • كه اينهارا از حكيمان و خردمندان • پوشيده
داشتي • وبراي بچكان • و كودكان آشكارا كردي اري پدرم ارادت † پيش
22 تو چنين بود • * اشارت بسوء شاكردان † كرد • وكفت هر چيزي † از پدرم بمن سپارده شد •
وكسي نداند • پسر كيست مكر پدر • ونه پدر مكر پسر • وبراي هر كه خواهد پسر اشكارا كند •

Et tu O Caphar-nahum, quæ ad cœlum elata es, usque ad infernum pessum ibis. Quicunque vos audierit, me audivit; & qui vos injuriâ affecerit, me injuriâ affecerit, & quisquis me injuriâ affecerit, in eum qui misit me injuriam fecit. Reversi sunt autem illi septuaginta & duo, idq; cum lætitia magna, & ei dixerunt; Domine noster, diaboli in nomine tuo nobis obsequuntur. Jesus illis dixit; Diabolum vidi, instar fulguris de cœlo cidentem. Ecce vobis authoritatem do, ut serpentibus, & scorpiis, & aliis animalculis nocivis & infensis, pedes imponatis, & contereris, ne vobis lædant. In hoc autem ne lætemini, quòd dæmones imperio vestro pareant: sed læti estote, quòd nomina vestra in cœlo scripta sint. In illa hora cum Spiritu sancto Jesus collocutus est, ac dixit; Confiteor tibi, O pater mi, Domine cœli ac terræ, quòd hæc à sapientibus & prudentibus abscondisti, et infantibus et puerulis declarâsti: etiam, Pater mi, voluntas apud te ita fuit. Et annuens discipulis dixit; Omnis res à Patre meo mihi tradita est: & nemo novit quis sit Filius, nisi Pater; nec quis sit Pater, nisi Filius: cuicunque autem vult Filius, revelat.

Versio VULGATA LATINA.

15 Et tu Capharnaum usque ad cœlum exaltata, usque ad infernum demergêris. Qui
16 vos audit, me audit : & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, sper-
17 nit eum, qui misit me. Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicen-
18 tes; Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis; Vi-
19 debam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem cal-
candi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici : & nihil
20 vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciun-
21 tur : gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora ex-
ultavit Spiritu sancto, & dixit; Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quòd
absconditi hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelâsti ea parvulis. Etiam, Pa-
ter : quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et 22
nemo scit qui s sit Filius, nisi Pater ; & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit
Filius revelare. Et conversus ad discipulos suos, dixit ; Beati oculi, qui vident 23
quæ vos videtis. Dico enim vobis; Quòd multi prophetæ & reges voluerunt vi- 24
dere quæ vos videtis, & non viderunt : & audire quæ auditis, & non audierunt.
Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentans illum, & dicens ; Magister, quid fa- 25
ciendo vitam æternam possidebo ? At ille dixit ad eum ; In lege quid scriptum est? 26
quomodo legis ?

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

15 * وأنت أيضا يا كفرناحوم الذي ارتفعت إلى السماء سوف تهبط إلى الجحيم * من سمع منكم
16 فقد سمع مني ومن جحدكم فقد جحدني * ومن جحدني فقد جحد الذي أرسلني * فرجع إليه
17 السبعون بفرح قائلين يا رب والشياطين أيضا تخضع لنا باسمك * فقال لهم قد رأيت الشيطان
18 قد سقط من السماء مثل البرق *   * الفصل التاسع والثلثون *
19 * وهانذا قد أعطيتكم سلطانا لتدوسوا الحيات والعقارب وكل قوة العدو ولا يضركم شي
20 * لكن لا تفرحوا بهذا أن الأرواح تخضع لكم لكن افرحوا لأن أسماكم مكتوبة في السموات *
21 * وفي تلك الساعة تهلل يسوع بالروح * وقال أعترف لك يا أبه رب السماء والأرض * لأنك أخفيت
هذه عن الحكماء والفهماء وأظهرتها للأطفال * نعم يا أبه إن هذه المسرة كانت أمامك * ثم
22 التفت إلى تلاميذه وقال * كل شي قد دفع إلي من أبي * فليس أحد يعرف من هو الابن إلا
23 الأب ولا من هو الأب إلا الابن * ولمن يشاء الابن أن يظهر له * ثم عاد إلى تلاميذه خاصة وقال
24 طوبى للعيون التي ترى ما رأيتم * أقول لكم أن أنبياء كثيرين وملوكا اشتهوا أن ينظروا ما
نظرتم فلم ينظروا وأن يسمعوا ما سمعتم فلم يسمعوا *   * الفصل الأربعون *
25 * وإذا بناموسي قام ليجربه فقال يا معلم ماذا أصنع لأرث حياة الأبد * فقال ما هو
26 مكتوب في الشريعة وكيف تقرأ *

Et tu etiam, ô Capharnahum, quæ te exaltâsti usque ad cœlum, cades in infer- 15
num. Qui audit vos, audit me : & qui 16
negat vos, me negat : & qui negat me, negat illum qui misit me. Et reversi sunt 17
ad eum septuaginta cum gaudio, dicentes; Domine, dæmonia quoque subjiciuntur nobis in nomine tuo. Ait illis, Jam 18
vidi dæmonium cecidisse de cœlo sicut fulgur.

Sectio trigesima nona.

Et ecce ego dedi vobis potestatem calcan- 19
di serpentes & scorpiones, & omnem virtutem inimici : & non nocebit vobis quicquam. Veruntamen ne gaudeatis in 20
hoc quòd spiritus subjiciuntur vobis, sed gaudete quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis. Et in illa hora jubilavit Jesus 21
spiritu, & dixit; Confiteor tibi, Pater mi, Domine cœli & terræ, quòd absconderis hæc à sapientibus & prudentibus, & revelaveris ea parvulis. Benè, Pater mi, hoc enim est beneplacitum coram te. Deindè conversus est ad discipulos suos, &
ait ; Omnis res jam tradita est mihi à 22
Patre meo: nam nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: neque quis sit Pater nisi Filius : & cui vult Filius revelare. Tum 23
vertit se ad discipulos suos peculiariter, & dixit; Beati oculi qui vident ea quæ vidistis. Dico vobis, quòd prophetæ mul- 24
ti & reges desideraverunt videre quæ vidistis, & non viderunt: & audire quæ audistis, & non audierunt.

Sectio quadragesima.

Et ecce quidam legis peritus surrexit ad 25
tentandum eum, & dixit; Magister, quid faciam ut hæres fiam vitæ æternæ? Ait, 26
Quid est scriptum in lege ? & quomodo legis ?

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

15 ወአንቲኒ፡ ቀፍረናሆም ፡ መሰልኪኑ ፡ እስከ፡ ሰማይ፡ ትትሌዓሊ፡ እስከ፡ ሲኦል፡ ትወር
16 ዲ፡። ዘኪያክሙ፡ሰምዐ፡ኪያየ፡ሰምዐ፡፡ወዘሌክሙ፡አበየ፡ሊተ፡አበየ፡ወዘሊተ፡አ
17 በየ፡ለአበየ፡ለዘ፡ፈነወኒ፡ወዘኪያየ፡ሰምዐ፡ሰምዖ፡ለዘ፡ፈነወኒ፡። ወተመይጡ፡እልክ
ቱ፡ ሰብዓ፡እንዘ፡ይትፌሥሑ፡ ወይብሉ፡ እግዚኦ፡ አጋንንትኒ፡ይትኤዘዙ፡ ለነ፡ በስም
18 ከ፡። ወይቤሎሙ፡ ርኢክዎ፡ ለሰይጣን፡ ከመ፡ መብረቅ ፡ ወድቀ ፡ እምሰማይ፡።
19 ናሁ፡ ወሀብኩክሙ፡ሰልጣነ፡ትኪዱ፡ ደበ፡ ዓቃርብት፡ ወሳዕለ፡ አራዊት፡ ምድር ፡ ወዲ
20 በ፡ኵሉ፡ኀይለ፡ጸላኢ፡ወአልቦ፡ ዘይነክየክሙ፡። ወባሕቱ፡ በዝሰ፡ኢትትፌሥሑ፡
እስመ፡አጋንንት፡ይገንዩ፡ለክሙ፡ ተፈሥሑ፡ ባሕቱ፡ እስተጽሕፈ፡ አስማቲክሙ፡ በሰማ
21 ያት፡። ወበይእቲ፡ ሰዓት፡ ተፈሥሐ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ በመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ወይቤ፡
አአምነከ፡ አባ፡ እግዚአ፡ ሰማይ፡ ወምድር፡ ዘኀባእከ፡ ለዝንቱ፡ እምጠቢባን፡ ወለባ
ውያን፡ወከሠትከ፡ለሕፃናት፡እወ፡አባ፡እስመ፡ከማሁ፡ኮነ፡ሠምረትከ፡በቅድሜከ፡።
22 ኵሉ፡ ተውህበ፡ ሊተ፡ እምኀበ፡ አቡየ፡ ወአልቦ፡ ዘያአምሮ፡ለወልድ፡ዘእንበለ፡አብ፡
ወመኑ፡ ውእቱ፡ አብ፡ አልቦ ፡ ዘያአምሮ ፡ ለአብ ፡ ዘእንበለ ፡ ወልድ፡ ወለዘ፡ ፈቀደ፡
23 ወልድ፡ ይክሥት ፡ ሎቱ፡። ወተመይጦ ፡ ወይቤሎሙ፡ ለአርድእቲሁ ፡ እንተ ፡ ባሕ
24 ቲቶሙ፡ብፁዓት፡አዕይንት፡እለ፡ይሬእያ፡ዘትሬእዩ፡አንትሙ፡። እብለክሙ፡ከመ፡
ብዙኃን፡ ነቢያት ፡ ወነገሥት ፡ ፈቀዱ፡ ይርአዩ ፡ ዘትሬእዩ ፡ አንትሙ ፡ ወኢርእዩ፡ ወ
ይሰምዑ ፡ ዘትሰምዑ ፡ አንትሙ ፡ ወኢሰምዑ፡።
በእንተ ፡ ዘከመ ፡ ተሰአሎ ፡ ጸሐፊ ፡ ሃገር፡።
25 ወእምዝ፡ ተንሥአ፡ ላሐዱ፡ ጸሐፊ፡ሀገር፡ ያመክሮ፡ ወይቤሎ፡ሊቅ፡ ምንተ፡ ገቢርየ፡
26 ሕይወተ ፡ ዘለዓለም ፡ እወርስ፡። ወይቤሎ ፡ ውስተ ፡ ኦሪትከ ፡ ምንት፡ ጽሑፍ፡
ወእፎ ፡ ታነብብ፡።

Et tu Capernaum, existimâstine usque *ad* cœlum exaltari ? usque *ad* infernum 15
descendes. Qui vos audivit, me audivit; & qui vos sprevit, me sprevit ; & qui 16
me sprevit, sprevit eum qui misit me : & qui me audivit, audivit eum qui misit
me. Et reversi sunt illi septuaginta, gaudentes, & dicentes ; Domine, dæmones 17
etiam subjiciuntur nobis in nomine tuo. Et dixit iis, Vidi Satanam, ut fulgur, è 18
cœlo cadentem. Et ecce dedi vobis potestatem, ut calcetis super scorpiones, 19
& super serpentes, & super omnem vim inimici : & nihil est quod nocebit vo-
bis. Veruntamen in hoc ne gaudeatis, quia dæmones subjiciuntur vobis : gaude- 20
te autem quia scripta sunt nomina vestra in cœlis. Et in hac hora gavisus est 21
Dominus Jesus in Spiritu sancto, & dixit; Confiteor tibi pater, Domine cœli &
terræ, quòd absconditi hoc à sapientibus, & prudentibus, & revelâsti illud par-
vulis : etiam Pater, quia ita fuit voluntas tua in conspectu tuo. Universa 22
data sunt mihi à Patre meo : & nemo est qui noscit Filium, nisi Pater ; & quis sit
Pater, nemo est qui noscit [Patrem] nisi Filius, & cuicunque voluerit Filius reve-
lare ei. Et conversus fuit, & dixit discipulis suis seorsum; Beati oculi qui vi- 23
dent, quæ videtis vos. Dico vobis, quòd multi prophetæ & reges desidera- 24
verunt videre quæ videtis vos, & non viderunt : & audire quæ auditis vos, &
non audierunt.

De eo quòd interrogat eum scriba civitatis.

Et tunc surrexit quidam scriba civitatis tentare eum, & dicebat ei ; Magister, 25
quid faciens vitam æternam possidebo ? Et dixit ei, In lege tua quid scriptum 26
est, & quomodo legis ?

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

23 * وباز روی خود سوی شاگردان خود تنها نهاد * و گفت خنك چشمهایی * که
24 دید انچ شما دیدید * اکنون بشما می گویم * که بسیار پیغمبران و بزرگان *
وملکان * خواستند که بینند انچ شما دیدید * وندیدند * وبشنوند * انچ شما شنیدید *
ونشنیدند   پنجاه هشت   پرسیدن معتزلی از برای زندگانی جاوید
25 * وقتی نویسنده * از برای آزمایش * از عیسی† سوال کرد که ای معلم چکنم
26 که زندگانی جاوید مرا باشد * * عیسی بدو گفت * در ناموس چگونه نبشته شده است
و چگونه خواندی *

Et rursus vultum suum in discipu- 23
los suos seorsum defixit, & dixit ; Beati oculi qui vident, id quod vos videtis. Jam vobis dico, quòd mul- 24
ti prophetæ, & magnates, & reges, desiderârunt ut viderent id quod vos videtis, & non viderunt: & audirent id quod vos auditis, & non audiverunt.

LVIII. Quæstio Pharisæi de vitâ æternâ.

Tunc Scriba quidam *tentandi gra-* 25
tiâ à Jesu sciscitatus est, inqui*ens ; O præceptor, quid faciam ut vita æterna mihi sit ? Jesus et di-* 26
xit ; In lege quomodo scriptum est ? & quomodo legis ?

Ille autē respondens dixit; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
27 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ
tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & ex omni cogitatione tua: & proxi-
ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου· καὶ τὸν πλησί-
mū tuum sicut teipsum. Dixit autem illi; Rectè respondisti: hoc fac, & vives.
28 ον σου (σ) ὡς σεαυτόν. Εἶπε δὲ αὐτῷ, Ὀρθῶς ἀπεκρίθης· τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ.
Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Jesum; Et quis est meus proximus?
29 Ὁ δὲ θέλων δικαιοῦν ἑαυτὸν, εἶπε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; ρκβ
Suscipiens autem Jesus, dixit; Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Je-
30 Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν, Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱε- Λϛ
richo, & latronibus incidit: Qui etiam exeuntes eum, & plagas imponentes abierunt,
ριχὼ, καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν· οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες ἀπῆλθον,
relinquentes semivivum existentem. Secundùm sortem autem sacerdos quidam descendit in
31 ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα. Κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν
via illa: & videns illum, præterivit. Similiter autē & Levita, factus secundùm
32 τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἀντιπαρῆλθεν. Ὁμοίως δὲ καὶ Λευΐτης, γενόμενος κατὰ
locum, veniens & videns, pertransiit. Samaritanus autem quidā iter faciens, venit secus
33 τὸν τόπον, ἐλθὼν καὶ (τ) ἰδὼν, ἀντιπαρῆλθεν. Σαμαρείτης δέ τις ὁδεύων, ἦλθε κατ'
eum, & videns eū, visceribus commotus est. Et accedens alligavit vulnera ejus, in-
34 αὐτὸν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἐσπλαγχνίσθη. Καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπι-
fundēs oleum & vinū: ascendere faciens autē illū in proprium jumentum, duxit illum in diver-
χέων ἔλαιον καὶ οἶνον· ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς παν-

sorium, & curam egit ejus. Et in crastinū exiens, ejiciens duos denarios dedit
δοχεῖον, καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ. Καὶ (υ) ἐπὶ τὴν αὔριον ἐξελθὼν, ἐκβαλὼν δύο δηνάρια ἔδωκε
tabernario, & ait illi; Curam habe illius, & quodcunque adinsumpseris, ego in
τῷ πανδοχεῖ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἐπιμελήθητι αὐτοῦ, καὶ ὅ,τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν
redire me, reddam tibi. Quis igitur horum trium videtur tibi proxi-
τῷ ἐπανέρχεσθαί με, ἀποδώσω σοι. Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν (φ) δοκεῖ σοι πλησί-
mus fuisse incidentis in latrones? Ille autē dixit; Faciens misericordiam
ον γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς; Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος
cum illo. Ait ergò illi Jesus; Vade, & tu fac similiter. Factum est autem
ΛΖ μετ' αὐτοῦ. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως. Ἐγένετο δὲ
in ire eos, & ipse intravit in vicum quendam: mulier autē quadā nomine
ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς εἰσῆλθεν εἰς κώμην τινά· γυνὴ δέ τις ὀνόματι
Martha, excepit illum in domū suam. Et huic erat soror vocata Ma-
Μάρθα, ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. Καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ καλουμένη Μα-
ria, quæ etiam sedens secus pedes Jesu, audiebat verbum illius.
ρία, ἣ καὶ (χ) παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε τὸν λόγον αὐτοῦ. Ἡ
Martha distrahebatur circa multum ministerium: stans autem ait; Domine, non curæ est tibi quòd
Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν· ἐπιστᾶσα δὲ εἶπε, Κύριε, οὐ μέλει σοι ὅτι
soror mea solam me reliquit ministrare? dic ergò illi ut mihi simul suscipiat.
ἡ ἀδελφή μου μόνην με κατέλιπε διακονεῖν; εἰπὲ οὖν αὐτῇ ἵνα μοι συναντιλάβηται.
Respondens autem dixit illi Jesus; Martha, Martha, solicita es, & turbaris circa multa.
Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά.

MS. A. (σ) ὡς ἑαυτόν. (τ) ἰδὼν αὐτὸν, (υ) ἐπὶ τὴν αὔριον (φ) πλησίον δοκεῖ σοι (χ) παρακαθεσθεῖσα

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]
31 [illegible]
32
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
[illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
[illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
[illegible]
41 [illegible]

Et respondit & dixit ei; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixit ei Jesus, Rectè dixisti: hoc age, & vives. Ille autem quum vellet justificare semetipsum, dixit ei; Ecquis est proximus meus? Subdit ei Jesus, Vir quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho; & irruerunt in eum latrones, & expoliârunt eum, vulnerâruntque; & missum eum fecerunt quum vix subsisteret in eo anima: atque abiére. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet per illam viam; & vidit eum, ac præteriit. Similiter & Levita veniens accessit ad illum locum; & vidit eum, ac præteriit. Quidam autem Samaritanus, quum iter faceret, venit quò loci erat; viditque eum, & misertus est ejus. Accessit itaque, & obligavit vulnera ejus; infuditque in ea vinum & oleum: & imposuit eum asino suo, & adduxit in diversorium, & ejus curam egit. Manè autem diei proferens duos denarios, dedit hospiti; & dixit ei, Curam illius age: & siquid suprà impenderis, quum revertar, ego reddam tibi. Quis igitur horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in manus latronum? Ille verò dixit, Is qui misertus est ejus. Subdit ei Jesus; Abi, & tu fac similiter.

Lectio in commemorationem mulierum sanctarum. 36.

Et factum est quum ipsi iter facerent ut introierit in vicum quendam, & mulier Martha nomine exceperit eum domi suæ. Erat autem ei soror nomine Maria, quæ veniens consedit ad pedes Domini nostri, & audiebat sermones ejus. Martha autem anxia erat in multo ministerio: & veniens dixit ei; Dñe mi, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ei opem mihi ferat. Respondit Jesus, & dixit ei; Martha, Martha, solicita es & inquieta circa plurima.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

27 * نويسنك بدو جواب داد وكفت • خداوند وخداي ترا دوست دار • از همه دل خود و از همه
جان خود • واز همه قوت خود • و از همه انديشهٔ خود • و يار خودرا همچو † جان خود دوست
28 دار • * عيسي بدو كفت راست كفتي اين را بكن • زنك شدي • * او چون مي خواست كه
29
30 نفس خودرا بلاباند • بعيسي كفت كيست يار من • * عيسي بدو كفت كه مردي از
اورسليم تا اريحو فرود آمد • حراميان بروي افتادند • و اورا برهنه كردند • و زدند • وبحال
31 مرك انداختند • چنانك اندكي جان † درو مانده بود ورفتند • * يك كوهين دران راه مي
32 كذشت • اورا ديد رها كرد • و رفت • * و اينچنين ليوي ‡ نيز بدو رسيد وكذشت • * بعد از
33
34 ايشان يكي از سامريان انجا رسيد • اورا افتاده ديد • برو رحمت كرد • * و پيش او آمد • و زخمهاء
اورا بست • وشراب • و روغن • بر زخمش نهاد • و بر خر خود نشاند • ودر كاروانسرايش در آورد •
35 غمخواركي او كرد • * صباح دوم روز • دو دينار بدر آورد • و بكاروانسرادار داد • وكفت
36 انچ اورا در بايست باشد بدو ده • و اكر چيزي افزونتر † بايد من بتو بدهم • * اكنون
ازين سه † كس كه نام برديم • كدامين صواب كرده باشد • بدين مرد حرامي زده •

Scriba ei responsum dedit ac dixit; Dominum ac Deum tuum diligas ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & ex tota cogitatione tua: & proximum tuum veluti teipsum charum habeas. Jesus ei dixit; Rectum dixisti: hoc fac, & vives. Ille, cùm vellet [illegible] prædicare, Jesu dixit; Quis est proximus meus? Jesus ei dixit; Vir quidam ab Hierosolyma in Hiericho descendit, in quem latrones inciderunt, & nudatum cæsumque in [illegible] tum mortis adegerunt, adeò ut paum animæ in eo remaneret, & abierunt. Sacerdos quidam per illam viam præteriit, eumque visum omisit, & abiit. Et similiter Levita etiam ad eum accessit, & præteriit. Post eos quidam ex Samaritanis illac per veniens eum jacentem vidit, & ejus misertus est. Et ad eum accessit, & vinum vulnera ejus obligavit, & vinum indidit: & oleum vulneri ejus indidit: & asino suo impositum in diversorium suum adduxit, & ejus curam egit. Manè secundi diei duos denarios deprompsit, & pandochei dedit, & dixit; Id quod opus ei fuerit, illi dato, & si quid amplius requisitum erit, tibi dabo. Jam ex his tribus hominibus quos nominavimus, quis rectum fecit ei homini à latronibus percusso.

Versio VULGATA LATINA.

Ille respondens dixit; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota
27 anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sic-
28 ut teipsum. Dixitq; illi; Rectè respondisti: hoc fac, & vives. Ille autem volens justi-
29 ficare seipsum, dixit ad Jesum; Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Jesus,
30 dixit; Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones, qui
etiam despoliaverunt eum: & plagis impositis abierunt, semivivo relicto. Accidit
31 autem ut sacerdos quidam descenderet eâdem viâ: & viso illo præterivit. Similiter
32 & Levita, cùm esset secus locum, & videret eum, pertransiit: Samaritanus autem qui-
33 dam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordiâ motus est. Et appro-
9 السنة ايضا لافلحها واصلحها * لعلها تثمر في السنة الاتية فان لم تثمر فاقطعها *
10 الفصل الحادي والخمسون * وفيما هو يعلم في احد المجامع في السبت * واذا امراة
11 معها روح مرض منذ ثماني عشرة سنة * وكانت منحنية لا تقدر ان تستقيم البتة *

Quoniam cùm ieris cum adversario tuo ad principem, da in via aliquid per quod libereris ab eo: ne perducat te ad judicem, & judex tradat te exactori, & projiciat te exactor in carcerem. 58
Dico tibi, quòd non exibis indè, quousque solvas ultimum denariolum. 59

Sectio quinquagesima.

CAP. XIII.

ET in eo tempore venerunt ad eum quidam, & retulerunt ei de Galilæis, quorum miscuit Pilatus sanguinem cum sacrificiis eorum. 1
Respondit eis Jesus, dicens; Putatisne illos Galilæos fuisse solos peccatores præ omnibus Galilæis, eò quòd assecuti sint eos tales dolores? 2
Nequaquam. Sed dico vobis, Si non pœnitentiam egeritis, omnes pariter peribitis. 3
Et illos decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos: putatisne fuisse sceleratos præ cunctis hominibus habitantibus in Jerusalem? 4
Nequaquam. Sed dico vobis, Quòd nisi pœnitentiam egeritis, omnes peribitis similiter. 5
Et dixit illis hanc similitudinem; Quidam qui habebat arborem fici plantatam in vinea sua, venit quærere in ea fructum, & non invenit: 6
Quare dixit vinitori, Ecce tribus annis venio, & quæro fructum in hac ficu, & non invenio: succide illam, ne inutilem reddat terram. 7
Respondit ei, dicens; Domine, dimitte illam isto anno etiam, ut colam eam, & reparem eam: 8
Forsitan fructum afferet in anno venturo; quòd si non afferat fructum, succidam illam. 9

Sectio quinquagesima prima.

Et dum ipse doceret in una synagogarum in sabbatho, 10
Ecce mulier, cum qua erat spiritus infirmitatis à decem & octo annis: & erat curva, nec poterat erigere se ullo modo. 11

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

58 ...ብ፡ ይትባጽሖክ፡ ዕደወ'ከ፡ ኀበ፡ መኰንን፡ ተዓረቅ፡ በፍኖት፡ ወሰልጥ፡ ዘትፈደ
...ዮ፡ከመ፡ ኢይትበጽሖክ፡ ኀበ፡መኰንን፡ወመኰንን፡ ይሜጥወከ፡ለወዓሊሁ፡ ወወዓሊሁ፡
59 ...ይሞቅሑከ፡እብለከ፡ከመ፡ኢትወፅእ፡እምህየ፡ እስከ፡ትሴልጥ፡ደኀሪተ፡ገምዐ፡፡=፡
በእንተ፡ገሊላውያን፡ ወሳለ፡ሠሎሄ፡ ሰቢሎም፡፡=፡
1 ...ር ወቦ፡ እለ፡መጽኡ፡ኀቤሁ፡አሜሁ፡ወዜነውዎ፡በእንተ፡ገሊላውያን፡እለ፡ደመረ፡ጲላ
2 ...ጦስ፡ደሞሙ፡ ምስለ፡ መሥዋዕቶሙ፡፡=፡ ወአውሥአ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ወይቤሎ
...ሙ፡ይመስለክሙኑ፡እሙንቱ፡ከመ፡ገሊላውያን፡ኃጥኣን፡እምኵሉ፡ሰብእ፡ገሊላ፡እስመ፡
3 ...ዝቲ፡ረከቦቶሙ፡፡=፡ አልቦ፡ እብለክሙ፡ እሙሰ፡ኢነሰሐክሙ፡ከማሆሙ፡ትትሐጐሉ፡
4 ...ኵልክሙ፡፡=፡ ወይመስለክሙኑ፡ እልክቱ፡ ዓሠርቱ፡ ወሰመንቱ፡ እለ፡ ወድቀ፡ ማኅ
...ፈድ፡ሳዕሌሆሙ፡በሰሊሆም፡ ወቀተሎሙ፡ እሙንቱኑ፡ ከመ፡ ኃጥኣን፡ እስመ፡ ዛቲ፡ረከ
...በቶሙ፡ ወይመስለክሙኑ፡እሙንቱ፡ከመ፡ኃጥኣን፡እምኵሉ፡ሰብእ፡ ኢየሩሳሌም፡፡=፡
5 አልቦ፡ እብለክሙ፡ እሙሰ፡ ኢነሳሕክሙ፡ ከማሆሙ፡ ትትሐጐሉ፡ኵልክሙ፡፡=፡
6 ...ር ሰንበት፡ዘጽጌያት፡ወበሰንበት፡ወትረ፡፡=፡ ወመሰለ፡ሎሙ፡ወይቤሎሙ፡ብእሲ፡
...በለሰ፡ውስተ፡ዐጸደ፡ወይን፡ ወይሑር፡ ይንሣእ፡ፍሬሃ፡ወኢይረክብ፡ እንተ፡ሐረ፡፡=፡
7 ወይቤሎ፡ ለዐቃቤ፡ ወይን፡ ናሁ፡ሠለስቱ፡ ዐመት፡እምዘ፡ እመጽእ፡ እንሣእ፡ ፍሬሃ፡ ወ
8 ኢይረክብ፡ግዝማ፡እንከሰ፡ለምንት፡ታፀርዕ፡ለነ፡ምድረነ፡፡=፡ ወአውሥአ፡ ወይ
9 ቤሎ፡ኅድጋ፡እግዚኦ፡ ኀሪፈ፡ እስከ፡ እከሪ፡ ታሕቴሃ፡ ወእደይ፡መሬተ፡=፡ እመቦ፡ከ
10 መ፡ተፈረይ፡ ሠናይ፡ ወእማእኮሰ፡ ንገዝማ፡፡=፡ በሰንበት፡ ወትረ፡፡=፡
ወመሀሮሙ፡ በሰንበት፡ በአሐዱ፡ ምኵራብ፡=፡
በእንተ፡ ብእሲት፡ እንተ፡ ደወየት፡፡=፡
11 ወሀለወት፡አሐቲ፡ብእሲት፡ እንተ፡ አድወያ፡ ጋኔን፡ ዓሠርተ፡ወሰመንተ፡ዐመተ፡ ወጐሕ
ቆተ፡ ወኢትክል፡ ቀዊመ፡ ርቱዐ፡ ግሙራ፡፡=፡

Dum te ducturus sit adversarius tuus ad judicem, reconciliator in via, & 58
transige quid reddas ei, ne ducat te ad judicem, & judex tradat te militibus,
& milites incarcerent te. Dico tibi, Non exibis illinc, usquequò reddideris ul- 59
timum minutum.

CAP. XIII. *De Galilæis & Salehomitis.*

ET fuerunt qui venerunt ad eum tunc, & annuntiaverunt ei de Galilæis quo- 1
rum sanguinem miscuerat Pilatus cum sacrificiis eorum. Et respondit Dominus 2
Jesus, & dixit iis; Putatisne quòd hi Galilæi peccatores fuerunt præ omnibus
hominibus Galilææ, quia hoc contigit iis? Non, dico vobis: si non resipiscatis, 3
sicut illi peribitis omnes. Et putatisne, hi decem & octo super quos cecidit 4
turris in Salihom, & trucidavit eos, quòd peccatores fuerunt quia hoc contigit iis?
& putatisne quòd hi peccatores fuerunt præ omnibus hominibus Hierusalem?
Non, dico vobis: si non resipiscatis, sicut illi peribitis omnes. *Tertio Sab-* 5
bato florum: Et vespere Sabbati. Et parabolicè loquutus est iis, & dixit iis; 6
Quidam homo habuit ficum in vinea sua, & venit accipere fructum ejus, & nihil
inveniens, abiit: Et dixit custodi vineæ, Ecce tres annos venio, accipere fructum 7
ejus, & non invenio: excinde eam igitur, quare otiosam reddit nobis terram
nostram? Et respondit, & dixit ei; Dimitte eam Domine, in hyemem, usquequò 8
fodero subter eam, & apposuero terram. Si fuerit quòd fructum feret, bene est; 9
alioquin excindemus eam. *Vespere Sabbati.* Et docuit eos in Sabbato in 10
quadam synagoga.

De muliere quæ infirma fuit.

Et fuit quædam mulier quam infirmam reddidisset dæmon, decem & octo annis, 11
& gibbosa fuit, & non potuit stare rectè unquam.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

7 * بباغبانان گفت * اینک سه سالست که می آیم * واین درخت † انجیر † میوه می طلبم
8 نمی یابم * اورا از بیخ ببرید * که زمین را باطل کرد * باغبان گفتند * ای خداوند
امسال نیز اورا بگذار * تا گرداگرد اورا ببیل بزنیم * وسرگین بیندازیم * واورا تیمار داریم *
9 * اگر میوه داد ماند * واگر نه اورا در † اینک سال ببریم
هشتاد سه خوش کردن عیسی زنی را که هجده سال درهم پیچیک شد
10 * چون عیسی در روز شنبه † بانجمنها می گردید * وتعلیم می داد * در انجمنی † زنی بود که
11 دردمندی داشت * مدت هجده سال * ان زن درهم پیچیک بود * نمی توانست دست وپای † دراز کردن *

Hortulanis itaque dixit; Ecce tertius annus est quo venio, et ex hac arbore ficûs fructum quæro, sed non invenio: eam radicitùs excindite, quia terram otiosam reddit. 7
Hortulani dixerunt; O domine, hoc anno etiam illam sine, ut circumcirca eam pastinemus, et stercus adjiciamus, et ejus curam habeamus. 8
Si fructum dederit, maneat: sin minùs, eam anno veniente succidemus. 9

LXXXIII. Sanat Jesus mulierem quæ octodecim annos incurvata fuerat.

Cùm Jesus in die Sabbathi in synagogis versaretur, et doceret; 10
In synagoga quadam mulier erat, quæ infirmitatem habuerat spatio octodecim annorum: mulier illa complicata erat, nec potuit manû pedemve extendere. 11

Videns autem eam Jesus, advocavit, & ait illi; Mulier, *absoluta es*
12 Ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Ἰησοῦς, προσεφώνησε, καὶ εἶπεν αὐτῇ, Γύναι, ἀπολέλυσαι
infirmitatis tuæ. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, &
13 τῆς ἀσθενείας σου. Καὶ ἐπέθηκεν αὐτῇ τὰς χεῖρας. καὶ παραχρῆμα ἀνωρθώθη, καὶ
glorificabat Deum. Respondens autem archisynagogus, indignans quia
14 ἐδόξαζε τὸν Θεόν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν ὅτι
Sabbato curasset Jesus, dicebat turbæ; Sex dies sunt, in quibus
τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε τῷ ὄχλῳ, Ἓξ ἡμέραι εἰσὶν ἐν αἷς
oportet operari: in his ergo *venientes* curamini, & non die
δεῖ ἐργάζεσθαι· (ϑ) ἐν ταύταις οὖν ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, καὶ μὴ τῇ ἡμέρᾳ
Sabbati. *Respondit* ergo ei Dominus, & dixit; Hypocrita, unusquisque
15 τοῦ σαββάτου. Ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ ὁ Κύριος, καὶ εἶπεν, (ι) Ὑποκριτά, ἕκαστος
vestrûm Sabbato non solvit bovem suum, aut asinum à præsepio, &
ὑμῶν (κ) τῷ σαββάτῳ οὐ λύει τὸν βοῦν αὐτοῦ, ἢ (λ) τὸν ὄνον ἀπὸ τῆς φάτνης, καὶ
abducens potum dat? Hanc autem filiam Abrahæ *existentem*, quam *ligavit* Sa-
16 ἀπαγαγὼν ποτίζει; Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ Σα-
tanas, ecce decem & octo *annos*, non oportuit solvi à vinculo isto die
τανᾶς, ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου τῇ ἡμέρᾳ
Sabbati? Et hæc *dicente* eo, erubescebant omnes *oppositi*
17 τοῦ σαββάτου; Καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, κατῃσχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι ρξϛ
ei: & omnis *turba* gaudebat in universis *gloriosis* *factis* ab α
αὐτῷ· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἔχαιρεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τοῖς γινομένοις ὑπ'

ΜΘ eo. Dicebat *autem*, Cui simile est regnum Dei, & cui *similabo illud?*
αὐτοῦ. Ἔλεγε δὲ, Τίνι ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ τίνι ὁμοιώσω αὐτήν;
ρξζ Simile est grano sinapis, quod *accipiens* homo misit in hortum suum: &
β Ὁμοία ἐστὶ κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ· καὶ
crevit, & factum est in arborem magnam: & volucres cœli *nidulati sunt*
ηὔξησε, καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα· καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ (μ) κατεσκήνωσεν
ρξη in ramis ejus. Et iterùm dixit; Cui *similabo* regnum Dei?
α ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ. (ν) Καὶ πάλιν εἶπε, Τίνι ὁμοιώσω τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ;
Simile est fermento, quod *accipiens* mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermen-
Ὁμοία ἐστὶ ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυ-
ρξθ *tum est* totum. Et *transibat* per civitates & *vicos*, docens, & iter faciens
β μώθη ὅλον. Καὶ διεπορεύετο κατὰ πόλεις καὶ κώμας, διδάσκων, καὶ πορείαν ποιούμενος
Ν' in Hierusalem. Ait autem quidam illi; Domine, si pauci *servati?* Ipse autem dixit
εἰς Ἱερουσαλήμ. Εἶπε δέ τις αὐτῷ, Κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; ὁ δὲ εἶπε
ρο ad illos; Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico
α πρὸς αὐτούς, Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πολλοί, λέγω
vobis, quærent intrare, & non poterunt. *Ex quo* autem *surrexerit* paterfamilias,
ροα ὑμῖν, ζητήσουσιν εἰσελθεῖν, καὶ οὐκ ἰσχύσουσιν. Ἀφ' οὗ ἂν ἐγερθῇ ὁ οἰκοδεσπότης,
α & clauserit ostium, & *cœperitis* foris stare, & pulsare ostium, dicentes;
καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν, καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι, καὶ κρούειν τὴν θύραν, λέγοντες,
Domine, Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis; *Non novi* vos unde sitis.
Κύριε, Κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν· καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ.

MS. A. (ϑ) ἐν αὐταῖς συνερχόμενοι (ι) Ὑποκριταί, (κ) ἐν τῷ (λ) τὸν ὄνον (μ) κατεσκήνουν (ν) Πάλιν εἶπεν,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 * ܚܙܗ̇ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܘܩܪܝܗ̇ ܘܐܡܪ ܠܗ̇ ܐܢܬܬܐ ܫܪܝܬܝ ܡܢ ܟܘܪܗܢܟܝ܂
13 * ܘܣܡ ܐܝܕܗ ܥܠܝܗ̇ ܘܡܚܕܐ ܐܬܦܫܛܬ ܘܫܒܚܬ ܠܐܠܗܐ܂
14 * ܥܢܐ ܕܝܢ ܪܒ ܟܢܘܫܬܐ ܟܕ ܡܬܚܡܬ ܕܒܫܒܬܐ ܐܣܝ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܟܢܫܐ ܫܬܐ ܝܘܡܝܢ ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܕܘܠܐ ܠܡܦܠܚ ܒܗܘܢ ܬܘ ܐܬܐܣܘ ܘܠܐ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ܂
15 * ܥܢܐ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗ ܢܣܒ ܒܐܦܐ ܠܐ ܟܠ ܚܕ ܡܢܟܘܢ ܒܫܒܬܐ ܫܪܐ ܬܘܪܗ ܐܘ ܚܡܪܗ ܡܢ ܐܘܪܝܐ ܘܐܙܠ ܡܫܩܐ ܠܗ܂
16 * ܠܗܕܐ ܕܝܢ ܕܒܪܬܗ ܗܝ ܕܐܒܪܗܡ ܘܐܣܪܗ̇ ܣܛܢܐ ܗܐ ܬܡܢܥܣܪܐ ܫܢܝܢ ܠܐ ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܡܫܪܝܗ̇ ܡܢ ܗܢܐ ܐܣܘܪܐ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ܂
17 * ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܗܘܐ ܒܗܬܝܢ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܠܘܩܒܠܗ ܘܟܠܗ ܥܡܐ ܚܕܐ ܗܘܐ ܒܟܠܗܝܢ ܬܕܡܪܬܐ ܕܡܬܥܒܕܢ ܗܘܝ ܒܐܝܕܗ܂
18 * ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܠܡܢܐ ܕܡܝܐ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܘܠܡܢܐ ܐܕܡܝܗ̇܂
19 * ܕܡܝܐ ܠܦܪܕܬܐ ܕܚܪܕܠܐ ܕܢܣܒ ܓܒܪܐ ܪܡܐ ܒܓܢܬܗ ܘܪܒܬ ܘܗܘܬ ܐܝܠܢܐ ܪܒܐ ܘܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܥܫܫܬ ܒܣܘܟܝܗ̇܂
20 * ܬܘܒ ܐܡܪ ܝܫܘܥ ܠܡܢܐ ܐܕܡܝܗ̇ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ܂
21 * ܕܡܝܐ ܠܚܡܝܪܐ ܕܢܣܒܬ ܐܢܬܬܐ ܛܫܬ ܒܬܠܬ ܣܐܝܢ ܕܩܡܚܐ ܥܕܡܐ ܕܟܠܗ ܚܡܥ܂
22 * ܘܡܬܟܪܟ ܗܘܐ ܒܩܘܪܝܐ ܘܒܡܕܝܢܬܐ ܟܕ ܡܠܦ ܘܐܙܠ ܠܐܘܪܫܠܡ܂
23 * ܘܫܐܠܗ ܐܢܫ ܐܢ ܩܠܝܠܝܢ ܐܢܘܢ ܕܚܝܝܢ ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܡܪ ܠܗܘܢ܂
24 * ܐܬܟܬܫܘ ܠܡܥܠ ܒܬܪܥܐ ܐܠܝܨܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܕܣܓܝܐܐ ܢܒܥܘܢ ܠܡܥܠ ܘܠܐ ܢܫܟܚܘܢ܂
25 ܡܢ ܫܥܬܐ ܕܢܩܘܡ ܡܪܐ ܒܝܬܐ ܘܢܐܚܘܕ ܬܪܥܐ ܘܬܩܘܡܘܢ ܠܒܪ ܘܬܩܫܘܢ ܬܪܥܐ ܘܬܫܪܘܢ ܠܡܐܡܪ ܡܪܢ ܡܪܢ ܦܬܚ ܠܢ ܘܢܥܢܐ ܘܢܐܡܪ ܠܟܘܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܢܬܘܢ܂

Viditque eam Jesus, & eam advocavit, & dixit ei; Mulier, absoluta es ab invaletudine tuâ. Et imposuit ei manum suam, & illicò extendit sese, & glorificavit Deum. Respondit autem princeps synagogæ cùm excanduisset, quòd sanâsset Sabbatho Jesus, & ait turbis; Sex sunt dies quibus oportet operari, in his venite sanitatem recepturi, & non in die Sabbathi. Jesus verò respondit & dixit ei; Simulator, unusquisque vestrûm Sabbatho, nónne solvit bovem suum aut asinum suum à præsepi, & abit aquatum? Hanc autem quæ est filia Abrahæ, & quam vinxerat diabolus jam ab octodecim annis, nónne decebat solvi ab isto vinculo die Sabbathi? Quúmque hæc diceret, pudore suffusi sunt ii omnes qui adversabantur ei: totus verò populus gaudebat super omnibus miraculis quæ fiebant per manum ipsius. Porrò dicebat Jesus; Cui rei simile est regnum Dei, & cui rei assimilabo illud? Simile est grano sinapis, quod acceptum vir projecit in hortum suum, & crevit, evasitque in arborem magnam; & volatile cœli nidificavit in ejus ramis. Rursum dixit Jesus; Cui rei comparabo regnum Dei? Simile est fermento quod acceptum mulier abdidit in farinæ satis tribus, donec tota fermentaretur. Cæterùm peragrabat per pagos & urbes, dum doceret ac pergeret in Jerusalem.

Lectio in commemorationem justorum & Patrum. 48.

Interrogavit autem eum quidam, Num pauci sint illi qui serventur? Jesus autem dixit eis; Contendite intrare portam angustam: siquidem dico vobis, Multi studebunt intrare, nec poterunt. Ex qua hora surrexerit dominus domûs, & occluserit ostium, eritis stantes foris & pulsantes ad ostium, & incipietis dicere; Domine noster, Domine noster, aperi nobis: tum is respondebit & inquiet; Dico vobis, non novi undè vos sitis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

12 * عيسي ان زنرا ديد • نزديك خود خواند • وبدو كفت • اي زن از دردها رهيدي • * ودست
13 خود بروي نهاد • همانكم كشاده شد • وزن خدايرا ستايش مي داد • * براي انك عيسي آن زنرا در
14 روز شنبه † خوش كرد • سرور جماعت طيره شد • وبجماعت كفت شش † روز در هفته هست • كه
واجب است بدان روزها كار كنند • دران روزها بياييد وخوش شويد • نه در روز شنبه
15 * عيسي جواب داد وبدو كفت • اي منافق هيج باشد يكي از شما كه خر † خودرا از آخر
16 نكشايد † در روز شنبه • واب دهد • * اينك اين زن دختر ابراهيم است • وهجده سال اورا ابليس
17 در بسته بود • واجب نباشد كه در روز شنبه اين بند كشاده شود • * چون عيسي اين سخن
بكفت • هر كه انجا ايستاده † بودند • حيران ماندند • ومردم شادمان مي شدند • بر معجزهاي
كه از دست او بر مي آمد

هشتاد چهار مثل خردل دانه

18 * وبعد ازان عيسي كفت • ملكوت خدايرا بچه مانند كنم • * مانند دانهٔ خردل • كه كسي
19 آنرا ستد باشد • ودر باغچهٔ خود انداخته • وان دانه درخت † بزرك وپرورده شد • انچنانك مرغ
20 آسمان زير بركهاء او لانه كردند • * ديكر بار عيسي كفت ملكوت خدا را بچه مانند كنم

Jesus illam mulierem vidit & advocavit, & ei dixit; O mulier, ab infirmitatibus tuis liberata es. Et manum suam ei imposuit, statimque soluta est, & mulier Deo laudem dedit. Quoniam autem Jesus mulierem illam in die Sabbathi sanavisset, princeps synagogæ iratus est, & turbæ dixit; Sex dies in septimana sunt, in quibus diebus oportet opus facere: in eis diebus venite & sanamini, non in die Sabbathi. Jesus responsum dedit, & ei dixit; O hypocrita, Nunquid è vobis est quisquam, qui asinum suum à præsepi non solvat in die Sabbathi, & aquam det? Ecce hæc mulier filia Abrahami est, & duodecim annos eam Diabolus ligavit, nónne oportuit ut in die Sabbathi hoc vinculum solutum esset. Cùm Jesus hunc sermonem dixisset, quicunque illic stantes erant attoniti manserunt: & homines lætati sunt super miracula, quæ à manu ejus procedebant.

LXXXIV. Parabola grani sinapis.

Post hæc autem Jesus dixit; Regnum Dei cui assimilabo? Simile est grano sinapis, quod homo accepit, & in hortum suum jecit: et granum illud arbor magna evasit, & crevit, adeò ut volucres cœlorum sub foliis eius nidos facerent. Rursus Jesus dixit; Regnum Dei cui assimilabo?

Versio VULGATA LATINA.

12 Quam cùm videret Jesus, vocavit eam ad se, & ait illi; Mulier, dimissa es ab in-
13 firmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat De-
14 um. Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Jesus,
dicebat turbæ; Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergò venite, &
15 curamini, & non in die sabbati. Respondens autem ad illum Dominus dixit; Hy-
pocritæ, unusquisque vestrûm sabbato non solvit bovem suum aut asinum à præ-
16 sepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit satanas,
ecce decem & octo annis, non oportuit solvi à vinculo isto die sabbati? Et cùm
17 hæc diceret, erubescebant omnes adversarii ejus: & omnis populus gaudebat in
18 universis, quæ gloriosè fiebant ab eo. Dicebat ergò; Cui simile est regnum
Dei, & cui simile æstimabo illud? Simile est grano sinapis, quod acceptum ho- 19
mo misit in hortum suum, & crevit, & factum est in arborem magnam: & volucres
cœli requieverunt in ramis ejus. Et iterùm dixit, Cui simile æstimabo regnum Dei? 20
Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec 21
fermentaretur totum. Et ibat per civitates & castella, docens, & iter faciens in 22
Jerusalem. Ait autem illi quidam; Domine, si pauci sunt, qui salvantur? Ipse 23
autem dixit ad illos; Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico 24
vobis, quærent intrare, & non poterunt. Cùm autem intraverit paterfamilias, & 25
clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes; Domine, aperi
nobis: & respondens dicet vobis; Nescio vos undè sitis:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

12 فنظر اليها يسوع وناداها قايلا يا مراة انت مخلولة من مرضك * ووضع يده عليها فاستقامت
13 للوقت ومجدت الله * اجاب رييس الجماعة وهو مغضب لان يسوع ابراها يوم السبت وقال للجمع
14 لكم ستة ايام ينبغي العمل فيها وفيها تاتون وتستشفون وفي يوم السبت لا * فاجابه الرب قايلا
15 يا مرايين اليس كل واحد منكم يحل ثوره او حماره من المعلف في السبت ويذهب فيسقيه
16 * وهذه التي هي ابنة ابراهيم ربطها الشيطان منذ ثماني عشرة سنة اما كان يحل ان تطلق
17 من هذا الرباط في يوم السبت * ولما قال هذا اخزي جميع مقاوميه * وكان جميع الشعب
18 يفرحون بالاعمال الحسنة التي كانت منه * وكان يقول ماذا تشبه ملكوت الله وبماذا اشبهها
19 * تشبه حبة خردل اخذها انسان وزرعها في بستانه * فنمت وصارت شجرة عظيمة وتسكن طير
20 السماء في اغصانها * ثم قال ايضا بماذا اشبه ملكوت الله * تشبه خميرا اخذته امراة وخباته
21 في ثلثة اكيال دقيق فاختمر جميعه * الفصل الثاني والخمسون * وكان يسير في
22 المدن والقرى ويعلم متوجها الى يروشليم * فقال له واحد يا رب فقليل هم الذين يخلصون * فقال
23 لهم * اجتهدوا على الدخول من الباب الضيق فاني اقول لكم ان كثيرين يريدون الدخول منه
24 فلا يستطيعون * فاذا قام رب البيت واغلق الباب فعند ذلك تبدون خارجا وتقرعون الباب
25 وتقولون يا رب يا رب افتح لنا * فيجيبكم قايلا لا اعرفكم من اين انتم

Respexit autem eam Jesus, & inclamavit eam, ac dixit illi; Mulier, soluta es ab infirmitate tua. 12 *Et imposuit manum suam super eam, & erecta est continuò, & glorificavit Deum.* 13 *Respondit princeps synagogæ, indignatus quod Jesus curasset eam in die sabbathi, & dixit turbæ; Sunt vobis sex dies, quibus licet operari, & in illis venietis, & sanitatem quæretis: at in die sabbathi minimè.* 14 *Respondit ei Dominus, dicens; O hypocritæ, nónne unusquisque vestrûm solvit bovem suum & asinum suum in sabbatho à præsepio, & abit, & potat illum?* 15 *Et hanc quæ est filia Abrahæ, quam ligaverat satanas à decem & octo annis nónne licebat liberari ab isto vinculo in die sabbathi?* 16 *Et cùm dixisset hæc, confudit omnes adversarios suos: & omnis populus gaudebant de operibus bonis quæ fiebant ab illo.* 17 *Et dicebat; Cui rei assimilatur regnum Dei, & cui rei assimilabo illud?* 18 *Assimilatur grano sinapis, quod accepit homo, & seminavit illud in horto suo, & crevit, & factum est arbor magna, quatenus requiescerent volucres cœli in ramis ejus.* 19 *Deindè dixit iterùm, Cui assimilabo regnum Dei?* 20 *Assimilatur fermento quod accepit mulier, & abscondit illum in tribus mensuris farinæ, & fermentata est tota.* 21

Sectio quinquagesima secunda.

Et ibat per civitates & castella, & docebat pergens ad Jerusalem. 22 *Et dixit illi quidam; Domine, pauci sunt qui salvantur?* 23 *Inquit eis; Certate de ingressu per portam angustam: quia dico vobis, quòd multi volent intrare per illam, & non poterunt.* 24 *Cùm autem steterit dominus domûs, & clauserit ostium, tunc remanebitis foris, & pulsabitis ostium; & dicetis; Domine, Domine, aperi nobis. Et respondebit vobis, dicens; Non cognosco vos, undè estis?* 25

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

12 ወርእያ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ወጸውዓ፡ ወይቤላ፡ ተፈወስኪ፡ ብእሲቶ፡ እምደዌኪ፡ ...
13 ወአንበረ፡ እዴሁ፡ ላዕሌሃ፡ ወተሰጥሐት፡ ሶቤሃ፡ ወሰብሐቶ፡ ለእግዚአብሔር፡ ...
14 ... (Ethiopic text, verses 12–25)

Vidit eam Dominus Jesus, & vocavit eam, & dixit ei; Absoluta es, ô mulier ab 12
infirmitate tua. Et posuit manum suam super eam, & recta fuit statim, & glori- 13
ficavit Deum. Et indignati sunt principes sacerdotum quòd sanasset Dominus
Jesus in sabbato, & dixerunt populis; Nónne sextus dies est in quo facietis opera 14
vestra? isto die venite, & sanamini, non in die sabbati. Et respondit Dominus
Jesus, & dixit iis; Hypocritæ, vós nónne solvitis asinum vestrum, & bovem vestrû 15
è vinculo suo? & nonne ducitis eum ut potare faciatis eum in die sabbati? Et 16
hæc filia Abrahami quam vinxerat satanas, ecce decem & octo annos, nónne
oportuit ut solveretur illa in sabbato à vinculo suo? Et quum hoc diceret, pu- 17
dore afficiebantur omnes opponentes ei, & gavisi sunt omnes populi propter to-
tum miraculum quòd factum erat per eum. *De parabolis.*
Et dixit iis, Cui simile est regnum cœlorum, & cui assimilabo illud? Simile est re- 18
gnum Dei grano sinapis quod accepit homo, & seminavit in agro suo, & crevit, 19
& fuit arbor magna, & nidificaverunt in ea volucres cœli in ramis ejus. Et 20
iterum dixit, Cui assimilabo regnum cœlorû? Simile est fermento quòd accepit 21
mulier, & condidit illud in farinæ tribus satis, & fermentavit totum. Et ibat per 22
civitates & synagogas, iter faciens in Hierosolymam, & docebat.

De eo qui interrogavit, Paucíne igitur sunt qui serventur?

Et dixit ei quidam; Domine, paucíne igitur sunt qui serventur? Et dixit ei, Vi- 23 24
ribus contendite intrare per angustam portam: dico vobis multi *sunt*, qui quæ-
rent intrare, & non poterunt. Quia surget dominus domûs, & claudet ostium: 25
& tunc pulsabunt foris stantes, dicentes; Domine, Domine, aperi nobis: & re-
spondebit iis, & dicet iis; Nescio vos unde sitis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

21 * مانند خمير مايه كه اورا زنى ستاند و در سه قفيز ارد امخيته تا انكه همه ترش
22 ورسيد * و در شهرها و ديهها مى گشت و تعليم مى داد * و در اورشليم † رفت
هشتاد پنج اينكه فرمود كه از در تنگ در ايد * يكى از عيسى پرسيد كه
23 24 كمتر اشان كه رسنده شوند * عيسى بدو گفت جهد كن تا بدرى تنگ در روى
... بسياران خواهند كه اندر ايند * و نتوانند * هشتاد شش ...
25 ... *

Simile est fermento, quod mulier accepit, & tribus satis farinæ immiscuit, donec totum acesceret, & fermentatum evaderet. 21 *Et in civitatibus & pagis obibat, et docebat: et Hierosolymam ivit.* 22

LXXXV. Ubi jussit, Per ostium angustam intrare.

Quidam à Jesu sciscitatus est, Num pauci sunt, qui servandi sunt? 23 *Jesus ei dixit; Contende ut per portam angustam ingrediaris: vobis enim dico; Multi cupient ut intrent, et non poterunt.* 24

LXXXVI. Pronuntiat paucos esse qui servandi sint.

Dixit præterea; Ex qua hora dominus domûs surrexerit, et ostium clauserit, vos autem foris steteritis, et ostium pulsaveritis, et dixeritis; Domine noster, Domine noster, nobis ostium aperi: ipse responsum dabit; Quin abeatis, quia ego vos non novi undè sitis. 25

Tunc incipietis dicere; Manducavimus coram te, & bibimus: & in plateis
26 Τότε (ξ) ἄρξεσθε λέγειν, Ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐπίομεν· καὶ ἐν ταῖς πλατείαις
nostris docuisti. Et dicet; *Dico* vobis, *Non novi* vos undè sitis: *Abscedite*
27 ἡμῶν ἐδίδαξας. Καὶ ἐρεῖ, Λέγω ὑμῖν, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ· Ἀπόστητε
à me omnes operarii iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor
28 ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας. Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς
dentium, cùm videritis Abraham & Isaac & Jacob, & omnes Prophetas,
τῶν ὀδόντων, ὅταν ὄψησθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, ροβ ϛ
in regno Dei, vos autem *expulsos* foràs. Et venient ab *Orienti-*
29 ἐν τῇ (ο) βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω. Καὶ ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατο-
bus, & *Occidentibus*, & *ab* Aquilone, & Austro: & recumbent in regno
λῶν, καὶ δυσμῶν, (π) καὶ ἀπὸ βοῤῥᾶ, καὶ νότου· καὶ ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ
Dei. Et ecce sunt novissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt ρογ β
30 τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἰδοὺ εἰσὶν ἔσχατοι οἳ ἔσονται πρῶτοι, καὶ εἰσὶ πρῶτοι οἳ ἔσονται
novissimi. In ipsa die accesserunt quidam *Pharisæi*, dicentes illi; ΝΑʹ
31 ἔσχατοι. Ἐν αὐτῇ (ρ) τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθόν τινες Φαρισαῖοι, λέγοντες αὐτῷ,
Exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait ροδʹ ϛ
32 Ἔξελθε, καὶ πορεύου ἐντεῦθεν· ὅτι Ἡρώδης θέλει σε ἀποκτεῖναι. Καὶ εἶπεν
illis; *Euntes* dicite vulpi illi; Ecce ejicio dæmonia, & sanitates
αὐτοῖς, Πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, Ἰδοὺ ἐκβάλλω δαιμόνια, καὶ ἰάσεις
perficio hodiè & cras, & tertiâ consummor. Veruntamen oportet me hodiè &
33 ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι. Πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ
cras & *perendie* ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Hierusalem.
αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι· ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ.
Hierusalem, Hierusalem, *occidens* Prophetas, & *lapidans*
34 Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα ρος ϛ
missos ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum avis *suam pullitiem* sub *alas*, & *non voluistis*?
τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις (σ) τὴν ἑαυτῆς νοσσιὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;
35 Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. *Amen* autem dico vobis; Quia non
Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος (τ) ὑμῶν ἔρημος. ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν, Ὅτι οὐ (υ) μή με
videbitis, donec veniat cùm dicetis; Benedictus *veniens* in nomine Domini.
ἴδητε, ἕως ἂν (φ) ἥξῃ ὅτε εἴπητε, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

CAP. XIV. ιδʹ.

Et factum est in *venire eum* in domum cujusdam *principum* Pharisæorum
1 ΚΑὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς (α) οἶκόν τινος τῶν ἀρχόντων τῶν Φαρι- ροε ι
Sabbato manducare panem, & ipsi *erant observantes* eum. Et ecce
σαίων σαββάτῳ φαγεῖν ἄρτον, καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτόν. Καὶ ἰδοὺ ΝΒʹ
2 homo quidam erat hydropicus ante illum. Et respondens Jesus dixit
ἄνθρωπός τις ἦν ὑδρωπικὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε ροζ β
3 ad Legisperitos & Pharisæos, dicens, Si licet Sabbato curare?
πρὸς τοὺς νομικοὺς καὶ Φαρισαίους, λέγων, Εἰ ἔξεστι τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν;

MS. A. (ξ) ἄρξησθε (ο) βασιλείᾳ αὐτοῦ, ὑμᾶς (π) καὶ βοῤῥᾶ, (ρ) τῇ ὥρᾳ προσῆλθον (σ) τὰ ἑαυτῆς νοσσία (τ) ὑμῶν. λέγω δὲ ὑμῖν, (υ) μὴ ἴδητέ με, (φ) ἥξει MS. A. ΚΕΦ. ιδʹ. (α) τὸν οἶκον

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

Et incipietis dicere, Coram te comedimus & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis, Non novi undè vos sitis: discedite à me operatores mendacii. Illic erit fletus & stridor dentium, quum videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, omnésque Prophetas in regno Dei, vos autem ejicimini forás. Et venient ab Oriente, & ab Occidente, & à Meridie, & ab Aquilone, ac discumbent in regno Dei. Et ecce sunt ultimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt ultimi. Eo ipso die accesserunt quidam ex Pharisæis, & dicunt ei; Exi, abi hinc, quoniam Herodes vult te trucidare. Dixit eis Jesus; Ite, renuntiate vulpi huic, Ecce ejicio dæmonia, & sanationes perago hodiè & cras, & tertiâ die consummabor. Veruntamen oportet me hodiè & cras operari, & alterâ die discedam, quia fieri non potest ut Propheta pereat extra Jerusalem. Jerusalem, Jerusalem, trucidans Prophetas, & lapidibus obruens eos qui ad eam missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina quæ congregat pullos suos subter alas suas, & noluistis? En relinquitur vobis domus vestra deserta. Etenim dico vobis, Non videbitis me, quousque dicatis; Benedictus qui venit in nomine Domini.

Lectio feriâ III. hebdomadis IV. jejunii. 49.

CAP. XIV.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

Et factum est, quum ingressus fuisset domum unius ex primoribus Pharisæorum, et ederet panem die Sabbathi, ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam referens aquis erat coram eo. Et respondit Jesus, & dixit Scribis & Pharisæis, Num licet Sabbatho sanare?

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

26 * شما بگوييد • پيش تو خورديم • واشاميديم • ودر بازارهاما مارا اموزانيدي * ديگر بار بشما بگويد •
27 برويد از پيش من ودور باشيد † از در من • كه من شما را نمي شناسم كه از كجاييد •
28 اي تزوير كنندكان • واي طراران • * انجا شود نوميدي وگريستني • وحسرت وپشيماني •
ودندانها برهم ساييدن • وچون † ابراهيم • واسحق • ويعقوبرا † ببينيد • وديگر همه پيغمبرانرا
29 در ملكوت † خدا • وشما بخاري بيرون انداخته باشيد * [وبيايند] از مغرب • ومشرق • وجنوب •
30 وشمال • ودر ملكوت خدا ارام گيرند • وبنشينند • وبياسايند • * اوليان آخريان شوند • وآخريان
اوليان گردند هشتاد هفت گفتن يهوديان عيسي را كه هيروديس ترا
31 خواهد كشتن * ودران روزها بعضي † از معتزلان آمدند • وبعيسي گفتند
32 كه ازينجا بدر رو براي انك هيروديس مي خواهد كه ترا بكشد • * عيسي بديشان گفت برويد •
بدين روباه بگوييد • كه ديوانرا بدر ميكنم وتن درستي را بسيار مي كردانم • امروز وفردا ودر سوم
33 روز تمام بپردازم • * اكنون مرا واجب است • كه امروز • وفردا تيمار كنم ودر ديگر روز † بروم
34 زيرا نشايد كه پيغمبر بيرونتر از اورشليم هلاك شود • * اورشليم • اورشليم • كشندهٔ † پيغمبران •

Vos autem dicetis; Coram te comedimus & bibimus, & in plateis nostris nos docuisti. Iterum vobis dicet, Abite à conspectu meo, & procul este ab ostio meo, quia ego vos non novi undè sitis, ô mendacii operarii, & ô impostores. Ibi erit desperatio, & fletus, & dolor, et poenitudo, et dentium collisio: idque cùm Abrahamum, et Isaacum, et Jacobum videritis, et reliquos omnes Prophetas in regno Dei, et vos cum ignominia ejecti fueritis. Et venient ab Occidente, et Oriente, et Austro, et Aquilone, et in regno Dei quietem capient, et sedebunt, et requiescent. Primi autem ultimi erunt, et ultimi primi fient.

LXXXVII. Dicunt Judæi Jesu, Herodes te vult occidere.

Et in illis diebus quidam è Pharisæis venerunt, et ad Jesum dixerunt; Hinc exeas, eò quòd Herodes quærit ut te occidat. Jesus illis dixit; Ite, huic vulpi dicite, quòd dæmonia ejicio, et sanos multos facio hodiè, et cras, et in die tertiâ perfectè consummabor. Veruntamen me oportet ut hodiè, et cras [illegible] onem agam, et alterâ die abeam: quia non convenit ut Propheta extra Hierosolymam pereat. Hierosolyma, Hierosolyma, interfectrix Prophetarum,

Versio VULGATA LATINA.

26 Tunc incipietis dicere; Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris
27 docuisti. Et dicet vobis; Nescio vos undè sitis: discedite à me omnes operarii
28 iniquitatis. Ibi erit fletus, & stridor dentium: cùm videritis Abraham, & Isaac,
& Jacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli forás. Et veni-
29 ent ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei.
30 Et ecce sunt novissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt novissimi. In ipsa
31 die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi; Exi, & vade hinc: quia He-
rodes vult te occidere. Et ait illis; Ite, & dicite vulpi illi; Ecce ejicio dæmo-
32 nia, & sanitates perficio hodiè & cras, & tertiâ die consummor. Veruntamen
33 oportet me hodiè & cras & sequenti die ambulare: quia non capit prophetam
perire extra Jerusalem. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas 34
eos, qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodùm avis
nidum suum sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra de- 35
serta. Dico autem vobis; Quia non videbitis me, donec veniat cùm dicetis; Be-
nedictus, qui venit in nomine Domini.

CAP. XIV.

ET factum est cùm intraret Jesus in domum cujusdam principis Pharisæorum 1
sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam 2
hydropicus erat ante illum. Et respondens Jesus dixit ad Legisperitos, & Pha- 3
risæos, dicens; Si licet sabbato curare?

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

26 * حينيذ تبدون قايلين اكلنا قدامك وشربنا وعلمت في سوارعنا * فيقول لكم ما اعرفكم
27 من اين انتم انصرفوا عني يا فعلة الظلم * حيث البكاء وصرير الاسنان * لما تنظروا ابرهيم
28 واسحق ويعقوب وكل الانبياء في ملكوت الله وانتم تطردون خارجا * ثم ياتون من المشرق
29 والمغرب والشمال والتيمن فيتكيون في ملكوت الله * وتصير الاولون اخرين والاخرون اولين *
30 * الفصل الثالث والخمسون * وفي ذلك اليوم جاء اليه اناس من الفريسيين
31 وقالوا له اخرج واذهب من ههنا فان هيرودس يريد قتلك * فقال لهم امضوا فقولوا لهذا
32 الثعلب هاانذا اخرج الشياطين واتم الشفاء اليوم وغدا وفي اليوم الثالث اكمل * وينبغي
33 لي ان اعمل اليوم وغدا وفي الاتي اذهب * فانه لا نبي يهلك خارجا عن يروشليم * يروشليم
34 يروشليم يا قاتلة الانبياء وراجمة المرسلين اليها كم من مرة اردت ان اجمع بنيك كطاير
35 يجمع فراخه تحت جناحيه فلم تريدوا * هاانذا اترك لكم بيتا خرابا * اقول لكم انكم
لا ترونني من الان حتى تقولوا مبارك الاتي باسم الرب *
1 * وكان لما دخل الى بيت احد روساء الفريسيين في سبت لياكل خبزا وهم كانوا يرصدونه
2 * واذا بانسان مستسقي كان قدامه * فاجاب يسوع قايلا للكتبة والفريسيين هل يحل فعل
3 الخير في السبت ام لا *

Tunc incipietis dicere; Manducavimus coram te, & bibimus, & do- 26
cuisti in compitis nostris. Et dicet vo- 27
bis; Non cognosco vos, undè estis: abscedite à me, ô perpetrantes scelus,
Illuc, ubi fletus, & stridor dentium. 28
Quando videbitis Abraham, et Isaac, et Jacob, & omnes prophetas in regno Dei,
vos autem expellemini foras. Et veni- 29
ent ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno
Dei. Et fient primi novissimi, & no- 30
vissimi primi.

Sectio quinquagesima tertia.

In illa autem die venerunt ad eum qui- 31
dam ex Pharisæis, & dixerunt ei; Exi, & vade hinc, quia Herodes vult
necem tuam. Ait illis; Ite & dicite 32
huic vulpi, Ecce ego ejicio dæmonia, & perficio sanitatem hodiè & cras, & die
tertiâ consummabor. Oportetque me 33
operari hodiè & cras, & in posterum discedam: quia non peribit propheta ex-
tra Jerusalem. Jerusalem, Jerusalem, 34
ô mactatrix prophetarum & lapidatrix missorum ad eam, quot vicibus volui
congregare filios tuos ut avis quæ congregat pullos suos sub alis suis, et nolu-
istis? Ecce ego relinquo vobis domum 35
desertam. Dico vobis, quòd non videbitis me amodò, quoad dicatis; Benedictus veniens in nomine Domini.

CAP. XIV.

ET factum est cùm intrâsset in domum 1
cujusdam ex principibus Pharisæorum in sabbatho, ut manducaret panem, ipsi
observabant eum. Et ecce homo hydro- 2
picus aderat ante illum. Et respondit 3
Jesus, dicens Scribis et Pharisæis; Num licita est operatio boni in sabbatho, an non?

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

26 ወእምዝ:አኀዙ:ይበልዎ:በለዕነሂ:ወሰተይነሂ:በቅድሜከ:ወመሀርከ:በመራሕብቲነ
27 ::= ወይቤሎሙ:ኢያአምረክሙ እምአይቴ:አንትሙ:ረሐቁ:እምኔየ:
28 ኵልክሙ:ገበርተ:አመፃ::= ሑሩ:ውስተ:ብካይ:ወሐቅየ:ስነን:: አመ:ርኢክሙ
ሙ:ለአብርሃም:ወለይስሐቅ:ወለያዕቆብ:ወለኵሎሙ:ነቢያት:በመንግሥተ:እግዚ
29 አብሔር:: ወአንትሙሰ:ያወፅኡክሙ:አፍአ::= ወይመጽኡ:እምጽባሕ:ወእምዕ
ረብ:ወእመስዕ:ወእምአዜብ: ወይትፌሥሑ:በመንግሥተ:እግዚአብሔር::=
30 ወይከውኑ:ደኀርት:ቀደምተ:ወቀደምት:ደኀረ:ይገብኡ::=
በእንተ:እለ:ነገርዎ:ለእግዚእ:ኢየሱስ:በእንተ:ሄሮድስ::=
31 ወበይእቲ:ዕለት:መጽኡ:ፈሪሳውያን:ወይቤልዎ:ለእግዚአብሔር:እምዝየ:እስመ:
32 ሄሮድስ:ይፈቅድ:ይቅትልከ::= ወይቤሎሙ:ሑሩ:በልዎ:ለዝቲ:ቈንጽል:ናሁ:አ
33 ወፅእ:አጋንንተ:ወእሁብ:ሕይወተ:ዮም:ጌሠመ:ወሣልስተ:እፈጽም::= ወባሕቱ:
ዮም:ወጌሠመ:እሄሉ:ወሠልስተ:እሐውር:: እስመ:ኢይደልዎ:ለነቢይ:ሞት:
34 በአፍአ:ዘእንበለ:በኢየሩሳሌም::= ኢየሩሳሌም:ኢየሩሳሌም:እንተ:ትቀትሎ
ሙ:ለነቢያቲሃ:ወትዌግሮሙ:ለሐዋርያቲሃ:ሚመጠነ:ፈቀድኩ:አስተጋብኦሙ:ለደቂ
ቅኪ:ከመ:እንተ:ታስተጋብእ:ደርሆ:እጉሊሃ:ታሕተ:ክነፊሃ:ወአበይክሙ:ወኢፈቀድ
35 ክሙ::= ናሁ:ይትኀደግ:ለክሙ:ቤትክሙ:ገዳመ:: እብለክሙ:ከመ:ኢትርእዩኒ:
እምይእዜ:እስከ:አመ:ትብሉ: ቡሩክ: የይመጽእ: በስመ:እግዚአብሔር ::=
10 በእንተ:ቅብው::= ወእምዝ:ሖረ: እግዚእ:ኢየሱስ:ወኮነ:ሶበ:ቦ
1 አ: ቤተ:አሐዱ:ብእሲ:እምነ:መልአክት: ለፈሪሳውያን: ከመ: ይምስሕ: በሰንበት:
2 ወይብላዕ:እክለ:ወእሙንቱሰ:ይትዓቀብዎ::= ወሀሎ:ብእሲ:ቅብው:ቅድሜሁ::=
3 ወአውሥአ:ወይቤሎሙ: እግዚእ: ኢየሱስ: ለጸሐፍተ: ሀገር: ወለፈሪሳውያን: እንዘ:
ይብል: ይደሉኑ:በሰንበት: ፈውሶ: ወሚመ:: ኢይደሉ::=

Et tunc cœperunt dicere ei, Edimus & bibimus in conspectu tui, & docuisti in 26
plateis nostris. Et dixit iis, Dico vobis; Nescio vos unde sitis: longè discedite à 27
me omnes vos operarii iniquitatis. Ite in fletum & stridorem dentium: quum 28
videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos au-
tem, ejicient vos forás. Et venient ab Oriente & Occidente & ab Aquilone & 29
ab Austro, & gaudebunt in regno Dei. Et erunt ultimi primi, & primi *in* ulti- 30
mos convertentur.

De iis qui narrabant Domino Jesu de Herode.

Et in isto die venerunt Pharisæi & dixerunt Domino; Abi hinc, quia Herodes 31
vult trucidare te. Et dixit iis; Ite, dicite huic vulpi, Ecce ejiciam dæmones, & 32
dabo vitam hodiè, cras; & tertio *die* finiam. Sed hodiè & cras permansurus 33
sum, & tertio die abibo, quia non oportet prophetam mori forâs, sed in Hie-
rusalem. Hierusalem, Hierusalem, quæ trucidas prophetas ejus, & lapidas Apo- 34
stolos ejus, quoties volui congregare filios tuos, sicut congregat gallina pulliti-
em suam sub alas suas, & recusâstis & noluistis? Ecce relinquetur vobis domus 35
vestra solitaria: dico vobis, quòd non videbitis me ab hoc tempore usquedum di-
catis; Beatus qui venit in nomine Dei.

De hydropico.

CAP. XIV.

ET tunc abiit Dominus Jesus, & factum est, quum intraret domum cujusdam 1
hominis ex principibus Pharisæorum, ut pranderet in sabbato, & ederet panem, 2
& ipsi observarent eum. Et fuit homo hydropicus coram eo. Et respondit & 3
dixit Dominus Jesus Scribis civitatis & Pharisæis, dicens; Licétne in sabbato sa-
nare, vel non licet?

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

وسنگسار كننگ ايشان * كه پيش تو فرستاده شدند * چند بار خواستم كه فرزندان ترا فراهم كنم
وگرد اورم * همچو ماكيان كه بچگان خودرا زير دو بال خود در پناه گيرند * وازباد وسرما
35 نگاه دارند * ونخواستيد * اينك خانهٔ شما براي شما ويران ماند * اكنون بشما مي گويم
نخواهيد مرا ديدن * تا انكه كه بگوييد خجسته است آنك بنام خدا مي آيد
1 هشتاد هشت خوش كردن مسيح مستسقي را * اتفاق شد كه روزي مسيح درخانهٔ
2 سرور معتزلان درامد * كه نان بخورد در روز شنبه وايشان اورا نگاه مي داشتند * ومردي بود
3 مستسقي † بيمار انجا * ومستسقي † آماس همه تن باشد * عيسي اورا ديد وبدانشمندان ومعتزلان
روي كرد * وگفت * واجب باشد در روز شنبه † اورا خوش كردن *

& lapidatrix eorum qui ad te missi sunt: quoties volui ut filios tuos congregarem & colligerem, velut gallinæ, quæ pullos suos sub alas suas in tutum recipiunt, & à vento &
frigore protegunt, & noluistis? Ecce 35
domus vestra vobis deserta manet. Nunc vobis dico; Non estis me visuri, donec dicatis, Benedictus est ille qui in nomine Domini venit.

LXXXVIII. Sanat Christus hydropicum.

CAP. XIV.

ACcidit ut quodam die Christus 1
in domum principis Pharisæorum introiret, ut panem comederet in die Sabbathi: & ipsi eum observabant.
Et vir quidam erat hydropisi labo- 2
rans ibi: (hydropicus autem tumefactus toto corpore est.) Jesus illum 3
vidit, & in sapientes et Pharisæos vultum convertit, & dixit; Licitum est in die sabbathi eum sanare?

Illi autem tacuerunt. Et apprehendens sanavit eum, & dimisit. Et respondens
4 Οἱ δὲ ἡσύχασαν. καὶ ἐπιλαβόμενος ἰάσατο αὐτὸν, καὶ ἀπέλυσε. Καὶ ἀποκριθεὶς
ad illos, dixit; Cujus vestrûm asinus aut bos in puteum cadet,
5 (β) πρὸς αὐτοὺς, εἶπε, Τίνος (γ) ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς φρέαρ (δ) ἐμπεσεῖται,
& non continuò extrahet illum in die Sabbati? Et non poterant
6 καὶ οὐκ εὐθέως ἀνασπάσει (ε) αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου; Καὶ οὐκ ἴσχυσαν
respondere illi ad hæc. Dicebat autem ad vocatos parabolam, NΓ'
7 ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα. Ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολὴν, ροη
attendens quomodò primos accubitus eligerent, dicens ad illos; Cùm ι
8 ἐπέχων πῶς τὰς (ζ) πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο, λέγων πρὸς αὐτοὺς, Ὅταν
vocatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne discumbas in primo accubitu, ne quando
κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν (η) πρωτοκλισίαν, μήποτε
honoratior te sit vocatus ab illo: Et veniens te & illum vocans,
9 ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ· Καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας,
dicat tibi; Da huic locum: & tunc incipias cum pudore ultimum locum
ἐρεῖ σοι, Δὸς τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον
obtinere. Sed cùm vocatus fueris, vadens recumbe in novissimum lo-
10 κατέχειν. Ἀλλ' ὅταν κληθῇς, πορευθεὶς (θ) ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τό-
cum, ut cùm venerit invitans te, dicat tibi; Amice, ascende superiùs:
πον, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκληκώς σε, εἴπῃ σοι, Φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον·
tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus tibi: Quia omnis extollens ροθ
11 τότε ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον (ι) τῶν συνανακειμένων σοι· Ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ε

seipsum humiliabitur, & humilians seipsum exaltabitur. Dicebat autem & vocanti ipsum;
ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. Ἔλεγε δὲ καὶ τῷ ρπ ι
12 κεκληκότι αὐτὸν, Ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους σου, μηδὲ
Cùm facis prandium aut cœnam, ne voca amicos tuos, neque
fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos divites, ne quando &
τοὺς ἀδελφούς σου, μηδὲ τοὺς συγγενεῖς σου, μηδὲ γείτονας πλουσίους, μήποτε καὶ
ipsi te reinvitent, & fiat tibi retributio. Sed cùm facis convivium,
αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι, καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα. Ἀλλ' ὅταν ποιῇς δοχὴν,
13 voca pauperes, mancos, claudos, cæcos: Et beatus eris, quia non habent
κάλει πτωχοὺς, ἀναπήρους, χωλοὺς, τυφλούς· Καὶ μακάριος ἔσῃ, ὅτι οὐκ ἔχουσιν
14 retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.
ἀνταποδοῦναί σοι· ἀνταποδοθήσεται γάρ σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων.
Audiens autem quidam simul recumbentium hæc, dixit illi; Beatus qui
15 Ἀκούσας δέ τις τῶν συνανακειμένων ταῦτα, εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος ὃς
NΔ' manducabit panem in regno Dei. Ipse autem dixit ei; Homo
φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπος
16 ρπα quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. Et misit ser-
η τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα, καὶ ἐκάλεσε πολλούς. Καὶ ἀπέστειλε τὸν δοῦ-
17 vum suum horâ cœnæ dicere invitatis, Venite: quia jam parata
λον αὐτοῦ τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου εἰπεῖν τοῖς κεκλημένοις, Ἔρχεσθε· ὅτι ἤδη ἕτοιμά
sunt omnia.
ἐστι πάντα.

MS. A. (β) εἶπεν πρὸς αὐτοὺς, (γ) ὑμῶν ὁ υἱὸς ἢ βοῦς (δ) πεσεῖται, (ε) αὐτὸν τῇ (ζ) πρωτοκλησίας (η) πρωτοκλησίαν, (θ) ἀνάπεσε (ι) πάντων τῶν

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܫܬܩܘ * ܘܐܚܕܗ ܘܐܣܝܗ ܘܫܪܝܗ܂
5 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܢܘ ܡܢܟܘܢ ܕܢܦܠ ܒܪܗ ܐܘ ܬܘܪܗ ܒܓܘܒܐ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܘܠܐ ܡܚܕܐ ܕܠܐ ܘܡܣܩ ܠܗ܂
6 * ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܬܠ ܠܗ ܦܬܓܡܐ ܥܠ ܗܕܐ܂
7 * ܘܐܡܪ ܗܘܐ ܡܬܠܐ ܠܘܬ ܐܝܠܝܢ ܕܩܪܝܢ ܗܘܘ ܬܡܢ ܕܚܙܐ ܠܗܘܢ ܕܓܒܝܢ ܗܘܘ ܕܘܟܝܬܐ ܕܪܝܫ ܣܡܟܐ܂
8 * ܐܡܬܝ ܕܡܬܩܪܐ ܐܢܬ ܡܢ ܐܢܫ ܠܒܝܬ ܡܫܬܘܬܐ ܠܐ ܬܐܙܠ ܬܣܬܡܟ ܒܪܝܫ ܣܡܟܐ ܕܠܡܐ ܢܗܘܐ ܬܡܢ ܐܢܫ ܕܡܝܩܪ ܡܢܟ ܩܪܝܐ܂
9 * ܘܢܐܬܐ ܗܘ ܕܠܟ ܘܠܗ ܩܪܐ ܘܢܐܡܪ ܠܟ ܕܗܒ ܕܘܟܬܐ ܠܗܢܐ ܘܬܒܗܬ ܟܕ ܬܩܘܡ ܘܬܐܚܘܕ ܕܘܟܬܐ ܐܚܪܝܬܐ܂
10 * ܐܠܐ ܡܐ ܕܡܬܩܪܐ ܐܢܬ ܙܠ ܐܣܬܡܟ ܒܐܚܪܝܬܐ ܕܡܐ ܕܐܬܐ ܗܘ ܕܩܪܟ ܢܐܡܪ ܠܟ ܪܚܡܝ ܐܣܩ ܠܥܠ ܘܬܗܘܐ ܠܟ ܬܫܒܘܚܬܐ ܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܕܣܡܝܟܝܢ ܥܡܟ܂
11 * ܡܛܠ ܕܟܠ ܕܡܪܝܡ ܢܦܫܗ ܢܬܡܟܟ ܘܟܠ ܕܡܡܟܟ ܢܦܫܗ ܢܬܬܪܝܡ܂
12 * ܘܐܡܪ ܐܦ ܠܗܘ ܕܩܪܝܗܝ ܐܡܬܝ ܕܥܒܕ ܐܢܬ ܫܪܘܬܐ ܐܘ ܚܫܡܝܬܐ ܠܐ ܬܩܪܐ ܠܪܚܡܝܟ ܐܦܠܐ ܠܐܚܝܟ ܘܠܐ ܠܐܚܝܢܝܟ ܘܠܐ ܠܫܒܒܝܟ ܥܬܝܪܐ ܕܠܡܐ ܐܦ ܗܢܘܢ ܢܩܪܘܢܟ ܘܬܗܘܐ ܠܟ ܗܕܐ ܦܘܪܥܢܐ܂
13 * ܐܠܐ ܡܐ ܕܥܒܕ ܐܢܬ ܩܪܘܬܐ ܩܪܝ ܠܡܣܟܢܐ ܠܡܚܝܠܐ ܠܚܓܝܣܐ ܠܣܡܝܐ܂
14 * ܘܛܘܒܝܟ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܠܡܦܪܥܟ ܢܬܦܪܥ ܓܝܪ ܦܘܪܥܢܟ ܒܩܝܡܬܐ ܕܙܕܝܩܐ܂
15 * ܟܕ ܫܡܥ ܕܝܢ ܚܕ ܡܢ ܣܡܝܟܐ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܠܗ ܛܘܒܘܗܝ ܠܡܢ ܕܢܐܟܘܠ ܠܚܡܐ ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ܂
16 * ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ ܓܒܪܐ ܚܕ ܥܒܕ ܚܫܡܝܬܐ ܪܒܬܐ ܘܩܪܐ ܠܣܓܝܐܐ܂
17 * ܘܫܕܪ ܥܒܕܗ ܒܥܕܢܐ ܕܚܫܡܝܬܐ ܠܡܐܡܪ ܠܐܝܠܝܢ ܕܩܪܝܢ ܗܘܘ ܗܐ ܟܠ ܡܕܡ ܡܛܝܒ ܠܟܘܢ ܬܘ܂

Ipsi verò tacuerunt. Et prehendit eum ipse, ac sanavit eum, dimisitque. Et subdit eis; Quis est ex vobis cujus incidat filius aut bos ejus in puteum die Sabbathi, & non statim hauriens educat eum? Et non poterant ei dare responsum super hac re. Dicebat autem parabolam apud eos qui fuerant illic invitati, eò quòd conspiceret eos eligentes loca primorum accubituum. Quum invitatus fueris ab aliquo ad convivium, ne abieris accubitum primo consessu, ne forte illic sit invitatus aliquis te honoratior. Veniatque is qui te & eum vocavit, ac dicat tibi; Da huic locum: & pudore suffunderis, quum assurrexeris & obtinueris locum postremum. Sed quum invitatus fueris, vade discubitum in ultimum locum, ut quum venerit is qui te vocavit, dicat tibi; Amice mi, ascende superiùs & discumbe, & erit tibi gloria coram omnibus qui tecum discumbunt. Quoniam omnis qui extollit se, deprimetur: & qui sese depresserit, extolletur. Porrò dixit ei qui ipsum vocaverat; Quum facis prandium aut cœnam, ne vocaveris amicos tuos, nec etiam fratres tuos, aut cognatos tuos, neque vicinos tuos divites, ne & ipsi vocent te, & fiat tibi hæc compensatio. Sed quum facis epulum, voca pauperes, mancos, claudos, cæcos: Et beatus eris; quia non habent undè tibi rependant: fiet enim tua retributio in resurrectione justorum. Hæc autem quum audisset quidam ex iis qui discumbebant, dixit ei; Beatus ille qui comedet panem in regno Dei. Dixit ei Jesus; Vir quidam fecit cœnam magnam, & convocavit multos. Misitque servum tempore cœnæ, ut diceret iis qui convocati erant, Ecce omnia parata sunt vobis: venite.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

4 ایشان خاموش شدند * در حال بیماررا پیش خواند وبر وي نظر کرد خوش شد • انکه رها
5 کردش • * وبدیشان گفت کیست ازشما • کر پسرش یا گاوش • بروز شنبه † در چاه افتد
6 وهمانگه اورا بیرون نیاورد • * این سخن را جواب † نتوانستند گفت
7 هشتاد نه براي انك صدقه بدرویشان واجب است دادن * واغاز کرد عیسي
وبدان † جماعت • که حاضر † بودند گفت • ازبراي انك دید • هر یکي جاي نشستن خود را
8 بلند † مي جستند • که بنشیند • وعیسي تعلیم اغاز کرد وگفت • * چون از کسي بمهماني
9 خوانده شوي • درجاي بالا منشین • تادا یکي دیگر از تو بزرگتر • خوانده شود * وترا ازانجا
10 بر خیزانند • وتو شرمسار شوي • وفروتر نشیني • * لیکن چون خوانده شوي • زیرتر از همه
نشین تا وقتي که صاحب خانه بیاید • وترا انجا بیند • بتو بکوید • اي دوست بالاتر نشین
11 انگه ترا حرمت باشد • برابر همه † کم نشسته باشند • * براي انك هر که نفس خودرا
12 بلند بیند • پست کرده • وهر که پست بیند بلند شود * وباز بدان مرد گفت
که اورا خوانده بود • وقتي که نان صدقه دهي یا خواهي † که مهماني کني

Illis tacentibus statim ægrotum advocavit, et in eum intuitus est, et sanatum illicò dimisit. Et illis dixit; Quis est è vobis cujus filius aut bos in die Sabbathi in puteum incidat, et eodem instanti eum non educat? Huic dicto respondere non potuerunt.

LXXXIX. Quòd eleemosynam pauperibus oportet dare.

Et exorsus est Jesus, et turbæ illi qui aderant, locutus est, eò quòd videret unumquemque locum sessionis suæ altum quærere, quo sederet: Jesus itaque docendi initium fecit, et dixit; Cùm ab aliquo ad convivium vocatus fueris, in loco superiori ne sedeas, ne quispiam alius te major vocatus sit: Et te illinc surgere faciant, et tu pudefactus inferiùs sedeas. Sed cùm vocatus fueris, infra omnes sede, ut quando dominus domûs venerit, et te illic viderit, tibi dicat; O amice, superiùs sede: tunc tibi honor erit coram omnibus qui assederint. Eò quòd omnis qui semetipsum suspicit, deprimetur; omnis verò qui deorsum aspicit, excelsus erit. Et rursus homini illi dixit, qui eum vocaverat; Quando panem eleemosynæ das, aut vis convivium facere,

Versió VULGATA LATINA.

4 At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanavit eum, ac dimisit. Et respondens
5 ad illos, dixit; Cujus vestrûm asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò
6 extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat
7 autem & ad invitatos parabolam, intendens quomodò primos accubitus eligerent,
8 dicens ad illos; Cùm invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo lo-
9 co, ne fortè honoratior te sit invitatus ab illo: Et veniens is, qui te & illum vo-
cavit, dicat tibi; Da huic locum: & tunc incipias cum rubore novissimum lo-
10 cum tenere. Sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut,
cùm venerit qui te invitavit, dicat tibi; Amice, ascende superiùs. Tunc erit
11 tibi gloria coram simul discumbentibus: Quia omnis qui se exaltat, humilia-
bitur: & qui se humiliat, exaltabitur: Dicebat autem & ei, qui se invitaverat; Cùm fa- 12
cis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos,
neq; vicinos divites: ne fortè te & ipsi reinvitent, & fiat tibi retributio. Sed cùm fa- 13
cis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: Et beatus eris, 14
quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.
Hæc cùm audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi; Beatus, qui man- 15
ducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei; Homo quidam fecit cœnam 16
magnam, & vocavit multos. Et misit servum suum horâ cœnæ dicere invitatis 17
ut venirent, quia jam parata sunt omnia.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

4 فسكتوا • فاخذه وابراه واطلقه * ثم قال لهم من منكم يقع ثوره في بير يوم السبت فلا
5 يصعده للوقت * فلم يقدروا ان يجيبوه عن هذا • الفصل الرابع والخمسون • * وقال
6 مثلا للمدعوين لانهم كانوا يختارون اوايل المتكات * متي دعاك احد الي عرس فلا
7 تتكي في اول الجماعة • فلعله قد دعا هناك واحدا اكرم منك عليه * فياتي الذي دعاك
8 واياه فيقول لك دع المكان لهذا • فتخزي وتقوم فتجلس في الموضع الاخير * لكن اذا دعيت
9 فاذهب واتكي في اخر موضع • لكي اذا جاء الذي دعاك يقول لك يا صاحب ارتفع الي فوق •
10 فحينيذ يكون لك مجد امام المتكيين معك * لان كل من يرفع نفسه يتضع وكل من يتضع
11 يرتفع * وقال للذي دعاه اذا صنعت غداء او عشاء فلا تدع اصدقاءك • ولا اخوتك • ولا
12 اقاربك • ولا اغنياء جيرانك • فلعلهم يدعونك فيكون لك مكافاة * لكن اذا صنعت وليمة
13 ادع المساكين • والضعفاء • والعرج • والعميان * وطوباك اذ ليس لهم ما يكافونك • وجزاوك
14 يكون في قيامة الصديقين * فلما سمع هذا احد المتكيين معه فقال طوبي لمن ياكل خبزا
15 في ملكوت الله • الفصل الخامس والخمسون •
16 * فقال له انسان صنع وليمة عظيمة ودعا كثيرين * فارسل عبده وقت العشاء يقول للمدعوين
17 تعالوا فهوذا كل شي معد •

Et tacuerunt. Quare apprehendit illum, & curavit eum, ac dimisit illum. 4
Deinde dixit illis; Cujus vestrûm cadit bos in puteum die sabbathi, & non 5
extrahit illum subitò? Et non potuerunt respondere ei circa hæc. 6

Sectio quinquagesima quarta.

Dixit autem parabolam ad invitatos, 7
quia ipsi eligebant primos accubitus, his verbis: Quando vocaverit te aliquis 8
ad nuptias, ne nitaris in capite sodalitatis, quia fortè jam vocavit illuc aliquem honoratiorem te sibi, Et veniet 9
qui te vocavit & illum, dicétque tibi; Cede locum huic: & erubesces, & surges, & sedebis in loco novissimo. Sed 10
cùm vocatus fueris, vade & incumbe in postremo loco: ut cùm venerit qui invitavit te, dicat tibi, O amice, ascende superius. Et tunc erit tibi gloria coram innixis tecum. Quia omnis qui se 11
exaltat, humiliabitur: & omnis qui se humiliat, exaltabitur. Tum dixit illi 12
qui vocaverat ipsum, Cùm feceris convivium aut cœnam, ne voces amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque divites vicinos tuos; nam fortè ipsi te vocabunt, & erit tibi retributio. Sed cùm feceris convivium, voca 13
pauperes, & debiles, & claudos, & cæcos. Et fælicem te, quum non habeant 14
quod retribuant tibi: & retributio tua erit in resurrectione justorum. Quúmque 15
audisset hoc unus discumbentium cum eo, dixit; Beatus qui manducabit panem in regno Dei.

Sectio quinquagesima quinta.

Dixit autem ei, Homo quidam fecit 16
convivium magnum, & vocavit multos. Et misit servum suum horâ cœnæ, ut di- 17
ceret vocatis; Venite, quia ecce omnia parata sunt.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

4 ወአርመሙ፡፡ወነሥኦ፡ወአሕየዎ፡ወፈነዎ፡፡=፡ ወይቤሎሙ፡ እመቦ፡ አሐዱ፡ እምው
5 ስቴትክሙ፡ዘወድቀ፡ ሳህሙ፡ላው፡ አድግ፡ውስተ፡ ዓዘቅት፡ላእኑ፡ ሶቤሃ፡ያወፅኦ፡በጊ
6 ዜሃ፡ በዕለተ፡ ሰንበት፡=፡ ወኃጥኡ፡ ዘይብልዎ፡ በእንተዝ፡ ነገር፡፡=፡
7 በእንተ፡ሊያፍቅር፡ ርእስ፡መርፋቅ፡=፡ ወመሰለ፡ ሎሙ፡ወይቤሎሙ፡፡ለእለ፡ሀ
ሎ፡ ውስተ፡መሳሕ፡ወመስለ፡ሎሙ፡ወመሃሮሙ፡እስመ፡ ይትባደሩ፡ውስተ፡ርእሰ፡መር
8 ፋቅ፡=፡ወይቤሎሙ፡ለእመቦ፡ዘጸውዐከ፡ውስተ፡መሳሕ፡ሊትርፋቅ፡ውስተ፡ርእሰ፡መር
9 ፋቅ፡ከቡር፡ዮጊ፡ይመጽእ፡ዘይከብረከ፡=፡ እመቦ፡ዘጸውዐከ፡መጺአ፡ድኅሬ፡ይብለከ፡
ዘኮ፡ዘጸውዐከ፡ኅድግ፡ሎቱ፡ዘንተ፡ገጸ፡ወትገብእ፡ትትኀፈር፡ይእተ፡ጊዜ፡ወትወርድ፡
10 ደበ፡ ዘይቴሐት፡መርፋቅ፡ትረፋቅ፡፡=፡ ወእመሰበ፡ዘጸውዓከ፡ወሖርከ፡ውስተ፡ ዘይቴ
ሐት፡መርፋቅ፡ርፋቅ፡ከመ፡መጺአ፡ዘጸውዓከ፡ ይብለከ፡ግባእ፡ ውስተ፡ ዘየዓቢ፡መር
ፋቅ፡ወውእተ፡ጊዜ፡ ይከውነከ፡ክብረ፡ ሶቤሃ፡በቅድመ፡ኵሎሙ፡ እለ፡ይረፍቁ፡ወይመ
11 ስሑ፡መስሌከ፡፡=፡ እስመ፡ኵሉ፡ዘያለዕል፡ርእሶ፡ ይቴሐት፡ወኵሉ፡ ዘያቴሕት፡ርእ
Et dixerunt inter se, Si dixerimus, E cœlo; dicet nobis, Quare non credidistis ei? 5
Et si dixerimus, Ab hominibus, lapidabunt nos omnes populi, quos timemus: quia 6
omnes illi prophetam fecerunt Johannem. Et responderunt ei, & dixerunt ei; 7
Nescimus unde fuit. Et dixit iis Dominus Jesus, Ego etiam non dicam vobis, in 8
qua auctoritate facio sic. *De vinea.*
Et parabolicè loquutus est populis, & dixit iis; Homo quidam plantavit vineam, 9
& præposuit ei custodes vineæ, & fodit torcular, & ædificavit turrim: & pere-
grinatus est *in* remotam regionem, & moram fecit venire. Et quum tempus erat 10
fructûs, misit servum suum ad custodes vineæ ut mitterent ei ex fructu vineæ suæ:
& percusserunt custodes vineæ servum ejus, & dimiserunt eum inanem. Et iterum 11
misit aliū servum, & ipsū percusserunt, & spreverunt eū, & dimiserunt inanem. Et 12
misit tertium servum suum, & ipsum etiam superaverunt, & expulerunt. Et 13
dixit dominus vineæ; Quid igitur faciam? mittam filium meum quem diligo: for-
san ita erit, quòd ipsum reverebuntur videntes. Et misit eum, & viderunt eum 14
custodes vineæ, & dixerunt; Hic est filius ejus hæres, venite, trucidemus eum, &
acquiremus hæreditatem ejus. Et ejecerunt eum foràs à prædio vineæ, & trucidâ- 15
runt eum: quid igitur faciet iis quū venerit Dñs prædii vineæ? Veniet, & trucida- 16
bit istos custodes prædii vineæ, veniet *inquā*, & dabit vineā suā aliis: & audien-
tes dixerunt ei, Absit. Et inspexit eos, & dixit iis; Quid est scriptum ꝙ dicit, Lapis 17
quem reprobaverunt ædificatores, is factus est in caput anguli. Et quicunq; ce- 18
ciderit super hunc lapidé, contereretur; & eum etiā super quem ceciderit, conteret.
Et desiderârunt scribæ, & principes sacerdotum apprehendere eum statim, & ti- 19
muerunt populos: quia cognoverunt, ꝙ propter eos parabolā loquutus esset talē.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

15 16 * اورا بيرون باغ بردند • وكشتند • اكنون چون خداوند † باغ بيايد • با ايشان چه كند • * گفتند
بيايد • وان باغبانان ظالم را هلاك كند • وباغ را بديگران بسپارد • بعضي گفتند اين نشود

صد پانزده مثل سنگ كه بنايان انداخته بودند

17 * مسيح بديشان نگاه كرد • وگفت چيست انك نبشته شد • سنگي كه بنايان اورا خوار انداختند •
18 سر ركن و گوشه • † عمارت او شد • * هر كه بران سنگ بيوفتد شكسته وكوفته شود • وهر كه
19 [ان] سنگ برو افتد • اورا خرد كند • * بزرگان واامامان وكوهنان خواستند كه بدان ساعت اورا
بگيرند • از عوام ترسيدند • سبب انك دانستند كه اين مثل براي ايشان گفت

Eum igitur extra vineam tulerunt, & occiderunt. 15
Jam cùm dominus vineæ venerit, eis quid faciet? Dixerunt; veniet, et illos vinitores iniquos perdet, & vineam aliis tradet. Quidam dixerunt, Hoc ne fiat. 16

CXV. Parabola lapidis quem ædificatores rejecerunt.

Christus eos intuitus est, & dixit; Quid est illud quod scriptum est? Lapidem quem ut vilem abjecerunt ædificatores; caput basis & angulus ædificii is factus est. 17
Quicunque in illum lapidem ceciderit, fractus & contusus erit: in quemcunque autem ille lapis ceciderit, eum comminuet. 18
Magnates & Antistites & sacerdotes quærebant ut eâdem horâ illum prehenderent, sed à vulgo timuerunt: eò quòd cognoverunt quod hanc parabolam in illos locutus esset. 19

Et observantes miserunt insidiatores, *simulantes* seipsos justos *esse*, ut
20 Καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι, ἵνα σμγ
caperent *ejus sermonem, ad tradendum* illum principatui & potestati præ- β
ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡ-
sidis. Et interrogaverunt eum, dicentes; Magister, scimus quia rectè di-
21 γεμόνος. Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες, Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ὀρθῶς λέ-
cis & doces, & non accipis *faciem*, sed in veritate viam Dei
γεις καὶ διδάσκεις, καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ
doces. Licet nobis Cæsari tributum dare, an non? Considerans autē
22 διδάσκεις. Ἔξεστιν (κ) ἡμῖν Καίσαρι φόρον δοῦναι, ἢ οὔ; Κατανοήσας δὲ
23 illorum dolum, dixit ad eos; Quid me tentatis? Ostendite
αὐτῶν τὴν πανουργίαν, εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Τί με πειράζετε; (λ) Ἐπιδείξατέ
24 mihi denarium: cujus habet imaginē & inscriptionem? respondentes *autem* dixerunt; Cæ-
μοι δηνάριον· τίνος ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφήν; ἀποκριθέντες δὲ εἶπον, Καί-
saris: *Is autem* ait illis; Reddite ergò quæ Cæsaris, Cæsari, & quæ
25 σαρος· Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀπόδοτε τοίνυν τὰ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ
Dei, Deo. Et non potuerunt reprehendere ejus verbum coram *populo*:
26 Θεοῦ, τῷ Θεῷ. Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐναντίον τοῦ λαοῦ·
& mirati in responso ejus, tacuerunt. *Accedentes* autem qui-
27 καὶ θαυμάσαντες ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει αὐτοῦ, ἐσίγησαν. Προσελθόντες δέ τι- ΟΒ'
dam Sadducæorum, *contradicentes* resurrectionem *non* esse, interrogaverunt e-
νες τῶν Σαδδουκαίων, οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, ἐπηρώτησαν αὐ-

um, Dicentes; Magister, Moyses scripsit nobis; Si alicujus frater mor-
τὸν, Λέγοντες, Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, Ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀπο-
tuus fuerit habens uxorem, & hic sine liberis *moriatur*, ut accipiat frater ejus
θάνῃ ἔχων γυναῖκα, καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν
uxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergò fratres erant:
γυναῖκα, καὶ (μ) ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν·
& primus *accipiens* uxorem, mortuus est sine filiis. Et accepit *secundus*
καὶ ὁ πρῶτος λαβὼν γυναῖκα, ἀπέθανεν ἄτεκνος. Καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν
uxorem, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam: si[militer]
γυναῖκα, καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος. Καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν (ν) αὐτήν· ὡσαύ-
ter *autem* & septem non reliquerunt *natos*, & mortui sunt. Novissimè *autem omnium*
τως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ οὐ κατέλιπον τέκνα, καὶ ἀπέθανον. Ὕστερον δὲ πάντων
mortua est & mulier. In ergò resurrectione, cujus eorum *fit* uxor? *nam*
ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος αὐτῶν γίνεται γυνή; οἱ γὰρ
septē habuerunt eam uxorem. Et *respondens* ait illis Jesus, Filii
ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οἱ υἱοὶ τοῦ
seculi hujus nubunt & traduntur ad nuptias. *At* digni *habiti* *seculum* illud
αἰῶνος τούτου γαμοῦσι καὶ (ξ) ἐκγαμίσκονται. Οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου
contingere & resurrectionem ex mortuis, neque *nubunt*, neque *traduntur ad nuptias*. Neque enim
τυχεῖν καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε (ο) ἐκγαμίσκονται. Οὔτε γὰρ ἀποθα-
mori ultrà *possunt*: æquales angelis enim sunt: & filii sunt Dei, resurrectionis filii existentes.
νεῖν ἔτι δύνανται· ἰσάγγελοι γάρ εἰσι· καὶ (π) υἱοί εἰσι τοῦ Θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες.

MS. A. (κ) ἡμᾶς (λ) Δείξατέ (μ) ἐξαναστήσει (ν) αὐτὴν ὡσαύτως· ὡσαύτως δὲ (ξ) ἐκγαμίζονται. (ο) ἐκγαμίζονται. Οὐδὲ (π) οἱ υἱοί εἰσιν Θεοῦ,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

20 * ܘܫܕܪܘ ܠܘܬܗ. ܓܫܘܫܐ ܕܡܕܡܝܢ ܢܦܫܗܘܢ ܠܟܐܢܐ. ܕܢܐܚܕܘܢܗ ܒܡܠܬܐ. ܘܢܫܠܡܘܢܝܗܝ
21 ܠܕܝܢܐ. ܘܠܫܘܠܛܢܐ ܕܗܓܡܘܢܐ. * ܘܫܐܠܘܗܝ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܡܠܦܢܐ. ܝܕܥܝܢܢ
ܕܬܪܝܨܐܝܬ ܡܡܠܠ ܐܢܬ ܘܡܠܦ ܐܢܬ ܘܠܐ ܢܣܒ ܐܢܬ ܒܐܦܐ. ܐܠܐ ܒܩܘܫܬܐ ܐܘܪܚܗ ܕܐܠܗܐ
22 ܡܠܦ ܐܢܬ. * ܫܠܝܛ ܠܢ ܕܢܬܠ ܟܣܦ ܪܫܐ ܠܩܣܪ ܐܘ ܠܐ. * ܗܘ ܕܝܢ ܐܣܬܟܠ
23 ܢܟܠܗܘܢ ܘܐܡܪ. ܡܢܐ ܡܢܣܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ. * ܚܘܐܘܢܝ ܕܝܢܪܐ ܕܡܢ ܐܝܬ ܒܗ ܨܠܡܐ
24 ܘܟܬܝܒܬܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ ܕܩܣܪ. * ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܗܒܘ ܗܝܕܝܢ ܕܩܣܪ ܠܩܣܪ
25 ܘܕܐܠܗܐ ܠܐܠܗܐ. * ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܐܚܕܘܗܝ ܒܡܠܬܐ ܩܕܡ ܥܡܐ. ܘܐܬܕܡܪܘ ܥܠ ܦܬܓܡܗ
26 ܘܫܬܩܘ. * ܩܪܝܢܐ ܕܢܫܐ ܕܥܢܝܕܐ. * ܣܝ * ܘܩܪܒܘ ܐܢܫܐ ܡܢ ܙܕܘܩܝܐ ܗܢܘܢ
27 ܕܐܡܪܝܢ ܕܠܝܬ ܩܝܡܬܐ ܘܫܐܠܘܗܝ. * ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܡܠܦܢܐ. ܡܘܫܐ ܟܬܒ ܠܢ.
28 ܕܐܢ ܢܡܘܬ ܐܢܫ ܘܐܝܬ ܠܗ ܐܢܬܬܐ ܘܠܐ ܒܢܝܐ. ܢܣܒ ܐܚܘܗܝ ܐܢܬܬܗ ܘܢܩܝܡ
ܙܪܥܐ ܠܐܚܘܗܝ. * ܫܒܥܐ ܕܝܢ ܐܚܝܢ ܐܝܬ ܗܘܘ. ܘܩܕܡܝܐ ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ. ܘܡܝܬ ܕܠܐ ܒܢܝܐ.
29 * ܘܢܣܒܗ ܬܢܝܢܐ ܠܐܢܬܬܗ. ܘܗܢܐ ܡܝܬ ܕܠܐ ܒܢܝܐ. * ܘܬܠܝܬܝܐ ܬܘܒ ܢܣܒܗ. ܘܗܟܢܐ ܐܦ
30 ܫܒܥܬܗܘܢ. ܘܡܝܬܘ ܘܠܐ ܫܒܩܘ ܒܢܝܐ. * ܘܡܝܬܬ ܒܚܪܬܐ ܐܦ ܐܢܬܬܐ. * ܒܩܝܡܬܐ
31 ܗܟܝܠ ܕܐܝܢܐ ܡܢܗܘܢ ܬܗܘܐ ܐܢܬܬܐ. ܫܒܥܬܗܘܢ ܓܝܪ ܢܣܒܘܗ. * ܐܡܪ ܠܗܘܢ
32 ܝܫܘܥ. ܒܢܝܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܢܣܒܝܢ ܢܫܐ. ܘܢܫܐ ܗܘܝܢ ܠܓܒܪܐ. * ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܫܘܘ
33 ܠܥܠܡܐ ܗܘ. ܘܠܩܝܡܬܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. ܠܐ ܢܣܒܝܢ ܢܫܐ. ܘܐܦܠܐ ܢܫܐ ܗܘܝܢ
34 ܠܓܒܪܐ * ܐܦܠܐ ܓܝܪ ܬܘܒ ܠܡܡܬ ܡܫܟܚܝܢ. ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ ܓܝܪ ܐܢܘܢ. ܘܒܢܝܐ
35 ܐܢܘܢ ܕܐܠܗܐ. ܡܛܠ ܕܗܘܘ ܒܢܝܐ ܕܩܝܡܬܐ.
36

Et miserunt ad eum exploratores simulantes se justos, ut carperent eum in sermone, & traderent eum judicio, & potestati præsidis. Itaque interrogârunt eum ac dicunt ei; Doctor, scimus te rectè loqui & docere, nec acceptionem habere facierum, sed in veritate viam Dei docere. Licet nobis dare pecuniam capitatim Cæsari, an non? Ipse verò animadvertit eorum astutiam, & ait; Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium, cujusnam habet imaginem & inscriptionem. Illi autem inquiunt, Cæsaris. Dixit eis Jesus, Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ Dei, Deo. Nec potuerunt carpere ex eo verbum coram populo: & mirati sunt ejus responsum: & siluerunt.

Lectio mulierum defunctarum. 13.

Cæterùm accesserunt quidam ex Sadducæis illis, qui dicunt nullam esse resurrectionem, & interrogârunt eum; Dicuntque ei, Doctor, Moses scripsit nobis, Si cujus frater obierit habens uxorem sine liberis, ducat frater ejus uxorem ipsius, & suscitet semen fratri suo. Septem autem fratres fuerunt; primusque duxit uxorem, & mortuus est sine liberis. Et duxit eam secundus in uxorem suam, & iste mortuus est sine liberis. Rursum & tertius accepit eam: similiterque & illi septem, & mortui sunt, neque reliquerunt liberos: Et mortua est ad extremum quoque mulier. In resurrectione ergò, cujusnam eorum futura est uxor? illi enim septem duxerunt eam. Dixit eis Jesus, Filii hujus seculi ducunt uxores, & mulieres fiunt virorum. Illi verò qui seculo illo digni fuerint, & resurrectione quæ est ex mortuis, nec ducunt uxores, nec etiam mulieres fiunt virorum. Nequaquam enim amplius mori possunt: sunt enim instar angelorum, & sunt filii Dei, quandoquidem facti sunt filii resurrectionis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

صد پانزده سوال يهوديان از مسيح بهر جزيه
20 * جاسوسان پيش عيسي فرستادند *
برشيوهٔ مومنان تا بروي بسخن نكته كيرند * و اورا در دست حاكم دهند * وبسلطنت نايب *
21 آمدند واز عيسي پرسيدند * وبدو كفتند معلم مي دانيم * كه هر چه † مي كويي
راست مي كويي * ومي اموزاني * وروي و دل † كسي نمي بيني * ليكن براستي راه خدا را تعليم
22 مي دهي * * واجب باشد † برما كه جزيهٔ سر بقيصر † دهيم يا نه * * مسيح حيلت ايشانرا
23 دريافت * وكفت چرا مرا مي ازماييد * * ديناري بمن بنماييد * ايشان نمودند * ازيشان
24 پرسيد * كه اين نقش وصورت وخط كيست * ايشان كفتند * ازان قيصر * * عيسي
25 بديشان كفت * انچ ازان قيصرست * بقيصر دهيد * وانچ ان خداست * بخدا * * ونتوانستند
26 برابر خلق بر و نكته كرفتن * و از جواب او عجب ماندند * و خاموش شدند *

صد هفده مثل زن وهفت برادر

27 * جماعتي از زنادقه
28 پيش عيسي آمدند * وزنادقه قومي اند كه بقيامت † اقرار ندارند * وپرسيدند * وكفتند

CXVI. Quæstio Judæorum à Christo de tributo.

Exploratores itaque ad Jesum miserunt, sub specie fidelium, ut eum in sermone ansam caperent, & eum in manum judicis traderent & in potestatem præfecti. Et venientes Jesum interrogârunt, & dixerunt; Præceptor, scimus quid quid dicis rectè dicis, & doces, & vultum & cor cujusquam non aspicis, sed secundum rectitudinem viam Dei doces. Oportet nos ut censum capitis Cæsari demus, an non? Christus astum illorum intellexit, & dixit; Quare me tentatis? Denarium mihi ostendite. Illi ostenderunt. Ab eis rogavit; Hæc sculptura, & effigies, & inscriptio cujus est? Illi dixerunt, Cæsaris. Jesus illis dixit; Id quod Cæsaris est, Cæsari date: & quod Dei est, Deo. Et non potuerunt coram populo adversus eum dictum arripere: & in responso ejus admirabundi manserunt, & conticuerunt.

CXVII. Parabola mulieris & septem fratrum.

Cœtus ex Sadducæis ad Jesum accesserunt: (Sadducæi autem gens sunt, qui de resurrectione fidem non habent) et interrogârunt, et dixerunt;

Versio V U L G A T A L A T I N A.

20 Et observantes miserunt insidiatores, qui se justos simularent, ut caperent eum in
21 sermone, ut traderent illum principatui & potestati præsidis. Et interrogave-
runt eum, dicentes; Magister, scimus quia rectè dicis & doces: & non accipis
22 personam, sed viam Dei in veritate doces: Licet nobis tributum dare Cæsari,
23 an non? Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos; Quid me tentatis?
24 Ostendite mihi denarium. Cujus habet imaginem & inscriptionem? Responden-
25 tes dixerunt ei; Cæsaris. Et ait illis; Reddite ergò quæ sunt Cæsaris, Cæsari:
26 & quæ sunt Dei, Deo. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram plebe:
27 & mirati in responso ejus, tacuerunt. Accesserunt autem quidam Sadducæorum,
28 qui negant esse resurrectionem, & interrogaverunt eum, Dicentes; Magister,
Moyses scripsit nobis; Si frater alicujus mortuus fuerit habens uxorem, & hic
sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater ejus uxorem, & suscitet semen fratri suo. 29
Septem ergò fratres erant: & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filiis. 30
Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam. 31
Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Novissimè 32
omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergò, cujus eorum erit uxor? 33
siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis Jesus; Filii hujus seculi 34
nubunt, & traduntur ad nuptias: Illi verò, qui digni habebuntur seculo illo, & 35
resurrectione ex mortuis, neq; nubent, neq; ducent uxores: Neque enim ultrà mori 36
poterunt: æquales enim Angelis sunt, & filii sunt Dei, cùm sint filii resurrectionis.

Versio A R A B I C A cum Interpretatione L A T I N A.

20 * فرصدوه وارسلوا اليه جواسيس متشبهين بالصديقين ليصيدوه بكلمة ويسلموه الي الروساء
21 وسلطنة الوالي * فسالوه قايلين يا معلم قد علمنا انك بالصواب تنطق وتعلم • ولا تاخذ
22 بالوجوه • بل بالحق تعلم طريق الله * ايجوز لنا ان نودي الجزية لقيصر ام لا * فلما علم مكرهم
23 24 قال لهم لم تجربوني * اروني دينارا فاروه • فقال لمن هذه الصورة والكتابة قالوا لقيصر •
25 * فقال لهم اعطوا ما للملك للملك وما لله لله * ولم يقدروا ان يسوقعوه بكلمة امام الشعب،
26 27 فتعجبوا من جوابه وسكتوا • الفصل الثاني والسبعون • * ثم جاء اليه قوم من
28 الزنادقة الذين يقولون ليست قيامة * وسالوه قايلين يا معلم موسي كتب لنا ان مات احد
29 وخلف مراته ولم يترك زرعا وكان له اخ فلياخذ اخوه مراته وليقم زرعا لاخيه * وكان عندنا
30 31 سبعة اخوة • فتزوج الاول مراته ومات بغير ولد * ثم تزوج بها الثاني * والثالث وكذلك الي
32 33 السابع وماتوا ولم يتركوا ولدا * واخيرا ماتت المراة ايضا * ففي القيامة لمن منهم تكون
34 بامراته لان السبعة قد تزوجوها * فقال لهم يسوع اما بنوا هذا الدهر فيتزوجون ويزوجن •
35 * فاما اوليك الذين استحقوا ذلك الدهر والقيامة من الاموات لا يتزوجون ولا يزوجن •
36 * لانهم لا يموتون بل يصيرون مثل الملايكة • ويصيرون بني الله وبني القيامة •

Et insidiati sunt ei, & miserunt ad eum 20
exploratores præferentes justos, ut vena-
rentur eum in verbo, & traderent eum
principibus, & potestati præsidis. Igitur 21
interrogaverunt eum, dicentes; Magister,
scimus quòd rectè loquaris, et doceas, neq;
attendas facies, sed in veritate doceas
viam Dei. Licetne nobis reddere tribu- 22
tum Cæsari, an non? Cùm autem agno- 23
visset dolum eorum, dixit eis; Cur ten-
tatis me? Ostendite mihi denarium: et 24
ostenderunt ei. Itaque dixit, Cujus est 25
hæc imago & inscriptio? Dixerunt, Cæ-
saris. Ait illis; Date quod regis est, regi;
et quod Dei, Deo. Et non potuerunt labe- 26
facere eum in verbo coram populo: &
mirati sunt de responso ejus, & tacuerunt.

Sectio septuagesima secunda.

Deinde venerunt ad eum quidam ex Sa- 27
ducæis, qui dicunt non esse resurrectio-
nem, Et interrogaverunt illum, dicentes; 28
Magister, Moyses scripsit nobis; Si mor-
tuus fuerit quispiam, & reliquerit uxo-
rem, at non reliquerit prolem, habueritque
fratrem: accipiat frater ejus uxorem
illius, et suscitet prolem fratri suo. Erant 29
autem apud nos septem fratres, duxitque
primus uxorem, & mortuus est sine li-
beris. Tum duxerunt eam secundus, Ac 30
tertius, itidemque usque ad septimum, et 31
mortui sunt, & non reliquerunt liberos.
Et postremò mortua est mulier etiam. In 32
resurrectione ergò cuinam ex ipsis erit 33
uxor? siquidem septem duxerunt eam.
Dixit illis Jesus; Filii quidem hujus 34
seculi ducunt uxores, et nubunt; At illi 35
qui digni fuerint illo seculo & resurre-
ctione mortuorũ, non ducent uxores neq;
nubent. Quandoquidem non moriuntur, 36
sed fiunt velut angeli, & fiunt filii
Dei, & filii resurrectionis.

Versio Æ T H I O P I C A cum Interpretatione L A T I N A.

20 ወተግሒሦሙ፡ለፀንሑ፡ሎቱ፡እለ፡ ይትዔቀብዎ፡ ላለ፡ ያጸድቁ፡ርእሶሙ፡ከመ፡ያስሕት
ዎ፡በቃሉ፡ ወለሙ፡ያግብእዎ፡ለመኳንንት፡ ወለመስፍንት፡፡ በእንተ፡ዲናር፡፡
21 ወተስእልዎ፡ ወይቤልዎ፡ ሊቅ፡ናአምር፡ከመ፡ጽድቀ፡ትነግር፡ወትሜህር፡ወኢታደሉ፡ለ
22 ገጽ፡ፊረቱዐ፡ትሜህር፡ፍኖተ፡እግዚአብሔር፡ ይከውነነሁ፡ንሁብ፡ጸባሕተ፡ለቄሳር፡
23 ወሚመ፡ኢይከውነነሁ፡ ወአእመሮሙ፡ትምይንቶሙ፡ወይቤሎሙ፡ምንተ፡ታሜክሩ
24 ኒ፡ አርእዩኒ፡ ዲናሮ፡ ወአምጽኡ፡ ወይቤሎሙ፡ ዘመኑ፡ መልክዑ፡ ወመጽሐፉ፡፡
25 ወአውሥኡ፡ወይቤልዎ፡ዘንጉሥ፡ዘቄሳር፡ ወይቤሎሙ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ሀብዎ፡
26 ዘቄሳር፡ ለቄሳር፡ ወዘእግዚአብሔር፡ ለእግዚአብሔር፡፡ ወስእንዎ፡ አስሕቶቶ፡
በቃሉ፡በቅድመ፡ኵሉ፡ሕዝብ፡ ወአንከርዎ፡ ሠእዛለ፡ አፉሁ፡ወአርመሙ፡፡
27 በእንተ፡ ሰዱቃውያን፡፡ ወመጽኡ፡ሰዱቃውያን፡እለ፡ይብሉ፡ኢየሐይዉ፡ምዉታ
28 ን፡ ወተስእልዎ፡ ወይቤልዎ፡ ሊቅ፡ ሙሴ፡ ጸሐፈ፡ለነ፡እንዘ፡ይብል፡ለእመቦ፡ዘሞ
ተ፡እኁሁ፡ወኃደገ፡ብእሲቶ፡ ወአልቦ፡ውሉደ፡ ያውስባ፡ እኁሁ፡ ለብእሲቱ፡ ወያቅም፡
29 ዘርአ፡ለእኁሁ፡፡ ሀለዉ፡ እንከ፡ኀቤነ፡ሰብዓቱ፡አኀው፡ ወአውሰበ፡ዘይልሂቅ፡ወሞ
30 ተ፡ ወአልቦ፡ ውሉደ፡፡ ወከማሁ፡ አውሰባ፡ ካልኡ፡፡ ወሣልሱኒ፡ ወኢኃደጉ፡
31 ውሉደ፡ ወከማሁ፡ሰብዓቲሆሙ፡አውሰብዋ፡ወሞቱ፡እንዘ፡አልቦሙ፡ውሉደ፡፡ ወድኅ
32 ረ፡ኵሉሙ፡ሞተት፡ይእቲ፡ብእሲት፡፡ ኣሜ፡ይሐይዉ፡ እንከ፡ምዉታን፡ለመኑ፡እ
33 ምነሆሙ፡ትከውን፡ብእሲቶ፡እስመ፡ናሁ፡ሰብዓቲሆሙ፡አውሰብዋ፡፡ ወአውሥአ፡
34 እግዚእ፡ኢየሱስ፡ወይቤሎሙ፡ ውሉደ፡ ዝንቱ፡ ዓለም፡ያወስቡ፡ ወይትዋሰቡ፡ ወይወል
35 ዱ፡ ወይትወለዱ፡፡ ወእለሰ፡ ይደልዎሙ፡ይርከብዎ፡ለዝኩቱ፡ዓለም፡ ኣሜ፡ይሐይ
36 ዉ፡ ምዉታን፡ ኢያወስቡ፡ ወኢይትዋሰቡ፡፡ ወኢሂ፡ ይትከሀሎሙ፡ እንከ፡ መዊተ፡
አላ፡ ከመ፡ መላእክተ፡ እግዚአብሔር፡ እሙንቱ፡ ወውሉደ፡ እግዚአብሔር፡ ይከውኑ፡
ወውሉደ፡ሕይወት፡ እሙንቱ፡፡

Et recedentes insidere fecerunt ei insidiatores, qui justificabant seipsos, ut er- 20
rare facerent eum in sermone suo, & tunc traderent eum sacerdotibus, & tribunis.

De denario. Et interrogàrunt eum, & dixerunt ei; Magister, 21
scimus q; justè dicis, & doces: & non accipis personam, & rectè doces viam Dei.
Licétne nobis dare tributum Cæsari, vel non licet nobis? Et cognovit callidita- 22
tem eorũ, & dixit iis; Quid tentatis me? Ostendite mihi denarium: & attulerunt, & 23
dixit iis; Cujus *est* imago ejus, & inscriptio ejus? & responderunt, & dixerunt ei; 24
Imperatoris Cæsaris. Et dixit iis Dñs Jesus, Date quæ *sunt* Cæsaris, Cæsari; & quæ 25
sunt Dei, Deo. Et non potuerunt in errorem inducere eum, in sermone suo coram 26
toto populo: & mirati sunt procedentia *ex* ore suo, & siluerunt.

De Saducæis.

Et venerunt Saducæi, qui dicunt, Non vivent mortui: & interrogàrunt eũ, Et di- 27
xerunt ei, Magister, Moses scripsit nobis, dicens; Si quis sit cujus frater mortuus est, 28
& reliquit uxorẽ ejus, & non habuit liberos, ducat eam frater ejus in uxorem suã,
& suscitet semen fratri suo. Fuerunt igitur apud nos septem fratres, & uxorem 29
duxit senior, & obiit, & non habuit filios. Et similiter uxorem duxit eam secun- 30
dus. Et tertius etiam, & non reliquerunt liberos: & similiter septem illi duxerunt 31
eam, & obierunt non habentes liberos. Et post omnes mortua est ista mulier. 32
Quando vivent igitur mortui, cui ex illis erit uxor, quia ecce septem illi duxerunt 33
eam? Et respondit Dñs Jesus, & dixit iis, Filii hujus seculi uxores ducunt, & 34
nuptum dantur; & procreant, & procreantur. Sed qui digni sunt obtinere illud 35
seculum, quum vixerint mortui, non uxores ducent, neque nuptum dabuntur;
Neque etiam possunt ampliùs mori: sed sicut angeli Dei erunt, & filii Dei 36
erunt, & filii vitæ erunt.

Versio P E R S I C A cum Interpretatione L A T I N A.

معلم موسي براي ما نبشت • كه اكر كسي را برادر بميرد • واورا زن باشد • بي فرزندان برادراو
29 زن برادر را بستاند • وبراي برادر خود تخم برخيزاند • * هفت برادران بودند • اولين زن
30 31 ستاد • وبي فرزندان † مرد • * ودوم • * وسوم ستد • وبي فرزند مردند • وتا هفت برادر آن زنرا
32 33 بستدند • وبي فرزند مردند * وعاقبت آن زن نيز مرد • * اكنون در روز قيامت • آن زن ازان
34 كداميين برادرست • سبب آنك هفت برادر † با او نزديكي كردند • * عيسي بديشان كفت
35 كه فرزندان † اين عالم واهل دنيا • زن بستانند • وزنان براي مردان باشند • * ودر قيامت
36 زناشوهري ودخول ميان مردم نباشد • * وديكر مردن بريشان واجب نيست • ودر مثال
فرشتكان † باشند • واهل ملكوت † فرزندان خدا خوانده شوند •

Præceptor, Moses nobis scripsit,
quòd si cui frater moriatur, et ei
uxor sit absque liberis, frater ejus
uxorem fratris accipiat, et fratri
suo semen suscitet. Septem autem 29
fratres erant: primus uxorem ac-
cepit, et absque liberis mortuus est.
Et secundus, Et tertius etiam ac- 30
cepit eam, et sine liberis mortui 31
sunt: et usque ad septem fratres
illam uxorem acceperunt, et absque
liberis mortui sunt. Postremò illa 32
mulier etiam mortua est. Jam in 33
die resurrectionis illa mulier cujusce
fratris erit? eò quòd septem fratres
cum ea conjugium fecerant. Jesus 34
illis dixit; Filii quidem hujus se-
culi et populus mundi uxores acci-
piunt, et mulieres propter viros sunt:
In resurrectione autem conjugium et 35
congressus inter homines non erit.
Rursus enim illis moriendum non 36
est, sed ad instar Angelorum erunt, &
populus regni filii Dei vocati erunt.

Quia verò resurgant mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit Dominum,
37 Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροί, καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει Κύριον,
Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Jacob. Deus autem non est mortuorũ,
38 τὸν Θεὸν Ἀβραάμ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰσαάκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακώβ. Θεὸς δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν,
sed vivorum: omnes enim ei vivunt. Respondentes autem quidam Scri-
39 ἀλλὰ ζώντων· πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν. Ἀποκριθέντες δέ τινες τῶν Γραμ-
barum, dixerunt; Magister, pulchrè dixisti. Non ampliùs autem audebant interrogare
40 ματέων, εἶπον, Διδάσκαλε, καλῶς εἶπας. Οὐκ ἔτι δὲ ἐτόλμων ἐπερωτᾷν σμδ β
eum quicquam. Dixit autem ad illos; Quomodò dicunt Christum filium David
41 αὐτὸν οὐδέν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Πῶς (ς) λέγουσι τὸν Χριστὸν υἱὸν Δαβὶδ ΟΓ'
esse, Et ipse David dicit in libro Psalmorum; Dixit Dominus Domino meo,
42 εἶναι, Καὶ αὐτὸς Δαβὶδ λέγει ἐν βίβλῳ ψαλμῶν, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, σμε β
Sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
43 Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου;
David ergò Dominum illum vocat: & quomodò filius ejus est? Audiente
44 Δαβὶδ οὖν (σ) Κύριον αὐτὸν καλεῖ· καὶ πῶς (τ) υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν; Ἀκούοντος σμϛ β
45 autem omni populo, dixit discipulis suis; Attendite à Scribis
46 δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Προσέχετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων
volentibus ambulare in stolis, & amantibus salutationes in foris, &
τῶν θελόντων (υ) περιπατεῖν ἐν στολαῖς, καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ
primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in cœnis: Qui
47 πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ (φ) πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις· Οἳ
devorant domos viduarum, & specie longa precantur. Hi acci-
σμζ η κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται. Οὗτοι λή-
pient majorem damnationem.
ψονται περισσότερον κρίμα.

CAP. XXI. κα'.

1 Respiciens autem vidit mittentes munera sua in gazophylacium
ΟΔ' Ἀναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον
2 divites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem illuc duo minuta,
πλουσίους. (α) Εἶδε δὲ καί τινα χήραν πενιχρὰν βάλλουσαν ἐκεῖ δύο λεπτά,
3 Et dixit; Verè dico vobis, Quia vidua pauper hæc plus omnibus misit.
Καὶ εἶπεν, Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, Ὅτι ἡ χήρα ἡ πτωχὴ αὕτη πλεῖον πάντων ἔβαλεν.
4 Omnes enim hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei:
Ἅπαντες γὰρ οὗτοι ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ·
hæc autem ex postremitate sua omnem victum quem habuit, misit. Et quibusdam
αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς ἅπαντα τὸν βίον ὃν εἶχεν ἔβαλε. Καί τινων
5 dicentibus de templo, quòd lapidibus pulchris & donis ornatum esset,
λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ (β) ἀναθήμασι κεκόσμηται,
6 dixit; Hæc quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super
εἶπε, Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ
lapidem, qui non destruatur.
λίθον, ὃς οὐ καταλυθήσεται.

MS. A. (ς) λέγουσίν τινες τὸν (σ) αὐτὸν Κύριον (τ) αὐτοῦ υἱός (υ) ἐν στολαῖς περιπατεῖν, (φ) πρωτοκλησίας ΚΕΦ. κα'. MS. A. (α) Εἶδεν δέ τινα καὶ χήραν (β) ἀναθέμασι

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

37 ܕܩܝܡܝܢ ܕܝܢ ܡܝܬܐ ܐܦ ܡܘܫܐ ܚܘܝ܂ ܐܕܟܪ ܓܝܪ ܒܣܢܝܐ ܟܕ ܐܡܪ܂ ܡܪܝܐ ܐܠܗܗ *
38 ܕܐܒܪܗܡ ܘܐܠܗܗ ܕܐܝܣܚܩ ܘܐܠܗܗ ܕܝܥܩܘܒ܂ * ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܠܐ ܗܘܐ ܕܡܝܬܐ ܐܠܐ ܕܚܝܐ܂
39 ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܠܗ ܚܝܝܢ܂ * ܘܥܢܘ ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܣܦܪܐ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ܂ ܡܠܦܢܐ
40 ܫܦܝܪ ܐܡܪܬ܂ * ܘܠܐ ܬܘܒ ܐܡܪܚܘ ܠܡܫܐܠܘܗܝ ܥܠ ܡܕܡ܂ *
41 * ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܐܝܟܢܐ ܐܡܪܝܢ ܣܦܪܐ ܥܠ
42 ܡܫܝܚܐ ܕܒܪܗ ܗܘ ܕܕܘܝܕ܂ * ܘܗܘ ܕܘܝܕ ܐܡܪ ܒܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪܐ܂ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܡܪܝ܂
43 ܬܒ ܠܟ ܡܢ ܝܡܝܢܝ܂ * ܥܕܡܐ ܕܐܣܝܡ ܒܥܠܕܒܒܝܟ ܟܘܒܫܐ ܠܪܓܠܝܟ܂ * ܐܢ ܕܘܝܕ ܗܟܝܠ
44 ܡܪܝ ܩܪܐ ܠܗ܂ ܐܝܟܢܐ ܒܪܗ ܗܘ܂ * ܘܟܕ ܫܡܥ ܟܠܗ ܥܡܐ ܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ܂
45 * ܐܙܕܗܪܘ ܡܢ ܣܦܪܐ ܕܨܒܝܢ ܠܡܗܠܟܘ ܒܐܣܛܠܐ܂ ܘܪܚܡܝܢ ܫܠܡܐ ܒܫܘܩܐ܂ ܘܪܝܫ
46 ܡܘܬܒܐ ܒܟܢܘܫܬܐ܂ ܘܪܝܫ ܣܡܟܐ ܒܚܫܡܝܬܐ܂ * ܗܢܘܢ ܕܐܟܠܝܢ ܒܬܐ
47 ܕܐܪܡܠܬܐ ܒܥܠܬܐ ܕܡܘܪܟܝܢ ܨܠܘܬܗܘܢ܂ ܗܢܘܢ ܢܣܒܘܢ ܕܝܢܐ ܝܬܝܪܐ܂ *

1 * ܚܪ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܒܥܬܝܪܐ ܕܪܡܝܢ ܗܘܘ ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ ܒܝܬ ܓܙܐ܂ * ܘܚܙܐ ܐܦ
2 ܐܪܡܠܬܐ ܚܕܐ ܡܣܟܢܬܐ ܕܐܪܡܝܐ ܬܪܬܝܢ ܡܢܝܢ܂ * ܘܐܡܪ܂ ܫܪܝܪܐܝܬ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܂ ܕܗܕܐ
3 ܐܪܡܠܬܐ ܡܣܟܢܬܐ ܐܪܡܝܬ ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܠܢܫ܂ * ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܡܢ ܡܐ ܕܝܬܝܪ
4 ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܪܡܝܘ ܒܝܬ ܩܘܪܒܢܐ ܕܐܠܗܐ܂ ܗܕܐ ܕܝܢ ܡܢ ܒܨܝܪܘܬܗ ܟܠܗ ܩܢܝܢܐ ܕܐܝܬ
ܗܘܐ ܠܗ ܐܪܡܝܬ܂ * ܘܟܕ ܐܢܫܝܢ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܗܝܟܠܐ ܕܒܟܐܦܐ ܫܦܝܪܬܐ
5 ܘܒܩܘܪܒܢܐ ܡܨܒܬ܂ * ܐܡܪ ܝܫܘܥ܂
6 ܗܠܝܢ ܕܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ܂ ܢܐܬܘܢ ܝܘܡܬܐ ܕܒܗܘܢ ܠܐ ܬܫܬܒܩ ܟܐܦ ܥܠ ܟܐܦ ܕܠܐ ܬܫܬܪܐ܂

Surrecturos autem mortuos Moyses quoque demonstravit: rememoravit enim in rubo, dum ait; Dominus Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob. Deus autem non est mortuorum, sed vivorum: omnes enim vivunt ei. Responderunt autem quidam ex Scribis, & dicunt ei; Doctor, perbellè dicis. Nec ampliùs ausi sunt interrogare eum ulla de re.

Ad oblationem dominicæ quintæ post Epiphaniam. 64.

Porrò dicebat eis, Quomodò dicunt Scribæ de Messia, eum esse filium David? Quomodò ipse David dixerit in libro Psalmorum; Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris mea, Donec ponam hostes tuos sub pedibus tuis. Si David ergò vocat eum, Dominum meum, quomodò filius ejus est? Et audiente universo populo, dixit discipulis suis; Cavete à Scribis qui volunt ambulare cum stolis, & amant salutationem in plateis, primósque consessus in synagogis, & primos accubitus in cœnis. Isti devorant domos viduarum, eâ occasione quòd prorogent orationes suas: isti subibunt gravius judicium.

CAP. XXI.

Contemplatus autem Jesus divites illos qui conjiciebant in ærarium oblationes suas; Vidit etiam viduam quandam pauperrimam conjicientem obolos duos. Et ait; Verè dico vobis, hæc vidua pauper conjecit plusquàm omnes. Hi enim omnes ex eo quod redundabat eis, conjecerunt in locum oblationis Dei: hæc autem ex penuria sua quicquid possidebat, conjecit.

Ad oblationem festo crucis. 65.

Quumque dicerent quidam de templo, quòd lapidibus pulcherrimis oblationibúsque ornatum esset: dixit eis Jesus; In his quæ spectatis, venient dies quibus non relinquetur lapis super lapidem, quin destruatur.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

37 *وموسي نيز پيشتر † ياد كرد * ودر تلو كفت * وقتي كه مي كفت خدا خداي †
38 ابرهيم * خداي † اسحق * خداي † يعقوب * * نبود خداي مردكان * الا خداي
39 زندكان * زيرا ايشان همه † براي او زنده اند * * كساني از معتزلان كفتند معلم خوش كفتي *
40 * ديكر كسي كستاخي نكرد كه از و چيزي پرسد   صد هجده   يهوديان مي
41 كفتند مسيح پسر داودست   * عيسي بديشان كفت چكونه دانشمندان بر مسيح
42 مي كويند * فرزند † داودست * * و داود در كتاب † مزامير كفت كه خداوند بخداي من كفت
43 44 بر دست راست من بنشين * * تا انكه كه دشمنان ترا زير پاي تو نهاده شود * * چون داود ورا
45 خداوند خواند * چكونه فرزند داود باشد * * ومسيح نظر كرد كه همه خلايق كوش بدو مي
46 داشتند * بشاكردان خود كفت * * از دانشمندان † پرهيز داريد * كه مي خواهند كه
بطيلسانها † كردند * وسلام در بازارها دوست † دارند * وبالاتر از جماعت بنشينند * ودر
47 مجلسها * ومحفلها * سينه وصدرا كزينند * * ايشان كه بحيلت نمازهاء خودرا مي
دارند * خانهء بيوه † زنانرا مي خورند * ودر روز پرسش داوري ايشان بزرك باشد

Et Moses etiam ulteriùs commemoravit, & in rubo dixit, quo tempore dixit Deus, Deus sum Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob. Non est Deus mortuorum, sed Deus viventium: quia illi omnes ei vivunt. Quidam ex Pharisæis dixerunt; Præceptor, benè dixisti. Et nemo alius ausus est, ut ab eo quidquam interrogaret.

CXVIII. Judæi dixerunt, Christus filius David est.

Jesus illis dixit; quomodo Sapientes de Christo dicunt, Filius David est? Et David in libro Psalmorum dixit; Dominus Deo meo dixit, Ad manum dexteram meam sede, usque ad tempus quo hostes tui sub pedibus tuis positi sint. Cum David eum Dominum vocet, quomodo filius David sit? Et Christus, observato quòd omnis turba ei aurem præberent, discipulis suis dixit; A sapientibus cavete, qui volunt in stolis incedere, & salutationem in plateis amant, & superiùs quàm congregatio sedent, & in consessibus & conciliis anteriorem præcipuumque locum eligunt. Illi sunt qui per dolum precibus suis habitis domos viduarum comedunt: & in die inquisitionis judicium eorum magnum erit.

Versio VULGATA LATINA.

37 Quia verò resurgant mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit Domi-
38 num, Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Jacob. Deus autem non est mor-
39 tuorum, sed vivorum: omnes enim vivunt ei. Respondentes autem quidam
40 Scribarum, dixerunt ei; Magister, benè dixisti. Et ampliùs non audebant eum
41 quidquam interrogare. Dixit autem ad illos; Quomodò dicunt Christum, fili-
42 um esse David? Et ipse David dicit in libro Psalmorum; Dixit Dominus Do-
43 mino meo, Sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum
44 tuorum? David ergò Dominum illum vocat: & quomodò filius ejus est? Audi-
45 ente autem omni populo, dixit discipulis suis; Attendite à Scribis, qui volunt
46 ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synago-
gis, & primos discubitus in conviviis: Qui devorant domos viduarum, simu- 47
lantes longam orationem. Hi accipient damnationem majorem.

CAP. XXI.

Respiciens autem, vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium, divi- 1
tes. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. 2
Et dixit; Verè dico vobis, Quia vidua hæc pauper, plus quàm omnes misit. 3
Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod 4
deest illi, omnem victum suum quem habuit, misit. Et quibusdam dicentibus de 5
templo, quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit; Hæc quæ videtis, 6
venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

37 * فأما أن الموتى يقومون فقد أبدى ذلك موسى في العليقة لقول الرب له أنا إله إبرهيم وإله
38 إسحق وإله يعقوب * ليس إله موتى بل أحياء لأن جميعهم به يحيون * فأجاب قوم من
39 الكتبة قائلين يا معلم حسنا قلت * ولم يتجاسروا بعد أن يسألوه عن شي •
40 • الفصل الثالث والسبعون • * ثم قال لهم كيف يقال أن المسيح ابن
41 داود هو * وداود يقول في كتاب المزامير قال الرب لربي اجلس عن يميني * حتى أضع أعداءك
42 تحت قدميك * فداود يسميه ربه وكيف هو ابنه * وفيما الشعب جميعه يسمع قال لتلاميذه
43 * احذروا الكتبة الذين يحبون أن يمشوا بالحلل • ويحبون السلام في الأسواق • وصدور
44 المجالس في الجموع • وأوائل المتكآت في الولائم * الذين يأكلون بيوت الأرامل بعلة تطويل
45 صلواتهم فهم يأخذون أعظم دينونة • • الفصل الرابع والسبعون •
46 * ثم نظر إلى أغنياء يلقون قرابينهم في خزانة الهيكل * ورأى أيضا أرملة مسكينة قد
47 ألقت هناك فلسين * فقال أمين أقول لكم أن هذه الأرملة المسكينة قد ألقت أكثر من
جميعهم * لأن هؤلاء كلهم ألقوا قرابين مما يفضل عنهم وهذه مع إعوازها ألقت جميع
ما كان لها كيانها * وفيما قوم يقولون عن الهيكل أنه مزين بالحجارة الحسان والخدام قال
* هذا الذي ترونه سوف تأتي أيام لا يترك فيه حجر على حجر إلا ويهدم •

Verùm quòd mortui resurgant, innuit id Moses, in rubo dicente Domino ad ipsum; Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob: 37 *Non Deus mortuorum, sed vivorum: quia omnes in eo vivunt.* 38 *Responderunt quidam ex Scribis, dicentes; Magister, benè dixisti.* 39 *Et non ausi sunt impòsterum interrogare eum de re ulla.* 40

Sectio septuagesima tertia.

Prætereà dixit illis; Quomodò dicitur quòd Christus sit filius David, 41 *Cum David dicat in libro psalmorum, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextera mea,* 42 *Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis?* 43 *Itaque David vocat illum Dominum suum: quomodò ergò est filius ejus?* 44 *Et dum populus universus audiret, dixit discipulis suis;* 45 *Cavete à Scribis qui amant ambulare cum stolis, & amant salutationem in foris, & præcipuas sedes in synagogas, & primos discubitus in conviviis.* 46 *Qui comedunt domos viduarum prætextu prolixitatis precum suarum. At ipsi accipient summam damnationem.* 47

Sectio septuagesima quarta.

CAP. XXI.

Deindè respexit in divites quosdam jacientes munera sua in ærarium templi, 1 *Viditque etiam viduam pauperem injecisse illuc minuta duo.* 2 *Quapropter dixit, Amen dico vobis, hanc viduam pauperculam plus immisisse quàm ii omnes.* 3 *Nam hi omnes immiserunt munera ex eo quod superest illis: hæc autem cum inopia sua immisit quicquid habebat pro victu suo.* 4 *Et dum quidam dicerent de templo quòd esset ornatum lapidibus pulchris, & cælaturis, dixit;* 5 *In hoc quod videtis, venient dies quibus non relinquetur lapis super lapidem quin destruatur.* 6

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

37 ወከመሰ:ይሐይዉ:ምዉታን:ሙሴሂ:ነገረ:ከመ:ይቤሎ: እግዚአ:ብሔር:በኀበ:ዕፀ:ባ
ጦስ:: አነ:ውእቱ:አምላከ:አብርሃም:ወአምላከ:ይስሐቅ:ወአምላከ: ያዕቆብ::=
38 ሊቃነ፡ አምላክ: ምዉታን: አላ:አምላከ: ሕያዋን:ውእቱ:እስመ:ኵሎሙ:ሕያዋ
39 ን: እሙንቱ: በኀቤሁ::= ወአውሥኡ: ጸሐፍት: ወይቤሉ: ሊቅ:ሠናየ:ትቤ::=
40 ወአልቦ : እንከ : መኑሂ : ዘተኀበለ : ይስአሎ::=
በእንተ : ዘከመ : ተስእሎሙ : እግዚእነ : ለፈሪሳውያን::=
41 ወይቤሎሙ:እግዚእ: ኢየሱስ: ለፈሪሳውያን: እፎኑ:ይብልዎ: ለክርስቶስ:ወልደ:ደዊ
42 ት::= ወለሊሁ:ደዊት:ይቤ:በመጽሐፈ:መዝሙር::ይቤሎ:እግዚእ:ለእግዚእየ:ን
43 በር:በየማንየ:= እስከ: አገብኦሙ: ለጸላእትከ : ታሕተ : መከየደ : እግሪከ::=
44 ዘለሊሁ:እንከ:ደዊት:እግዚእየ:ይቤሎ:እፎ:እንከ:ይከውኖ:ወልደ::= ወእንዘ:ኵ
45 ሎሙ:ሕዝብ:ይሰምዑ:ይቤሎሙ:ለአርዳኢሁ:= ተዐቀቡዎሙ: ለጸሐፍት: እለ:
46 የሐውሩ:ያንሶሰዉ:ተላቢሶሙ:ወያፈቅሩ: ተአምኆ:በመሠያጥት:ወነቢረ:ፍጽመ:በ
47 ምኵራባት:ለዐዋይድ:ወርእሰ:ምርፋቅ:በውስተ:መሳትት::= እለ: ይውኅጥዎ:ለአብ
ያተ:መበለታት: ወይትሜየኑ: ነዋኀ:መክንያተ: እለ:ያነውኁ:ጸሎተ:እሙንቱ: ይነሥ
ኡ:ዘየዐቢ : ደይነ::= በእንተ: ክልኤቱ : ጸሪቅ:=
1 ወነጸረ:ወርእየ:አብዕልተ:እለ:ያበውኡ:መባአሙ:ውስተ:ሙዳየ:መጽዋት::=ወ
2 ርእየ:እቤረ:መበለተ:አብእተ:ክልኤ:ጸሪቀ:= ወይቤሎሙ:እግዚእ:ኢየሱስ:ለአር
3 ዳኢሁ: አማን: አብለክሙ: ከመ: ዛቲ:እቤር: ነዳይት: አብዝኀት : አብአ : መባአ:
4 ለእግዚአብሔር::= እስመ:እሉ:ኵሎሙ: እምተረፈሙ:አብኡ:ለእግዚአብሔ
5 ር:ወዛቲሰ:እምተፅናሳ:ኵሎ: ጥሪታ:ዘባ: አብአት::= ወቦእለ: ይቤልዎ: በእንተ:
6 ቤተ:መቅደስ:መኑ:ሠናይ:እበኒሁ:ወስርግው:ንድቁ::= ወይቤሎሙ:ትሬእዩኑ: ዘ
ንተ:ይመጽእ:መዋዕል:አመ: ኢይትኀደግ: ዝየ:እብን:ደበ:እብን: ዘኢይትነሠት::=

Et quòd vivent mortui, Moses indicavit quomodo dixerat ei Deus apud rubum, 37
Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob. Non fuit igitur Deus 38
mortuorum, sed Deus viventium est: quia omnes vivi sunt apud eum. Et respon- 39
derunt scribæ, & dixerunt; Magister, benè dicis. Et non fuit ampliùs aliquis 40
qui audebat interrogare eum.

De eo quòd interrogat Dominus noster Pharisæos.

Et dixit Dominus Jesus Pharisæis, Quomodo dicunt Christum filium esse David: 41
Et ipse David dicit in libro Psalmorum; Dixit Dominus Domino meo, Sede in 42
dextra mea, Usquedum reducam inimicos tuos, sub scabellum pedum tuorum? 43
Ipse igitur quem David Dñm meum vocat, quomodo igitur erit filius ejus? Et 44
omnibus populis audientibus, dixit discipulis suis; Attendite scribas, qui volunt 45
ambulare stolati, & amant salutationes in foris, & sedere summo *loco* in conven- 46
tibus, & capitalem accubitum in conviviis: Qui devorant domos viduarum, & 47
circumveniunt longâ excusatione, prolongantes orationem: isti accipient majo-
rem damnationem.

CAP. XXI. *De duobus minutis.*

Et intuitus est, & vidit divites proferentes munera sua in *locum* eleemosyna-
rum. Et vidit viduam pauperrimam offerentem duo minuta. Et dixit Dominus 1
Jesus discipulis suis; Amen, dico vobis, quòd hæc vidua egena abundantius ob- 2
tulit munus Deo. Quia hi omnes ex reliquiis suis obtulerunt Deo: & hæc ex 3
penuria sua omnes reliquias quas habuit, obtulit. Et fuerunt *quidam* qui dice- 4
bant ei de Domo sancta, quàm pulchri *essent* lapides ejus, & ornatum ædificium 5
ejus. Et dixit iis, Videtisne hæc? veniet dies quando non relinquetur hic la-
pis super lapidem qui non destruetur. 6

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

1 فصل نوزده • ذكر زني كه دو كروهه ريسمان در خزينه انداخت * وعيسي درا
2 توانكران مي نكريد كه قربان خودرا در خزينه مي انداختند * وديد بيوه زن مسكين • كه
3 دو كروهه † ريسمان † انداخت • * عيسي كفت راست بشما بكويم اين بيوه زن مسكين • از همه
4 بيشتر انداخت • * سبب آنك ايشان همه از افزوني خود هر كسي انداختند • واين از درويشي
خود • هر چه داشت انداخت • فصل بيست براي عمارت كه خراب شود
5 * كساني بر هيكل † نكاه مي كردند • ومي كفتند • بسنكهاء خوب • واساسها كزين وقربانها
6 آراسته است • عيسي بديشان كفت * اينهارا كه مي بينيد • روزها بيايد كه سنك بر سنك
درين هيكل نماند • تا از يكديكر † كشاده نشود

CXIX. Historia mulieris quæ duos glomos fili in gazophylacium injecit.

CAP. XXI.

Jesus autem divites intuitus est, qui oblationes suas in gazophylacium injecerunt. 1 *Et visâ viduâ paupere, quæ duos glomos fili injecit,* 2 *Jesus dixit; Verè vobis dico, Hæc vidua pauper plus quàm omnes injecit:* 3 *Eò quòd illi omnes ex abundantiâ sua singuli injecerunt: hæc verò ex inopia sua quicquid habuit injecit.* 4

CXX. De ædificio, quod destruendum erat.

Quidam in templum intuebantur, et dicebant; Lapidibus pulchris, et fundamentis electis, et donariis ornatum est: 5 *Jesus illis dixit; Hæc sunt quæ spectant: dies venient, quando lapis super lapidem in hoc templo non manebit, quin unus ab alia dissolutus sit.* 6

Interrogaverunt autem illum, dicentes; Præceptor, quando igitur hæc erunt? &
7 Ἐπηρώτησαν δὲ αὐτὸν, λέγοντες, Διδάσκαλε, πότε οὖν ταῦτα ἔσται; καὶ
quod signum cùm *futurum est hæc fieri?* *Ille autem* dixit; Videte ne
8 τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι; Ὁ δὲ εἶπε, Βλέπετε μὴ
seducamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes; Quia ego
πλανηθῆτε· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ὅτι ἐγώ
sum: & tempus appropinquavit: *ne ergò eatis* post eos. Cùm autem
9 εἰμι· καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε· μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν. Ὅταν δὲ
audieritis prælia & seditiones, *ne terreamini:* oportet enim hæc fieri
ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε· δεῖ γὰρ (γ) ταῦτα γενέσθαι
primùm, sed *non* statim finis. Tunc dicebat illis; *Excitabitur* gens
10 πρῶτον, ἀλλ' οὐκ εὐθέως τὸ τέλος. Τότε ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἐγερθήσεται ἔθνος
contra gentem, & regnum adversus regnum. Terræmotúsque magni per
11 (δ) ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν. (ε) Σεισμοί τε μεγάλοι κατὰ
loca, & fames, & pestilentiæ erunt: terrorésque & signa de cœlo magna
τόπους, καὶ λιμοὶ, καὶ λοιμοὶ ἔσονται· φόβητρά τε καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ μεγάλα
erunt. Ante *autem* hæc omnia injicient *in vos* manus suas,
12 ἔσται. Πρὸ δὲ τούτων (*) ἁπάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν,
& persequentur, tradentes in synagogas & custodias, *adductos* ad reges
καὶ διώξουσι, παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς καὶ φυλακὰς, ἀγομένους ἐπὶ βασιλεῖς
& præsides, propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium.
13 καὶ ἡγεμόνας ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου. Ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν εἰς μαρτύριον.

σμθ β | OE' | σνα β

Ponite ergò in *corda vestra*, non præmeditari *defendi.* Ego
(ζ) Θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι. Ἐγὼ
enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere *neque* resistere
γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν (η) οὐδὲ ἀντιστῆναι
omnes *adversantes vobis.* Trademini autem & à parentibus, & fratri-
πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν. Παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων, καὶ ἀδελ-
bus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis
φῶν, καὶ (θ) συγγενῶν, καὶ φίλων· καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν. Καὶ ἔσεσθε
exosi ab omnibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro
μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου. Καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν
non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Cùm
οὐ μὴ ἀπόληται. Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν (ι) κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Ὅταν
autem videritis circum*datam* ab *exercitibus* Hierusalem, tunc scitote quia
δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε γνῶτε ὅτι
appropinquavit desolatio ejus. Tunc qui in Judæa, fugiant in
(κ) ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φευγέτωσαν εἰς
montes: & qui in medio ejus, discedant: & qui in regionibus, non
τὰ ὄρη· καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτῆς, ἐκχωρείτωσαν· καὶ οἱ ἐν ταῖς χώραις, μὴ
intrent in eam.
εἰσερχέσθωσαν εἰς αὐτήν.

σνβ ι | σνγ β | σν α

MS. A. (γ) γενέσθαι ταῦτα (δ) ἐπ' ἔθνος, (ε) Σεισμοὶ μεγάλοι (*) πάντων (ζ) Θέτε οὖν ἐν ταῖς καρδίαις (η) ἢ ἀντιστῆναι (θ) συγγενῶν, (ι) κτήσεσθε (κ) ἤγγισεν

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

7 * ܘܡܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܘܐܡܪܝܢ. ܡܠܦܢܐ. ܐܡܬܝ ܗܠܝܢ ܢܗܘܝܢ. ܘܡܢܐ ܗܝ ܐܬܐ ܡܐ
8 ܕܩܪܒܢ ܗܠܝܢ ܠܡܗܘܐ. * ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܚܙܘ ܠܡܐ ܬܛܥܘܢ. ܤܓܝܐܐ ܓܝܪ
ܢܐܬܘܢ ܒܫܡܝ. ܘܐܡܪܝܢ ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܡܫܝܚܐ. ܘܙܒܢܐ ܩܪܒ. ܠܐ ܬܐܙܠܘܢ ܒܬܪܗܘܢ.
9 * ܡܐ ܕܫܡܥܬܘܢ ܕܝܢ ܩܪܒܐ ܘܫܓܘܫܝܐ ܠܐ ܬܙܘܥܘܢ. ܥܬܝܕܢ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܠܡܗܘܐ
10 ܠܘܩܕܡ. ܐܠܐ ܠܐ ܥܕܡܐ ܗܘ ܫܘܠܡܐ. * ܢܩܘܡ ܓܝܪ ܥܡܐ ܥܠ ܥܡܐ ܘܡܠܟܘ ܥܠ
11 ܡܠܟܘ. * ܘܙܘܥܐ ܪܘܪܒܐ ܢܗܘܘܢ ܒܕܘܟ ܕܘܟ. ܘܟܦܢܐ ܘܡܘܬܢܐ. ܘܢܗܘܘܢ ܕܚܠܬܐ
12 ܘܫܘܪܥܐ. ܘܐܬܘܬܐ ܪܘܪܒܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܢܬܚܙܝܢ. ܘܣܬܘܐ ܪܘܪܒܐ ܢܗܘܘܢ. * ܩܕܡ ܕܝܢ ܗܠܝܢ
ܟܠܗܝܢ. ܢܪܡܘܢ ܥܠܝܟܘܢ ܐܝܕܝܐ ܘܢܪܕܦܘܢܟܘܢ. ܘܢܫܠܡܘܢܟܘܢ ܠܟܢܘܫܬܐ ܘܠܒܝܬ
13 ܐܣܝܪܐ. ܘܢܩܪܒܘܢܟܘܢ ܩܕܡ ܡܠܟܐ ܘܗܓܡܘܢܐ ܡܛܠ ܫܡܝ. * ܘܬܗܘܐ ܠܟܘܢ ܕܝܢ
14 ܠܣܗܕܘܬܐ. * ܣܝܡܘ ܕܝܢ ܒܠܒܟܘܢ. ܕܠܐ ܬܗܘܘܢ ܡܬܒܛܠܝܢ ܠܡܦܩ ܪܘܚܐ. * ܐܢܐ
15 ܓܝܪ ܐܬܠ ܠܟܘܢ ܦܘܡܐ ܘܚܟܡܬܐ. ܐܝܟܐ ܕܠܐ ܢܫܟܚܘܢ ܠܡܩܡ ܠܘܩܒܠܗ ܟܠܗܘܢ
16 ܒܥܠܕܒܒܝܟܘܢ. * ܢܫܠܡܘܢܟܘܢ ܕܝܢ ܐܒܗܝܟܘܢ. ܘܐܚܝܟܘܢ. ܘܐܚܝܢܝܟܘܢ. ܘܪܚܡܝܟܘܢ.
17 ܘܢܡܝܬܘܢ ܡܢܟܘܢ. * ܘܬܗܘܘܢ ܣܢܝܐܝܢ ܡܢ ܟܠ ܐܢܫ ܡܛܠ ܫܡܝ. * ܘܡܙܠܬܐ ܡܢ
18
19 ܪܝܫܟܘܢ ܠܐ ܬܐܒܕ. * ܒܡܣܝܒܪܢܘܬܟܘܢ ܩܢܘ ܢܦܫܬܟܘܢ. * ܡܐ ܕܝܢ
20 ܕܚܙܝܬܘܢ ܠܐܘܪܫܠܡ ܕܚܕܝܪܐ ܠܗ ܡܫܪܝܬܐ. ܗܝܕܝܢ ܕܥܘ ܕܩܪܒ ܠܗ ܚܘܪܒܗ. * ܗܝܕܝܢ
21 ܐܝܠܝܢ ܕܒܝܗܘܕ ܢܥܪܩܘܢ ܠܛܘܪܐ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܓܘܗ̇ ܢܦܩܘܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܩܘܪܝܐ
ܠܐ ܢܥܠܘܢ ܠܗ̇.

Et interrogabant eum, dicentes; Doctor, quando hæc erunt? quódve erit signum quando hæc proximè futura erunt? Ipse verò dixit eis; Videte ne seducamini: multi siquidem venient in nomine meo, dicéntque; Ego sum Messia: & verò tempus illud propè est: ne tamen post eos ambulaveritis. Quúmque audieritis bella, & tumultus, ne extimueritis. Futurum est enim ut hæc primùm fiant. Sed nondum pervenit finis. Insurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum. Et terræmotus ingentes futuri sunt singulis in locis; item fames & pestilentiæ: erúntque terriculamenta & pavores, & signa magna è cœlo apparebunt, imbrésque permagni erunt. Sed ante hæc omnia injicient in vos manus, vósque persequentur, & tradent vos in synagogas & carceres, & sistent vos coram regibus & præsidibus propter nomen meum. Hæc autem erunt vobis testimonio. Sed reponite in corde vestro, non esse vobis studendum in reddenda ratione. Ego enim dabo vobis os & sapientiam illam, cui non poterunt obsistere omnes inimici vestri. Tradent autem vos parentes vestri, & fratres, & consanguinei, & amici vestri, mortique adigent *nonnullos* ex vobis. Et eritis exosi omnibus propter nomen meum. Sed pilus à capite vestro non peribit. Verùm per patientiam vestram possidebitis animas vestras. Quum autem videritis Jerusalem cinctam ab exercitu, tunc scitote appropinquâsse vastationem ejus. Tunc ii qui sunt in Judæa, fugiant in montem; quique intra eam sunt, evadant: & qui sunt in agris, non ingrediantur eam.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

صد بیست یك پیغمبری مسیح بر خرابی اورشلیم واحوالهایی که خواهد شد

7 * ازو پرسیدند وگفتند • معلم اینها کی بشود • ونشان چه باشد چون این همه نزدیك شوند •
8 * او بدیشان گفت احتیاط کنید • نبادا فریفته شوید • زیرا بسیاران بنام من بیایند
9 وبگویند • منم • منم † مسیح • وقت نزدیك است در دنبال ایشان مروید • * وچون جنگها
واشغکیها بشود مترسید • واجب است که این همه زودتر بشوند • لیکن هنوز فرجام نرسید •
10 11 * برای انك اول خلق بر خلق بر خیزند • ومملکت † بر مملکت • * ودرجای جای اراجیفها
درشت شود • وتنگی وگرسنگی • ومرك بسیار • ولرز وشکوه واشوبها ونشانهاء درشت •
12 وسهمناك † پیدا شوند † از اسمان • وزمستان وسرما دراز کشد • * زودتر از انك این همه
بشود • بر شما دست بنهند وشمارا بدشمنی برانند • ودر انجمنها شمارا بسپارند • ودربند
13 وزندان بروید • وپیش ملکان • وشحنگان شمارا بکشند • برای نام من * که شمارا
14 گواهی شود • * وهیچ درون شما بران نباشد • که چون † بداوری برند • واز ما سخن
15 پرسند • چه جواب دهیم • یا چگونه کنیم † دران وقت • * منم که بشما دهن وحکمت

CXXI. Vaticinium Christi de excidio Hierosolymæ, & iis quæ eventura erant.

Eum interrogârunt, et dixerunt; Præceptor, hæc quando erunt? et signum quod erit, quando hæc omnia propinqua erunt. Ipse eis dixit; Cavete, ne decepti sitis: multi enim in nomine meo venient, et dicent; Ego sum, ego sum Christus: tempus propinquum est: post eos ne eatis. Et cum bella et commotiones fuerint, ne timeatis: oportet ut hæc omnia priùs fiant, sed nondum finis advenit. Eò quod priùs populus in populum surget, et regnum in regnum. Et in diversis locis motus validi erunt, et angustia, et fames, et mors plurima: et tremor, et terror, et tumultus, et signa dira et terribilia apparebunt de cœlo, et hyems frigúsque protrahetur. Sed priusquam hæc omnia fiant, vobis manus injicient, et vos hostiliter persequentur, et in synagogas vos tradent, et in vincula et carcerem ibitis, et ante reges et præfectos vos... bent, propter nomen meum: ut vobis testimonium sit. Nihil autem intra vos de hoc sit, quòd, cùm in judicium tulerint, et nos interrogaverint, quod responsum dabimus, aut quomodò faciemus in eo tempore. Ego sum qui vobis os et sapientiam

Versio VULGATA LATINA.

7 Interrogaverunt autem illum, dicentes; Præceptor, quando hæc erunt, & quod
8 signum cùm fieri incipient? Qui dixit; Videte ne seducamini: multi enim ve-
nient in nomine meo, dicentes quia ego sum: & tempus appropinquavit: nolite
9 ergò ire post eos. Cùm autem audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri:
10 oportet primùm hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis; Surget
11 gens contra gentem, & regnum adversùs regnum. Et terræmotus magni erunt
per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresque de cœlo, & signa magna erunt.
12 Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in
synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides, propter nomen meum:

13
Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergò in cordibus vestris, non 14
præmeditari quemadmodùm respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapien- 15
tiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes adversarii vestri. Trade- 16
mini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient 17
ex vobis: Et eritis odio omnibus propter nomen meum: Et capillus de 18
capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. 19
Cùm autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote quia appro- 20
pinquavit desolatio ejus: Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes: & qui 21
in medio ejus, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

• الفصل الخامس والسبعون •

* فسالوه قايلين يا معلم متي يكون هذا • وما العلامه اذا قربت هذه الامور ان تكون 7
* فقال لهم انظروا لا تضلوا • فان كثيرين ياتون باسمي قايلين اني انا هو والزمان قد 8
قرب فلا تتبعوهم * فاذا سمعتم بالحروب والفتن فلا تجزعوا فان هذا مومع ان يكون اولا لكن 9
لم ياتِ الانقضا * حينيذ قال لهم تقوم امه على امه ومملكه على مملكه * وتكون 10 11
زلازل عظيمه في مواضع • ويكون جوع ووبا ومخاوف وعلامات عظيمه من السما •

• الفصل السادس والسبعون •

* وقبل هذا كله يضعون ايديهم 12
عليكم ويطردونكم ويسلمونكم الي المجامع والسجون • ويقدمونكم الي الملوك والولاه
من اجل اسمي * فتكون لكم شهاده * فضعوا في قلوبكم الا تهتموا بما تحتجون به 13 14
* فاني معطيكم فما وحكمه لا يقدر الذين يناصبونكم على مقاومتها ولا الجواب عنها * وسوف 15 16
تسلمون من الاباء والاخوه والاقارب والاصدقا ويقتل منكم * وتكونون مبغضين من 17
كل احد من اجل اسمي * وشعره من روسكم لا تهلك * وبصبركم تقتنون نفوسكم 18 19
* واذا رايتم يروشليم قد احاط بها الجنود حينيذ اعلموا انه قد دنا خرابها * حينيذ 20 21
الذين في اليهوديه يهربون الي الجبال • والذين في وسطها يفرون خارجا • والذين
في الكور لا يدخلوها •

Sectio septuagesima quinta.

Interrogaverunt autem illum, dicentes; Præceptor, quando erit hoc? & quod signum, quando imminebunt hæ res ut fiant? 7
Ait illis; Videte, ne erretis: multi enim venient in nomine meo, dicentes; Equidem ego sum: & tempus jam appropinquavit: ne ergò sequamini illos. 8
Cùm autem audieritis prælia, & seditiones, ne terreamini: quia hoc futurum est ut fit primùm, sed nondum venit finis. 9
Tunc subdidit illis; Surget gens contra gentem, & regnum adversùs regnum, 10
Et erunt terræmotus magni in locis quibusdam, & erit fames, & pestis, & terrores, & signa magna de cœlo. 11

Sectio septuagesima sexta.

Et ante hæc omnia, ponent manus suas super vos, & persequentur vos, & tradent vos in synagogas & carceres, & offerent vos regibus & præfectis propter nomen meum; 12
Eritque vobis in testimonium. 13
Ponite ergò in cordibus vestris, haud esse solicitos in iis quæ ad excusationem adducturi sitis. 14
Ego enim daturus sum vobis os, & sapientiam, cui non poterunt qui se opponent vobis, contradicere, neque respondere. 15
Et quidem trademini à parentibus, & fratribus, et cognatis, et familiaribus: & occidentur ex vobis quidam. 16
Et eritis odiosi unicuique propter nomen meum. 17
Et capillus de capitibus vestris non peribit. 18
Et cum patientia vestra possidebitis animas vestras. 19
Cùmque videritis Jerusalem jam obsessam ab exercitibus, tunc scitote quòd jam appropinquavit ruina ejus. 20
Tunc qui sunt in Judæa, fugient in montes: et qui intus illam, fugient forás: & qui in ruribus, non ingredientur eam; 21

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

በእንተ ፡ ኅልቀተ ፡ ዓለም ።

7 ወተስእልዎ ፡ ወይቤልዎ ፡ እርደኢሁ ፡ ሊቅ ፡ ማእዜ ፡ ይከውን ፡ ዝንቱ ፡ ወምንተ ፡ ትእም
8 ርቱ ፡ ለም ፡ ይከውን ፡ ዝ ። ወይቤሎሙ ፡ ዑቁ ፡ ኢያስሕቱክሙ ፡ ብዙኃን ፡ ይመጽኡ ፡
በስምየ ፡ ወይብሉ ፡ አነ ፡ ውእቱ ፡ ወበጽሐ ፡ ዕድሜሁ ፡ ወኢትሖሩ ፡ ወኢትትለውዎ
9 ሙ ። ሶበ ፡ ሰማዕክሙ ፡ ቀትለ ፡ ወሀከከ ፡ ኢትደንግፁ ፡ እስመ ፡ ይከውን ፡ ይቀድም ፡
10 ከመዝ ፡ ወባሕቱ ፡ አኮ ፡ ሶቤሃ ፡ ዘይኅልቅ ። ወይቤሎሙ ፡ ይትነሣእ ፡ ሕዝብ ፡ ዲበ ፡ ሕ
11 ዝብ ፡ ወንገሥት ፡ ላዕለ ፡ ንገሥት ። ወይመጽእ ፡ ዐቢይ ፡ ድልቅልቅ ፡ ወረኃብ ፡ በበ ፡ ብሔ
12 ሩ ፡ ወፍርሃት ፡ ላዕለ ፡ ሰብእ ፡ ወታእምር ፡ ዐቢይ ፡ ይከውን ፡ ወክቡር ። ወእምቅ
ድመ ፡ ዝንቱ ፡ ኵሉ ፡ ይለኵዱክሙ ፡ ወይወስዱክሙ ፡ አዕዋደተ ፡ ወኀበ ፡ ነገሥት ፡ ወመሳፍ
13 ንት ፡ ወይመቅሕዎክሙ ፡ ወዝ ይረክበክሙ ፡ በእንተ ፡ ስምየ ። ከመ ፡ ይኩን ፡ ሰማዕ ፡
14 በዕሌሆሙ ። ወዑቁ ፡ ኢትሐልዩ ፡ በልብክሙ ፡ ዘትብሉ ። አነ ፡ እሁበክሙ ፡ አ
15 ፉ ፡ ወጥበበ ፡ በዘ ፡ ኢይክሉክሙ ፡ ተቃውሞተክሙ ፡ ወይትነሣእ ፡ ላዕሌክሙ ።
16 ወያገብኡክሙ ፡ አዝማዲክሙ ፡ ወአኃዊክሙ ፡ ወአዕርክቲክሙ ፡ ቢጽክሙ ።
17 ወኵሉ ፡ ይጸልአክሙ ፡ በእንተ ፡ ስምየ ፡ ወይቀትሉክሙ ። ወኢይትሐጐል ፡
18 ሠዕርተ ፡ ርእስክሙ ። ወበትዕግሥትክሙ ፡ ታጠርይዋ ፡ ለነፍስክሙ ።
19 ወሶበ ፡ ርኢክሙ ፡ ዓገትዋ ፡ ሰራዊት ፡ ለኢየሩሳሌም ፡ አእምሩ ፡ ከመ ፡ በጽሐ ፡ ሙስ
20 ናሃ ። ይእተ ፡ ዕለተ ፡ እለ ፡ ውስተ ፡ ይሁዳ ፡ ይጕየዩ ፡ ውስተ ፡ አድባር ፡ ወእለሂ ፡
21 ማእከላ ፡ ይወፅኡ ፡ እምኔሃ ፡ ወእለሂ ፡ ውስተ ፡ በሐውርት ፡ ኢይበውእዋ ።

De fine mundi.

Et interrogârunt eum, & dixerunt ei discipuli ejus; Magister, quando erit hoc? 7
& quid signum quando futurum est hoc? Et dixit iis, Videte ne seducant vos: 8
multi venient in nomine meo, & dicent; Ego sum, & appropinquavit tempus
ejus: & ne abeatis neque sequamini eos. Quum audieritis bellum, & seditio- 9
nem, ne terremini: quia erit priùs sic, veruntamen non statim finis erit. Et dixit 10
8 صد سي ويك اوردن مسيح رابيش هيرودس * چون هيرودس عيسي را ديد سخت شاد
شد • براي انك ديروقت بود كه ديدار عيسي را مي جست • وبسيار چيزها ازو شنيده بود • مي
9 بنداشت كه بدو ايات وشكفتيها نمايد * وبسيار سخن ازعيسي برسيد • او بدو جواب نداد
10 * بزركان وامامان • ودانشمندان ايستاده بودند • وازحد بيرون درهلاك او مي كوشيدند

Ego quidem in hoc viro nihil causæ
invenio. Illi autem vociferabantur, 5
et dicebant; Gentē nostrā conturbat,
& universam terram Judææ solici-
tat, à Galilæa usque huc. Cùm Pi- 6
latus nomen Galilææ audiret, inter-
rogavit num hic vir Galilæus esset.
Dixerunt, Etiam. Cùm sciret quòd 7
sub potestate Herodis esset, eum ad
Herodem misit, eò quòd per eos dies
Herodes in Hierosolyma erat.

CXXXI. Adductio Christi ad Herodem.

Cùm Herodes Jesum videret, valdè 8
lætus fuit: eò quòd multum tem-
poris erat, quo Jesum videre quæ-
sierat, & multa de eo audierat; ex-
istimabat itaque quòd ei signa &
miracula ostenderet. Et multa ver- 9
ba à Jesu interrogabat, sed ille ipsi
responsum non dedit. Magnates au- 10
tem & Sacerdotes & sapientes sta-
bant, & extra modum in perniciem
ejus nitebantur.

Nihili faciens autem illum Herodes cum exercitibus suis, & illudens, ami-
11 Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας, περι-
ciens eum veste splendidam, remisit eum Pilato. Fa-
12 βαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν (γ) τῷ Πιλάτῳ. Ἐγέ-
cti sunt autem amici, hicque Pilatus & Herodes in ipsa die cum invicem:
νοντο δὲ φίλοι, ὅ,τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρώδης ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετ' ἀλλήλων·
præexisterant enim in inimicitia existentes ad seipsos. Pilatus autem convo-
13 προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς. Πιλάτος δὲ συγκαλεσά-
cans principes sacerdotum, & magistratus, & populum, Dixit ad illos;
14 μενος τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ τὸν λαὸν, Εἶπε πρὸς αὐτοὺς,
Obtulistis mihi hominem hunc, quasi avertentem populum,& ecce ego
Προσηνέγκατέ μοι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαὸν, καὶ ἰδοὺ ἐγὼ
coram vobis interrogans, nullam inveni in homine isto causam, quarum ac-
ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, οὐδὲν εὗρον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ αἴτιον, ὧν κατη-
cusatis adversus eum. Sed neque Herodes: remisi enim vos ad illum,
15 γορεῖτε κατ' αὐτοῦ. Ἀλλ' οὐδὲ Ἡρώδης· ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτόν,
& ecce nihil dignum morte est actum ei. Castigans ergo il-
16 καὶ ἰδοὺ οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ. Παιδεύσας οὖν αὐ-
lum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per festum, unum.
17 τὸν (δ) ἀπολύσω. Ἀνάγκην δὲ εἶχεν ἀπολύειν αὐτοῖς κατὰ ἑορτὴν, ἕνα.
Exclamârunt autem universa turba, dicentes; Tolle hunc, dimitte autem nobis Barab-
18 Ἀνέκραξαν δὲ παμπληθεὶ, λέγοντες, Αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραβ-
bam: Qui erat propter seditionem quandam factam in civitate & homicidium,
19 βᾶν· Ὅστις ἦν διὰ στάσιν τινὰ γενομένην ἐν τῇ πόλει καὶ φόνον,
missus in carcerem. Iterum ergo Pilatus adlocutus est volens
20 βεβλημένος εἰς φυλακήν. (ε) Πάλιν οὖν ὁ Πιλάτος προσεφώνησε θέλων
dimittere Jesum. Illi autem succlamabant, dicentes; Crucifige, crucifige e-
21 ἀπολῦσαι τὸν Ἰησοῦν. Οἱ δὲ ἐπεφώνουν, λέγοντες, Σταύρωσον, σταύρωσον αὐ-
um. Ille autem tertiò dixit ad illos; Quid enim malum fecit iste? nullam
22 τόν. Ὁ δὲ τρίτον εἶπε πρὸς αὐτούς, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν οὗτος; οὐδὲν
causam mortis inveni in eo. Castigans ergo illum dimittam. Illi autem in-
αἴτιον θανάτου εὗρον ἐν αὐτῷ. παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω. Οἱ δὲ ἐπ-
stabant vocibus magnis, postulantes eum crucifigi: & invalescebant voces
23 έκειντο φωναῖς μεγάλαις, αἰτούμενοι αὐτὸν σταυρωθῆναι· καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ
eorum, & principum Sacerdotum. At Pilatus adjudicavit fieri petitionem
24 αὐτῶν, καὶ τῶν ἀρχιερέων. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα
eorum. Dimisit autem illis propter seditioné & homicidium missum
25 αὐτῶν. (ζ) Ἀπέλυσε δὲ αὐτοῖς τὸν διὰ στάσιν καὶ φόνον βεβλημένον
in carcerem, quem petebant: at Jesum tradidit voluntati eorum. Et
εἰς τὴν φυλακὴν, ὃν ᾐτοῦντο· τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν. Καὶ
cùm abducerent eum, apprehendentes Simonem quendam Cyrenæum venientem
26 ὡς ἀπήγαγον αὐτόν, ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος (η) Κυρηναίου τοῦ ἐρχομένου
ab agro, imposuerunt illi crucem portare post Jesum.
ἀπ' ἀγροῦ, ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σταυρὸν φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ.

MS. A. (γ) Πειλάτῳ. (δ) ἀπολύσω. ** Ἀνέκραξαν δὲ πανπληθεὶ, (ε) Πάλιν δὲ ὁ (ζ) Ἀπέλυσεν δὲ τὸν διὰ (η) Κυρηναίου ἐρχομένου

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 * ܗܪܘܕܣ ܕܝܢ ܫܛܗ ܗܘ ܘܦܠܚܘܗܝ܂ ܘܟܕ ܒܙܚ ܒܗ܂ ܐܠܒܫܗ ܢܚܬܐ ܕܙܚܘܪܝܬܐ ܘܫܕܪܗ ܠܘܬ ܦܝܠܛܘܣ܂
12 * ܘܗܘܘ ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܪܚܡܐ ܦܝܠܛܘܣ ܘܗܪܘܕܣ ܥܡ ܚܕܕܐ܂ ܡܛܠ ܕܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܗܘܘ ܡܢ ܩܕܝܡ ܠܘܩܒܠ ܚܕܕܐ܂
13 * ܦܝܠܛܘܣ ܕܝܢ ܩܪܐ ܠܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܠܪܫܐ ܘܠܥܡܐ܂
14 * ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܐܝܬܝܬܘܢ ܠܝ ܠܓܒܪܐ ܗܢܐ ܐܝܟ ܕܡܗܦܟ ܥܡܟܘܢ܂ ܘܗܐ ܐܢܐ ܒܩܝܬܗ ܩܕܡܝܟܘܢ܂ ܘܠܐ ܐܫܟܚܬ ܒܗ ܒܓܒܪܐ ܗܢܐ ܥܠܬܐ ܡܕܡ ܡܢ ܟܠ ܕܡܫܬܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܠܘܗܝ܂
15 * ܐܦܠܐ ܗܪܘܕܣ܂ ܫܕܪܬ ܓܝܪ ܠܟܘܢ ܠܘܬܗ܂ ܘܗܐ ܡܕܡ ܕܫܘܐ ܠܡܘܬܐ ܠܐ ܥܒܝܕ ܠܗ܂
16 * ܐܪܕܝܘܗܝ ܗܟܝܠ ܘܐܫܪܝܘܗܝ܂
17 * ܥܝܕܐ ܓܝܪ ܗܘܐ ܕܢܫܪܐ ܠܗܘܢ ܚܕ ܒܥܐܕܐ܂
18 * ܘܩܥܘ ܟܠܗ ܟܢܫܐ ܘܐܡܪܝܢ܂ ܫܩܘܠܝܗܝ ܠܗܢܐ܂ ܘܫܪܐ ܠܢ ܠܒܪ ܐܒܐ܂
19 * ܗܘ ܕܡܛܠ ܐܣܛܣܝܣ ܘܩܛܠܐ ܕܗܘܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܪܡܐ ܗܘܐ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪܐ܂
20 * ܬܘܒ ܕܝܢ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ ܦܝܠܛܘܣ܂ ܟܕ ܨܒܐ ܕܢܫܪܐ ܠܝܫܘܥ܂
21 * ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܩܥܝܢ ܗܘܘ ܘܐܡܪܝܢ܂ ܨܠܘܒܝܗܝ ܨܠܘܒܝܗܝ܂
22 * ܗܘ ܕܝܢ ܕܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ܂ ܡܢܐ ܓܝܪ ܕܒܝܫܬܐ ܥܒܕ ܗܢܐ܂ ܥܠܬܐ ܕܫܘܝܐ ܠܡܘܬܐ ܠܐ ܐܫܟܚܬ ܒܗ܂ ܐܪܕܝܘܗܝ ܗܟܝܠ ܘܐܫܪܝܘܗܝ܂
23 * ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܬܚܦܛܘ ܒܩܠܐ ܪܡܐ܂ ܘܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܕܢܙܕܩܦ܂ ܘܥܫܢ ܗܘܐ ܩܠܗܘܢ ܘܕܪܒܝ ܟܗܢܐ܂
24 * ܘܦܝܠܛܘܣ ܦܩܕ ܕܬܗܘܐ ܫܐܠܬܗܘܢ܂
25 * ܘܫܪܐ ܠܗܘܢ ܠܗܘ ܕܡܛܠ ܐܣܛܣܝܣ ܘܩܛܠܐ ܪܡܐ ܗܘܐ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪܐ܂ ܗܘ ܕܫܐܠܘ܂ ܘܠܝܫܘܥ ܐܫܠܡ ܠܨܒܝܢܗܘܢ܂
ܥܕܡܐ ܠܫܥܐ ܬܠܬ܂ ܥ܂
26 * ܘܟܕ ܕܒܪܘܗܝ܂ ܐܚܕܘ ܠܫܡܥܘܢ ܩܘܪܝܢܝܐ ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܡܢ ܩܪܝܬܐ܂ ܘܣܡܘ ܥܠܘܗܝ ܙܩܝܦܐ ܕܢܫܩܘܠ ܒܬܪ ܝܫܘܥ܂

Herodes verò despicatui eum habuit ipse & milites ejus. Et per derisum induit eum vestibus coccineis, ac remisit eum ad Pilatum. Et eo die facti sunt amici Pilatus et Herodes inter sese: inimicitia enim fuerat antea inter eos. Convocavit autem Pilatus principes sacerdotum, & magistratus populi; Et dixit illis, Obtulistis mihi hunc hominem, tanquam pervertentem populum vestrum: & ecce, ego interrogavi eum diligenter in conspectu vestro, nullamque penitùs causam inveni in viro isto ex omnibus quibus eum culpatis. Sed ne Herodes quidem: ipsum enim remisi ad eum, & ecce nihil dignum morte factum est ei. Eum igitur castigabo, dimittamque. Mos enim erat dimittendi eis unum in Festo. Exclamavit autem universa turba, & ait; Tolle hunc, & dimitte nobis Bar-Abba. Qui quidem propter seditionem & cædem factam in civitate, conjectus fuerat in carcerem. Rursum autem allocutus est eos Pilatus, dum vellet dimittere Jesum. Illi verò vociferabantur, dicentes; Crucifige eum, crucifige eum. Ille autem tertia vice dixit eis; Quid enim mali fecit iste? nullam occasionem dignam morte inveni in eo: castigabo eum igitur, & dimittam. At ipsi instabant altâ voce, & rogabant eum, ut ipsum crucifigerent: & invalescebat vox eorum ac principum sacerdotum. Pilatus autem jussit fieri postulationem eorum. Et dimisit eis illum qui propter seditionem & cædem conjectus fuerat in carcerem, illum quem petierant: Jesum verò tradidit eorum voluntati.

Ad horam tertiam. 70.

Quumq; abducerent eum, prehenderunt Simonem Cyrenæum, qui veniebat ex villa, & imposuerunt ei crucem ferendâ ponè Jesum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

11 *هيروديس وجماعتش اورا خوار داشتند• و بعد ازانك بروي كنكل† كردند• جامه° سرخ اورا
12 پوشانيدند• و باز اورا پيش بيلاطوس فرستادند• *وازان روز بيلاطوس وهيروديس• با يكديكر
دوستان شدند سبب انك از قديم در ميان ايشان دشمني بود

صد سي دو — باز اوردن مسيح را پيش بيلاطوس

13 14 * بيلاطوس †بزركان ‡امامانرا خواند• وكدخدايان• *وبديشان كفت• اين مردرا پيش
من اورديد• بدانك ملت شما را مي كرداند وانيك برابر شما بوي عقوبت دادم• واين همه
15 كه شما مي كوييد• برين مرد نمي يابم• *وهيروديس نيز نيافت• دران وقت كه عيسي† را
16 پيش او فرستادم هيچ چيز كه مرك را شايد• نكرد• *اكنون اورا بزنيد ورها كنيد•
17 18 * ورسم داشتند† كه در هر عيد• بيلاطوس كنه كاري• ازبهر جماعت• ازاد كردي• *و در زندان
19 مردي بود كناه كار و نام او برابا• *خلايق بانك زدند كه عيسي را بر دار كن•
20 و برابارا ازاد كن• *وبراي عيسي† دكر بار بيلاطوس سخن كرد و مي خواست†
21 كه عيسي آزاد شود• *يهوديان† بانك مي زدند• ومي كفتند بردار كن• بردار كن•

At Herodes et asseclæ ejus eum contemptui habuerunt, & postquam eum ludificâssent, vestem rubram induerunt, & remiserunt eum ad Pilatum. Et ab eo die Pilatus & Herodes inter se amici facti sunt: eò quòd ab antiquo inter eos inimicitia fuerat.

CXXXII. Reductio Christi ad Pilatum.

Pilatus itaque magnates sacerdotum vocavit, & gubernatores: & eis dixit; Hunc virum ad me adduxistis, eò quòd gentem vestram pervertat: & ecce coram vobis de eo quæstionem habui, et horum omnium, quæ vos dicitis, in hoc viro nihil invenio. Et Herodes etiam nihil invenit, quo tempore Jesum ad eum misi: nihil, quod mortem mereatur, patravit. Nunc eum pellite et dimittite. Morem enim habuerant ut in singulis festis Pilatus maleficum unum populi gratiâ dimitteret. In carcere autem homo erat maleficus, cui nomen Barabbas. Turba itaque vociferabantur, Jesum quidem in crucem age, & Barabbam dimitte. Sed de Jesu iterum Pilatus sermonem fecit: cupiebat enim ut Jesus dimitteretur. Judæi clamabant, & dicebant; In crucem agito, in crucem agito.

Versio VULGATA LATINA.

11 Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo : & illusit indutum veste albâ, & re-
12 misit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die : nam anteà
13 inimici erant ad invicem. Pilatus autem convocatis principibus sacerdotum, &
14 magistratibus, & plebe, Dixit ad illos; Obtulistis mihi hunc hominem quasi
avertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inve-
15 nio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes : nam
16 remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergò
17 illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, unum.
18 Exclamavit autem simul universa turba, dicens; Tolle hunc, & dimitte nobis Ba-
19 rabbam. Qui erat propter seditionem quandam factam in civitate & homicidi-

um, missus in carcerem. Iterùm autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimit- 20
tere Jesum. At illi succlamabant, dicentes; Crucifige, crucifige eum. Ille au- 21
tem tertiò dixit ad illos; Quid enim mali fecit iste ? nullam causam mortis inve- 22
nio in eo : corripiam ergò illum, & dimittam. At illi instabant vocibus magnis 23
postulantes ut crucifigeretur: & invalescebant voces eorum. Et Pilatus adjudi- 24
cavit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidi- 25
um & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant : Jesum verò tradidit
voluntati eorum. Et cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam 26
Cyrenensem, venientem de villa : & imposuerunt illi crucem portare post
Jesum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

11 12 * واحقره هيرودس وجنده واستهزوا به * والبسوه ثيابا حمرا وارسله الي فيلاطس * فصاحب
فيلاطس وهيرودس منذ ذلك اليوم لان كان بينهما عداوة من قبل *
13 * الفصل الثالث والثمانون * فدعا فيلاطس عظماء الكهنة والروساء والشعب
14 * وقال لهم قدمتم الي هذا الرجل كمن يرد الشعب * وهاانا قد فحصت عنه امامكم فلم
15 احد في هذا الانسان علة من جميع ما تعرفونه به * ولا هيرودس ايضا لانه ارسله الينا *
16 17 وهاهوذا ليس له عمل يستحق به الموت * وانا اودبه واطلقه * وكانت لهم عادة ان يطلق لهم
18 19 اسيرا في العيد * فصاح كل الجمع قايلين خذ هذا واطلق لنا برابان * وذاك طرح في
20 السجن من اجل الفتن والقتل الذي كان في المدينة * ثم ناداهم ايضا فيلاطس واراد ان
21 22 يطلق يسوع * اما هم فصرخوا قايلين اصلبه اصلبه * فقال لهم بالثالثة اي شر صنع هذا فلم
23 احد عليه علة توجب الموت * اودبه واطلقه * فكانوا يلجون باصوات عالية ويسالونه ان
24 يصلبه * واشتدت اصواتهم واصوات روساء الكهنة * فحكم فيلاطس ان يكون غرضهم
25 * واطلق لهم ذلك الذي حبس من اجل القتل والفتن كما طلبوا * واسلم يسوع كما ارادوا *
26 * الفصل الرابع والثمانون * وبينما هم منطلقون به امسكوا واحدا جاييا
من الحقل يدعي سمعان القيرواني فحملوه الصليب خلف يسوع *

Sprevitque illum Herodes, & exercitus 11
ejus; & illuserunt ei, & induerunt il-
lum vestibus rubris, & misit illum ad
Pilatum. Et amicitias contraxerunt Pi- 12
latus & Herodes ab illa die; nam erat
inter eos inimicitia antea.

Sectio octuagesima tertia.

Vocavit autem Pilatus summos Sacer- 13
dotum, & principes, & populum, Et di- 14
xit illis; Obtulistis mihi hunc virum, ut
qui averterat populum : & ecce perquisivi
de eo coram vobis, & non inveni in hoc
homine causam ullam ex omnibus qui-
bus accusastis illum. At ne Herodes et- 15
iam; nam remisit illum ad nos. Et ecce
non est illi facin' ob quod mereatur mor-
tem. Et ego corripiam illum, & dimittam 16
eum. Erat autem illis consuetudo dimit- 17
tendi eis vinctum in festo. Et exclama- 18
vit omnis turba, dicentes; Tolle hunc,
& dimitte nobis Baranban. Isque conje- 19
ctus erat in carcerem propter seditionem
et necem quæ acciderat in civitate. Tum 20
compellavit eos iterum Pilatus, & vo-
luit dimittere Jesum. At illi exclamave- 21
runt, dicentes; Crucifige eum, crucifi-
ge eum. Dixit illis tertiò; Quod malum 22
fecit iste? non enim inveni adversus
eum causam quæ inferat mortem, Corri-
piam eum, & dimittam illum. Instabant 23
autem vocibus elatis, & postulabant ab
eo, ut crucifigeret illum : & invalue-
runt voces eorum, & voces principum
sacerdotum. Itaque judicavit Pilatus 24
fieri voluntatem eorum. Et dimisit illis 25
eum qui missus fuerat in carcerem pro-
pter necem & seditionem, prout postula-
verunt : & tradidit Jesum prout volu-
erunt.

Sectio octuagesima quarta.

Et dum ipsi ducerent eum, apprehende- 26
runt quendam venientem ex agro, qui vo-
cabatur Simon Cyrenensis, eúmque gesta-
re fecerunt crucem post Jesum.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

በእንተ ፡ ዘአስተሣለቆ ፡ ሄሮድስ ፡፡
11 ወአስተአከዮ ፡ ሄሮድስ ፡ ወወዓሊሁ ፡ ወተሰለቁ ፡ ለዐሊሁ ፡ ወአልበስዎ ፡ ንጹሐ ፡
12 ወፈነዎ ፡ ኀበ ፡ ጲላጦስ ፡፡ ወይእተ ፡ ዕለተ ፡ ተኰነኑ ፡ ሄሮድስ ፡ ወጲላጦ
13 ስ ፡ እስመ ፡ ጋእዘ ፡ ቦሙ ፡ እምቅድሜሁ ፡፡ ወጸውዖሙ ፡ ጲላጦስ ፡ ለሊቃነ ፡
14 ካህናት ፡ ወለመኳንንተ ፡ ሕዝብ ፡፡ ወይቤሎሙ ፡ አምጻእክሙዎ ፡ ኀቤየ ፡ ለ
ዝ ፡ ብእሲ ፡ ከመ ፡ ዓላዊ ፡ ሕዝብ ፡ ወናሁ ፡ አነ ፡ ሐተትክዎ ፡ በቅድሜክሙ ፡ ወአል
15 ቦ ፡ ዘረከብኩ ፡ ሉቱ ፡ ጌጋየ ፡ ለዝ ፡ ብእሲ ፡ በዘ ፡ አስተዋደይክምዎ ፡፡ ወኀበ ፡ ሄሮ
16 ድስ ፡ ፈነውኩክሙ ፡ ወናሁ ፡ አልቦ ፡ ዘገብረ ፡ በዘ ፡ ይመውት ፡፡ እቀሥፎኬ ፡ ወእ
18 ኅድጎ ፡፡ ❖❖❖❖ ወአውየው ፡ ኵሎሙ ፡ በምልኦሙ ፡ ኅቡረ ፡ ወይቤሉ ፡ አ
19 ስትቶ ፡ ለዝ ፡ ወአሕይወ ፡ ለበርባን ፡፡ ወውእቱ ፡ በርባን ፡ ዘገብረ ፡ ሃከክ ፡
17 በሀገር ፡ ወበቀቲለ ፡ ነፍስ ፡ ተሞቅሐ ፡፡ ወግብር ፡ በበ ፡ በዓል ፡ ያሕዩ ፡ ሎሙ ፡ አሐ
20 ደ ፡፡ ወካዕበ ፡ ይቤሎሙ ፡ ጲላጦስ ፡ ትፈቅዱኑ ፡ ኣሕይዎ ፡ ለክሙ ፡ ለእግዚእ
21 ኢየሱስ ፡፡ ወአውየዉ ፡ ኵሎሙ ፡ ወይቤሉ ፡ ስቅሎ ፡፡ ወይቤሎሙ ፡ ጲላ
22 ጦስ ፡ በሣልስ ፡ ምንተ ፡ እኩየ ፡ ገብረ ፡ ናሁ ፡ አልቦ ፡ ዘረከብኩ ፡ በላዕሌሁ ፡ በዘ ፡
23 ይመውት ፡ እቀሥፎ ፡ ወአሐይዎ ፡ እንከ ፡፡ ወአውየዉ ፡ በዓቢይ ፡ ቃል ፡ ወ
24 ይቤሉ ፡ ስቅሎ ፡ ወኀየለ ፡ ቃሎሙ ፡ ለሊቃነ ፡ ካህናት ፡፡ ወኰነነ ፡ ጲላጦስ ፡
25 ከመ ፡ ይኩኖሙ ፡ ፈቃዶሙ ፡፡ ወአሕየዎ ፡ ሎሙ ፡ ዘበ ፡ ቀቲለ ፡ ነፍስ ፡ ወበገ
ዐዝ ፡ ሁከት ፡ ሞቅሕዎ ፡ ዘሰአልዎ ፡ ወመጠውዎሙ ፡ እግዚእ ፡ ኢየሱስሃ ፡ ለፈቃደ
26 ሙ ፡፡ ወሶበ ፡ ወሰድዎ ፡ አኀዝዎ ፡ ለስምዖን ፡ ቀሬናዊ ፡ እንተ ፡ እምሐቅል ፡
ወአጾርዎ ፡ መስቀሎ ፡ ይትልዎ ፡ ለእግዚእ ፡ ኢየሱስ ፡፡

De eo quòd sprevit eum Herodes.

Et sprevit eum Herodes, & milites ejus, & illuserunt ei : & induerunt 11
eum *veste* purâ, & remisit eum ad Pilatum. Et ipsâ die concordes facti 12
sunt Herodes, & Pilatus quia litem habuerunt antea. Et vocavit Pilatus prin- 13
cipes sacerdotum, & judices populi : Et dixit iis, Attulistis ad me hunc homi- 14
nem quasi pervertentem populum : & ecce, ego interrogavi eum coram vo-
bis, & nihil inveni iniquitatis contra hunc hominem, de qua accusâstis eum.
Et ad Herodem misi vos :& ecce nihil fuit quod fecit, propter quod moreretur. 15
Flagellabo eum igitur, & dimittam eum. 16

Transponitur ver. 17, *& inseritur post* ver. 19.

Et exclamaverunt omnes illi congregatim simul, & dixerunt; Tolle hunc, & serva- 18
to Barabam. Et iste Barabas *fuit*, qui fecerat commotionem in civitate, & 19
propter cædem incarceratus erat. Et necesse erat singulis festis servari iis 17
unum. Et iterum dixit iis Pilatus, Vultísne ut servem vobis Dominum Jesum. 20
Et exclamârunt omnes illi, & dixerunt; Crucifige eum. Et dixit iis Pilatus ter- 21
tiò; Quid mali fecit ? Ecce non fuit quod inveni contra eum, propter quod mo- 22
reretur: flagellabo eum, & servabo eum igitur. Et exclamârunt cum magna 23
voce, & dixerunt; Crucifige eum : & invaluit vox principum sacerdotum.
Et judicavit Pilatus ut fieret voluntas eorum. Et servavit iis quem propter 24
cædem, & propter facta n commotionem incarcerâssent, quem petierant : & 25
tradidit Dominum Jesum voluntati eorum. Et quum ducerent eum, prehen- 26
derunt Simonem Cyrenæum venientem ex rure : & oneraverunt eum cruce
ejus, ut sequeretur Dominum Jesum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

22 * سه نوبت بيلاطوس † بديشان كفت چه بدي كرد * كه من هيچ بهانهٔ مرك برو نيافتم *
23 اكنون برانيد * ورها كنيد * * ايشان طين كشتند * و باواز بلند مي كفتند * كه
24 عيسي را بر دار كن * آواز جماعت و اواز سرور امامان عظيم بلند شد * * بيلاطوس فرمود
25 كه مراد ايشان باشد * * وانك براي جنك وكوشش * در زندان نهاده بودند * آزاد كرد
وعيسي را بمراد ايشان سپرد صد سي سه بردن يهوديان مسيح را
26 * وچون عيسي را از پيش بيلاطوس بدر بردند * شخصي پيش آمد نام او شمعون قوريني *
همان دم از ده مي آمد * صليب را بردوش او نهادند * كه با ايشان مي برد *

Tertiâ vice Pilatus illis dixit; 22
Quid mali fecit ? Quia ego nullam
causam mortis in eo inveni : Nunc
itaque pellite eum ac dimittite.
Ipsi in furorem versi sunt, & voce 23
elatâ dicebant ; Quin Jesum in
crucem agito : & vox turbæ & vox
principis sacerdotum magnopere ef-
ferebatur. Pilatus igitur jussit, ut 24
voluntas eorum fieret. Et illũ quem 25
propter pugnam & seditionem in
carcere posuerant, missum fecit: Je-
sum verò arbitrio eorum tradidit.

CXXXIII. Abducunt Judæi Christum.

Et cùm Jesum à conspectu Pilati 26
eduxissent, vir quidam eis occurrit,
cui nomen Simeon Cyrenæus, eodem
instanti ex agro veniens: crucem il-
lius humero imposuerunt, ut cum eis
ferret.

Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ & plangebant, &
27 Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ, καὶ γυναικῶν, (ϑ) αἳ καὶ ἐκόπτοντο, καὶ
lamentabantur eum. Conversus autem ad illas Jesus, dixit; Filiæ
28 ἐθρήνουν αὐτόν. Στραφεὶς δὲ πρὸς αὐτὰς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε, Θυγατέρες
Hierusalem, *ne flete* super me, sed super vosipsas flete, & super fi-
Ἱερουσαλὴμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμὲ, πλὴν ἐφ' ἑαυτὰς κλαίετε, καὶ ἐπὶ τὰ τέ-
lios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent; Beatæ steriles,
29 κνα ὑμῶν. Ὅτι ἰδοὺ ἔρχονται ἡμέραι, ἐν αἷς ἐροῦσι, Μακάριαι αἱ στεῖραι,
& ventres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactaverunt. Tunc incipi-
30 καὶ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν, καὶ μαστοὶ οἳ οὐκ ἐθήλασαν. Τότε (ι) ἄρξον-
ent dicere montibus; Cadite super nos: & collibus; Operite nos.
ται λέγειν τοῖς ὄρεσι, Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς· καὶ τοῖς βουνοῖς, Καλύψατε ἡμᾶς.
Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Du-
31 Ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; Ἤ-
32 cebantur autem & alii duo *malefici* cum eo *tolli*. Et postquàm
33 γοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ ἀναιρεθῆναι. Καὶ ὅτε
abierunt in locum *vocatum Calvariam*, ibi crucifixerunt eum, &
ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον τὸν καλούμενον Κρανίον, ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ
maleficos: hunc quidem à dextris, *hunc autem* à sinistris. At Je-
34 τοὺς κακούργους· ὃν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν. (κ) Ὁ δὲ Ἰη-
sus dicebat; Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Dividen-
σοῦς ἔλεγε, Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. Διαμεριζόμε-
tes verò vestimenta ejus, miserunt *sortem*. Et stabat populus spectans: deri-
νοι δὲ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἔβαλον (λ) κλῆρον. Καὶ εἱστήκει ὁ λαὸς θεωρῶν. ἐξε-
debant *autem* & principes cum eis, dicentes; Alios *servavit, servet seipsum*, si
μυκτήριζον δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες σὺν αὐτοῖς, λέγοντες, Ἄλλους ἔσωσε, σωσάτω ἑαυτὸν, εἰ
hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei & milites,
οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτός. Ἐνέπαιζον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ στρατιῶται,
accedentes, & acetum offerentes ei: Et dicentes; Si tu es
(μ) προσερχόμενοι, καὶ ὄξος προσφέροντες αὐτῷ· Καὶ (ν) λέγοντες, Εἰ σὺ εἶ
rex Judæorum, *serva teipsum*. Erat autem & superscriptio *scri-*
ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, σῶσον σεαυτόν. Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ (ξ) γεγραμ-
pta super eum literis Græcis, & *Romanis*, & Hebraicis; HIC
μένη ἐπ' αὐτῷ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς, καὶ Ῥωμαϊκοῖς, καὶ Ἑβραϊκοῖς, ΟΥΤΟΣ
EST REX JUDÆORUM. Unus autem *pendentium*
ΕΣΤΙΝ Ὁ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ἸΟΥΔΑΙΩΝ. Εἷς δὲ τῶν κρεμασθέν-
ex maleficorum blasphemabat eum, dicens; Si tu es Christus, *serva temet-*
των κακούργων ἐβλασφήμει αὐτὸν, λέγων, Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, σῶσον σεαυ-
ΠΑ' ipsum, & nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens; Neque ti-
τὸν, καὶ ἡμᾶς. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος ἐπετίμα αὐτῷ, λέγων, Οὐδὲ φο-
mes tu Deum, quòd in eadem damnatione es? Et nos quidem justè:
βῇ σὺ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ; Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως·
(digna *enim eorum quæ fecimus* recipimus:) hic verò nihil *insolens* egit.
(ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν·) οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε.

MS. A. (ϑ) αἳ ἐκόπτοντο, (ι) ἄρξονται (κ) Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἄφες (λ) κλήρους. (μ) προσερχόμενοι, ὄξος (ν) λέγοντες, Σὺ εἶ (ξ) ἐπιγεγραμμένη

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

27 28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]

Veniebat autem post eum multitudo populi, & mulieres illæ quæ plangebant & lamentabantur super eo. Et conversus ad eas Jesus, ait; Filiæ Jerusalem, ne flete super me, verùm super vobisipsis flete, & super filiis vestris. Ecce enim veniunt dies quibus dicent, Beatæ steriles, & uteri qui non pepererunt, & ubera quæ non lactaverunt. Tunc incipietis dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. Quòd si in ligno viridi ista faciunt, in arido quid fiet? Porrò veniebant cum eo duo alii malefici ut crucidarentur. Quumque venissent ad locum quendam qui vocatur Calvaria, crucifixerunt eum illic, illosque maleficos, unum à dextera ejus, & alterum à sinistra.

Medio die. 71.

Ipse verò Jesus dicebat; Pater, remitte eis, nesciunt enim quid faciunt. Et partiti sunt vestimenta ejus, ac super eis jecerunt sortem. Stabat autem populus conspiciens: & subsannabant eum etiam proceres, & dicebant; Alios servavit, servet seipsum, si ipse est Messia ille electus Dei. Quinetiam illudebant ei milites dum accederent, & offerrent ei acetum, Dicerentque ei; Si tu es rex Judæorum, serva teipsum. Erat autem etiam inscriptio scripta sup eum, Ionicè, & Romanè, & Hebraicè, HIC EST REX JUDÆORUM. Unus autem ex maleficis illis qui suspensi erant cum eo, blasphemabat eum, dicebatque; Si tu es Christus, serva teipsum, & serva nos quoque. At objurgavit eum socius ejus, & dixit ei; Ne Deum quidem times tu, qui & ipse es in eodem judicio? Et nos quidem justè: nam prout digni fuimus, & prout egimus, luimus pœnas: iste verò nihil odiosum egit.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

27 * و خلایق انبوه درپی او می آمدند • و زنان اندوه بر مسیح گریه و زاری و نوحه
می کردند صحه سی چهار پاسخ دادن مسیح زنانرا برای خرابی اورشلیم
28 * عیسی روی خود سوی زنان کرد و گفت • دختران اورشلیم بر من مگریید لیکن
29 بر نفس خود بگریید و بر فرزندان شما • وان روزها نزدیک آمد • که شما خواهید گریستن •
خنک زنان عاقر که هر گز نزایدند • وشکمها که هیچ نزادند • و پستانها که شیر
30 ندادند باشند • * آنگه آغاز کنید • و بکوهها بگویید • که بر ما افتید و بسربالاها که ما
31 32 را بپوشانید • * چون بشاخ تازه اینها می کنید • با خشک چه کنید • * و دو دزد بد
33 کردار آوردند • تا ایشانرا نیز † با او بر دار کنند * و از انجا آمدند † بمقامی که نامش
جلجله است • وتفسیرش کله سر • وانجایش بر دار کردند و بدکارانرا نیز یکی بر دست
34 راست ویکی بر دست چپ بر دار کردند • * وعیسی گفت پدر گناه ایشان عفو کن • سبب
انکه نمی دانند چه می کنند صحه سی پنج جامه مسیح را بخش
کردند • وبعد ازان جامه عیسی † را بخش کردند • وقرعه انداختند •

Et turbæ ingentes eum sequebantur: et mulieres à longinquo super Christum fletum, & luctum, & planctum faciebant.

CXXXIV. Responsio Christi mulieribus de excidio Hierosolymæ.

Jesus vultum suum ad mulieres convertit, & dixit; Filiæ Hierosolymæ, super me ne fleatis, sed super vobis ipsis flete, & super filiis vestris. Illæ enim dies appropinquant, in quibus vos flebitis, dicentes; Beatæ mulieres steriles quæ nunquam pepererunt, & ventres qui nihil pepererunt, et ubera quæ non lactaverunt. Tunc incipietis, & montibus dicetis, Super nos cadite: & jugis excelsis, Nos operite. Cùm in ramo viridi hæc faciatis, in arido quid facietis. Et duos latrones facinorosos adducebant, ut illos etiam cum eo in crucem agerent. Et illinc venerunt in locum cui nomen est Golgotha, cujus interpretatio est, Cranium capitis: & illic eum in crucem egerunt, & maleficos etiam, unum ad manum dextram, et alterum ad manum sinistram, in crucem egerunt. Jesus autem dixit; Pater, peccatum eorum remitte, eò quòd nesciant quid faciunt.

CXXXV. Vestimenta Christi diviserunt.

Et post hæc vestimenta Jesu diviserunt, & sortem jecerunt.

Versio VULGATA LATINA.

27 Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangebant,
28 & lamentabantur eum. Conversus autem ad illas Jesus, dixit; Filiæ Jerusa-
lem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.
29 Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent; Beatæ steriles, & ventres qui
30 non genuerunt, & ubera quæ non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus;
31 Cadite super nos: & collibus; Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc fa-
32 ciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut in-
33 terficerentur. Et postquàm venerunt in locum, qui vocatur Calvariæ, ibi cru-
cifixerunt eum, & latrones: unum à dextris, & alterum à sinistris. Jesus au-
34 tem dicebat; Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Dividentes
verò vestimenta ejus, miserunt sortes. Et stabat populus spectans, & deride- 35
bant eum principes cum eis, dicentes; Alios salvos fecit, se salvum faciat, si
hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & 36
acetum offerentes ei, Et dicentes; Si tu es rex Judæorum, salvum te fac. Erat 37
autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis, & Latinis, & He- 38
braicis; Hic est rex Judæorum. Unus autem de his, qui pendebant, latroni- 39
bus, blasphemabat eum, dicens; Si tu es Christus, salvum fac temetipsum, &
nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens; Neque tu times Deum, 40
quòd in eadem damnatione es? Et nos quidem justè, nam digna factis recipimus: 41
hic verò nihil mali gessit.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

27 * وكان جمع كثير من الشعب يتبعه • مع النسوة اللواتي كن يلطمنه ويبكين عليه * فالتفت
28 يسوع اليهن وقال يا بنات يروشليم لا تبكين علي لكن ابكين عليكن وعلي اولادكن •
29 * لانه ستاتي ايام يقلن فيها طوبي للعواقر والبطون التي لم تلد والثدي التي لم ترضع •
30 * حينيذ يقلن للجبال قعي علينا وللاكام غطينا * وان كانوا يفعلون هذا بالعود الرطب فماذا
31 يكون باليابس * وجاوا معه باثنين اخرين عاملي ردي ليقتلا * فلما جاوا الي موضع الجمجمة
32 فهناك صلبوه • مع عاملي الشر واحد عن يمينه واخر عن يساره * فقال يسوع يا ابه اغفر
33 لهم فانهم لا يدرون ما يفعلون • واقتسموا بينهم ثيابه واقترعوا عليها * والشعب قايم ينظر
34 وكان الروساء ايضا يستهزون به ويقولون انه قد خلص اخرين فليخلص نفسه ان كان هو
35 المسيح ابن الله المنتخب * وكان الجند ايضا يستهزون به ويتقدمون اليه ويقدمون له خلا •
36 * ويقولون ان كنت انت ملك اليهود فخلص نفسك * وكان عليه ايضا كتاب مكتوب باليونانية
37 والرومية والعبرانية ان هذا هو ملك اليهود * وواحد من عاملي الردي اللذين صلبا معه
38 كان يجدف عليه قايلا ان كنت انت المسيح فخلص نفسك وايانا * فاجابه الاخر وانتهره قايلا
39 اما تخاف الله اذ كنا تحت هذا الحكم الواحد * ونحن بعدل جوزينا كما نستحق لما صنعنا
40 فاما هذا فلم يصنع شيا رديا •
41

Et turba magna ex populo sequebatur 27
eum cum mulieribus quæ lamentabantur
eum, & deplorabant eum. Verùm con- 28
versus est Jesus ad eas, & dixit; Filiæ
Jerusalem, ne fleatis super me: sed flete
super vos & super filios vestros. Quo- 29
niam venient dies in quibus dicetis;
Beatæ steriles, & ventres qui non genu-
erunt, & ubera quæ non lactaverunt.
Tunc dicetis montibus, Cadite super 30
nos: & collibus, Operite nos. Et si fa- 31
ciunt hoc in ligno humido, quid erit in
arido? Et duxerunt cum eo duos alios 32
auctores sceleris, ut interficerentur. Cum- 33
que venissent in locum Calvariæ, ibi
crucifixerunt eum cum duobus auctori-
bus criminis, uno ad dexteram ejus, &
altero ad sinistram ejus. Dixit autem 34
Jesus, Pater mi, dimitte illis, quia non
nôrunt quid faciunt. Et diviserunt in-
ter se vestimenta ejus, & miserunt sor-
tes super ea, Populo astante & spectan- 35
te. Et principes quoque illudebant ei, &
dicebant; Quandoquidem salvavit ali-
os, salvet seipsum, si est ipse Christus fi-
lius Dei electus. Et milites etiam illu- 36
debant ei, & accedebant ad eum, & of-
ferebant ei acetum: Ac dicebant; Si es 37
tu rex Judæorum, salva teipsum. Et 38
erat etiam super eo scriptura scripta
Græcè, et Latinè, et Hebraicè; HIC EST
REX JUDÆORUM. Et unus ex aucto- 39
ribus sceleris, qui crucifixi fuerant cum
eo, blasphemabat in eum, dicens; Si es
tu Christus, salvum fac temetipsum, &
nos. Respondit autem ei alter, & incre- 40
pavit eum, dicens; Nonne times De-
um? Licet simus sub hac sententia ea-
dem, Tamen nobis cum justitia rependitur, 41
ditur, prout meremur ob id quod gessi-
mus: At iste non commisit quicquam
scelestum.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

በእንተ : እለ : ይበክያ : ሎቱ ::
27 ወብዙኅ : ሕዝብ : ተለዎ : ወአንስትኒ : ይበክያሁ : ወያስቆቅዋሁ :: ወተመይጦ :
28 እግዚእ : ኢየሱስ : ወይቤሎን : አዋልደ : ኢየሩሳሌም : ኢትብክያኒ : ኪያየ : አላ :
29 ብክያ : ላዕለ : ርእስክን : ወላዕለ : ውሉድክን :: እስመ : ይመጽእ : መዋዕል : አመ :
ይብሉ : ብፁዓት : መካናት : ወከርሣኒ : እንተ : ኢወለደት : ወአጥባትኒ : እለ : ኢሐፀ
30 ና :: ወውእተ : ዕለተ : ይብልዎሙ : ለአድባር : ደቁ : ላዕሌነ : ወለአውግርኒ : ድፍኑ
31 ነ :: በዘ : ዕፀ : ርጡብ : ከመዝ : ገብሩ : በይቡስ : እፎ : ይከውን :: ወወሰዱ :
32 ምስሌሁ : ካልኣነ : ክልኤተ : ፈያተ : ይስቅሉ :: ወበጺሖሙ : ብሔረ : ዘስሙ : ቀራን
33 ዮ : በህየ : ሰቀልዎ : ለእግዚእ : ኢየሱስ : ወእልክቱኒ : ክልኤተ : ፈያተ : አሐደ : በየማኑ :
34 ወአሐደ : በፀጋሙ : ሰቀሉ :: ወእግዚእ : ኢየሱስ : ይቤ : አባ : ስረይ : ሎሙ : እስመ :
35 ዘኢያአምሩ : ይገብሩ :: ወተዓፀዉ : ደበ : አልባሲሁ :: ወተካፈሉ :: ወይቀውሙ :
ሕዝብ : ወይሬእዩ : ወይዘነጕጕዎ : መላእክትኒ : ወይብልዎ : ዘበዕደ : ያድኅን : ርእሶ : ለያ
36 ድኅን : ወእመሰ : ክርስቶስሁ : ውእቱ : ወኅሩየ : ለእግዚአብሔር :: ወይሰልቁ : ላዕሌ
37 ሁ : ሐራ : ወይቀርቡ : ወአምጽኡ : ሎቱ : ብሒአ :: ወይቤልዎ : ለእመሰ : ንጉሠ : አይ
38 ሁድ : አንተ : አድኅን : ርእሰከ :: ወጸሐፉ : መጽሐፈ : ላዕሌሁ : ወጽሑፍ : በሮማ
ይስጥ : ወበጽርእ : ወበዕብራይስጥ : ወይቤ : ዝንቱ : ውእቱ : ንጉሦሙ : ለአይሁድ ::
39 ወአሐዱ : ፈያታዊ : እምእለ : ተሰቅሉ : ምስሌሁ : ይፀርፍ : ወይቤሎ : አኮኑ : አንተ : ክርስ
ቶስ : አድኅን : ርእሰከ : ወኪያነሂ :: በእንተ : ዘነስሐ : ፈያታዊ ::
40 ወአውሥኦ : ካልኡ : ወገሠጾ : ወይቤሎ : ኢትፈርሆኑ : ለእግዚአብሔር : አምላክከ :
41 እንዘ : ውስተ : ውእቱ : ኵነኔ : ሀለውከ :: ወለነሰ : ዘበርትዕ : ረከብነ : ዘይደልወ
ነ : በምግባሪነ : ተፈደይነ : ወዝንቱሰ : አልቦ : እኩየ : ዘገብረ ::

De mulieribus quæ deflebant eum.

Et multa turba sequuta est eum, & mulieres plorabant eum, & lugebant eum. 27
Et conversus est Dominus Jesus, & dixit iis; Filiæ Hierusalem, ne ploretis me, sed 28
plorate super vobis, & super liberis vestris. Quoniam veniet tempus, quando 29
dicent, Beatæ steriles, & uterus qui non peperit, & ubera quæ non lactaverunt.
Et isto die, dicent montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. 30
Eò quòd ligno viridi sic faciunt, in arido quomodo fiet? Et ducebant cum illo 31
alios duos latrones, *ut* crucifigerent *eos*. Et quum venissent *ad* locum cujus nomen 32
Caranio, ibi crucifixerunt Dominum Jesum, & illos duos latrones: unum ad 33
dextram ejus, & unum ad sinistram ejus crucifixerunt. Et dixit Dominus Jesus; 34
Pater, parce illis, quia nesciunt quod faciunt. Et sortem jecerunt super vestimen-
tis ejus, & divisa sunt. Et stabant populi, & spectabant, & probris afficiebant
eum principes, & dicebant ei; Qui alios servat, seipsum servet, si Christus sit, & 35
electus Dei. Et deridebant super eum milites; & accedebant, & attulerunt ei 36
acetum: Et dixerunt ei, Si rex Judæorum es, serva teipsum. Et scripserunt scri- 37
ptionem super eum: & scripta fuit Romanè, Græce, & Hebraicè, & dixit; Hic est 38
rex Judæorum, Et unus latro ex iis qui suspensi erant cum eo, blasphemabat, & 39
dixit ei; Nonne tu es Christus? serva teipsum, & nos etiam.

De latrone quem pœnituit.

Et respondit ei alter, & objurgavit eum, & dixit ei; Nonne times Dominum De- 40
um tuum tu, quum in eodem judicio simus? Et nobis quod æquum erat, inve- 41
nimus: quod conveniebat nobis secundùm opera nostra, retributum fuit nobis:
& hic, nihil fuit mali quod fecit.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

35 * خلق ايستاده مي ديدند • كدخدايان نيز بروي † تسخر مي كردند • و گفتند كه ديگرانرا
36 رتك مي كرد • خودرا رتك كند اگر مي تواند • واگر اوست مسيح گزيدهٔ خدا • * و سرهنگان
37 كه نزديك او بودند • بروي افسوس مي كردند • [وسركه پيش او آوردند] * و بدو مي گفتند •
38 اگر تو ملك يهودياني خودرا رتك كن • * و بود نيز بالاي او نبشته † بخط يوناني • و رومي
39 و عبري • كه اينست ملك يهوديان • * ازان دو دزد كه باوي آويخته بودند • يكي بر عيسي
40 افتري كرد • و گفت اگر تو مسيحي خودرا ومارا برهان • * ياراو بروبانك زد و گفت
41 از خدا نمي ترسي • كه تو نيز در داوري هستي • * از روي عدل و راستي انچ سزاي ما بود
يافتيم • اين چيزي نا شايسته نكرده •

Populus autem astantes videbant; 35
gubernatores etiam ei illudebant,
& dicebant; Alios quidem serva-
vit, seipsum servet si potest, & si
ipse est Christus electus Dei. Et sa- 36
tellites, qui propè eum erant, eum
ludificabant, & acetum ei offere-
bant, Et ei dicebant; Si tu rex Ju- 37
dæorum es, te ipsum serva. Et erat 38
etiam super eum scriptum scriptura
Græcâ, & Romanâ, & Hebræâ;
Hic est rex Judæorum. Ex il- 39
lis autem duobus latronibus, qui
cum eo suspensi erant, unus in Je-
sum convitiatus est, & dixit; Si tu
Christus es, teipsum & nos libera.
At socius ejus eum objurgavit, & 40
dixit; A Deo non times, cùm tu et-
iam in judicio sis? A facie æqui- 41
tatis & justitiæ quod condignum
nobis erat, consequuti sumus: hic
nihil indecorum fecit.

Et dicebat Jesu; Memento mei, Domine, cùm veneris in regnum tuum.
42 Καὶ ἔλεγε τῷ Ἰησοῦ, Μνήσθητί μου Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.
Et dixit illi Jesus; Amen dico tibi, Hodiè mecum eris in
43 Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω σοι, Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ
paradiso. Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in universam
44 παραδείσῳ. Ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη, καὶ σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην
terram, usque in horam nonam. Et obscuratus est Sol, & scissum est
45 τὴν γῆν, ἕως ὥρας (ο) ἐννάτης. Καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, καὶ ἐσχίσθη τὸ
velum templi medium. Et clamans voce magnâ Jesus, ait;
46 καταπέτασμα τοῦ ναοῦ μέσον. Καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε,
Pater, in manus tuas *commendabo* spiritum meum: & hæc dicens
Πάτερ, εἰς χεῖράς σου (π) παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου· καὶ ταῦτα εἰπὼν
expiravit. Videns autem Centurio factum, glorificavit Deum,
47 ἐξέπνευσεν. Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον, ἐδόξασε τὸν Θεὸν,
dicens; Verè homo hic justus erat. Et *omnes* *simul acce-*
48 λέγων, Ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν. Καὶ πάντες οἱ συμπαραγε-
dentes *turbæ* ad spectaculum istud, *spectantes* *facta*, percuti-
νόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν (ρ) ταύτην, θεωροῦντες τὰ γενόμενα, τύπτον-
entes *suaipsorum* pectora revertebantur. Stabant autem omnes noti e-
49 τες ἑαυτῶν τὰ στήθη ὑπέστρεφον. Εἱστήκεισαν δὲ πάντες οἱ γνωστοὶ (σ) αὐ-
jus à longè, & mulieres quæ *consecutæ* eum à Galilæa, vi-
τοῦ μακρόθεν, καὶ γυναῖκες αἱ συνακολουθήσασαι αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ὁ-

dentes hæc. Et ecce vir nomine Joseph, *consiliarius* *existens*, vir bo-
ρῶσαι ταῦτα. Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, βουλευτὴς ὑπάρχων, ἀνὴρ ἀ-
nus, & justus: (Hic non *erat* *suffragatus* consilio &
γαθὸς, καὶ δίκαιος· (Οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ
actioni eorum, ab Arimathæa civitate *Judæorum*, qui & expectabat &
πράξει αὐτῶν, ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων, ὃς καὶ προσεδέχετο καὶ
ipse regnum Dei:) Hic *accedens* *Pilato*, petiit
αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ·) Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο
corpus Jesu. Et *detrahens* *ipsum*, involvit *id* sindone, & posuit
τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ καθελὼν αὐτὸ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, καὶ ἔθηκεν
id in monumento exciso, *ubi* *non* *erat* nondum *nemo* positus. Et di-
αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ οὐκ (τ) ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος. Καὶ ἡ-
es erat parasceues, & sabbatum illucescebat. Subsecutæ autem & mu-
μέρα ἦν παρασκευή, καὶ σάββατον ἐπέφωσκε. Κατακολουθήσασαι (υ) δὲ καὶ γυ-
lieres, quæ *fuerant* *venientes* cum eo de Galilæa, viderunt
ναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ἐθεάσαντο τὸ
monumentum, & *ut* positum erat corpus ejus. *Reversæ* *autem* para-
μνημεῖον, καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ. Ὑποστρέψασαι δὲ ἡτοίμα-
runt aromata & unguenta: & quidem sabbato quieverunt secundum man-
σαν ἀρώματα καὶ μύρα· καὶ τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐ-
datum.
ντολήν.

MS. A. (ο) ἐνάτης. (π) παρατίθεμαι (ρ) ταύτην, τύπτοντες τὰ στήθη ὑπέστρεφον. (σ) αὐτῷ (τ) ἦν οὐδεὶς οὔπω κείμενος. Καὶ ἡ ἡμέρα ἦν παρασκευή, σάββατον (υ) δὲ γυναῖκες,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

42 ܘܐܡܪ ܠܝܫܘܥ ܐܕܟܪܝܢܝ ܡܪܝ ܡܐ ܕܐܬܝܬ ܒܡܠܟܘܬܟ܀
43 ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ ܕܝܘܡܢܐ ܥܡܝ ܬܗܘܐ ܒܦܪܕܝܣܐ܀
44 ܘܗܘܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܫܥܐ ܫܬ ܫܥܝܢ ܘܗܘܐ ܚܫܘܟܐ ܥܠ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܥܕܡܐ ܠܫܥܝܢ ܬܫܥ܀
45 ܘܚܫܟ ܫܡܫܐ ܘܐܨܛܪܝ ܐܦܝ ܬܪܥܐ ܕܗܝܟܠܐ ܡܢ ܡܨܥܬܗ܀
46 ܘܩܪܐ ܝܫܘܥ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܐܡܪ ܐܒܝ ܒܐܝܕܝܟ ܣܐܡ ܐܢܐ ܪܘܚܝ ܗܕܐ ܐܡܪ ܘܫܠܡ܀
47 ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܩܢܛܪܘܢܐ ܡܕܡ ܕܗܘܐ ܫܒܚ ܠܐܠܗܐ ܘܐܡܪ ܫܪܝܪܐܝܬ ܓܒܪܐ ܗܢܐ ܙܕܝܩܐ ܗܘܐ܀
48 ܘܟܠܗܘܢ ܟܢܫܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܗܘܘ ܠܚܙܘܐ ܗܢܐ ܟܕ ܚܙܘ ܡܕܡ ܕܗܘܐ ܗܦܟܝܢ ܗܘܘ ܟܕ ܡܛܪܦܝܢ ܥܠ ܚܕܝܗܘܢ܀
49 ܘܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܝܕܘܥܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܘܢܫܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝ ܗܘܝ ܥܡܗ ܡܢ ܓܠܝܠܐ ܘܚܙܝܢ ܗܘܝ ܗܠܝܢ܀
50 ܘܓܒܪܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܝܘܣܦ ܒܘܠܝܛܐ ܡܢ ܪܡܬܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܝܗܘܕ ܓܒܪܐ ܛܒܐ ܘܟܐܢܐ܀
51 ܗܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܫܠܡ ܠܨܒܝܢܗܘܢ ܘܠܡܥܒܕܗܘܢ ܘܡܣܟܐ ܗܘܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ܀
52 ܗܢܐ ܩܪܒ ܠܘܬ ܦܝܠܛܘܣ ܘܫܐܠ ܦܓܪܗ ܕܝܫܘܥ܀
53 ܘܐܚܬܗ ܘܟܪܟܗ ܒܣܘܕܪܐ ܕܒܘܨܐ ܘܣܡܗ ܒܩܒܪܐ ܕܢܩܝܪ ܒܟܐܦܐ ܕܠܐ ܐܢܫ ܥܕܟܝܠ ܣܝܡ ܗܘܐ ܒܗ܀ ܘܝܘܡܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܗܘܐ ܘܫܒܬܐ ܢܓܗܐ ܗܘܬ܀
55 ܘܐܬܩܪܒ ܗܘܝ ܢܫܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܝ ܗܘܝ ܥܡܗ ܡܢ ܓܠܝܠܐ ܘܚܙܝ ܩܒܪܐ ܘܐܝܟܢܐ ܐܬܬܣܝܡ ܦܓܪܗ܀
56 ܘܗܦܟܝ ܛܝܒ ܒܣܡܐ ܘܡܫܚܐ ܘܒܫܒܬܐ ܕܝܢ ܫܠܝ ܐܝܟ ܕܦܩܝܕ܀

Et dixit Jesu, Memento mei, Domine mi, quum veneris in regnum tuum. Ait illi Jesus; Amen dico tibi, Hodiè mecum eris in paradiso.

Ad horam nonam feriâ sextâ Crucifixionis. 72.

Erat autem circiter hora sexta, & facta sunt tenebræ super universam terram, usque ad horam nonam. Et Sol obscuratus est, scissaque superficies *ex parte* januæ templi per medium. Et clamavit Jesus altâ voce, dixitque, Pater mi, in manus tuas depono spiritum meum. Hoc dicto, consummatum est. Quum vidisset autem Centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum, & ait; Verè hic homo justus erat. Omnesque coetus illi qui coacti fuerant ad hoc spectaculum, quum vidissent quod actum fuerat, reversi sunt percutientes pectora sua. Stabant autem procul omnes noti ipsius Jesu, & fœminæ illæ quæ venerant cum eo à Galilæa, istáque spectabant.

Crepusculo sabbathi Annuntiationis. 73.

Porrò vir quidam nomine Joseph, Senator à Rama civitate Judææ, erat vir bonus & justus: Iste non consenserat voluntati & facinori eorum: & expectabat regnum Dei. Iste *inquam* adiit Pilatum, & petiit corpus Jesu. Et deposuit illud, involvitque fasciâ lineâ, & posuit illud in monumento exciso, in quo nemo adhuc positus fuerat. Cæterùm ea dies erat Parasceues, & Sabbatum pòst illucescebat. Propinquæ autem erant mulieres illæ quæ cum eo venerant à Galilæa, & inspexerunt sepulchrum, & ubi positum esset corpus ejus. Reversæque paraverunt unguenta, & aromata: ac sabbatho quieverunt, sicuti præceptum est.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

42 * وبعيسي كفت • اي خداوند من وقتي كه درملكوت خود بيايي مرا بياد آور * عيسي بدو
43 كفت راست بتو بكويم • كه امروز با من دربهشت باشي

صد سي شش

44 * وچون شش ساعت كذشت • بر جملهٔ روي زمين لرزيدن زمين وكرفتن افتاب
45 تاريكي † پيدا شد • [تا نهم ساعت * وافتاب تاريك شد] ودرهيكل شكافته كشت ازميانش
46 تا سر * وعيسي باوازبلند بانك زد وكفت • پدرمن جان خود دردست تو نهم • اين بكفت
47 وسپارد * چون † سالاران جماعت چنان ديد • مرخدايرا ستايش داد و كفت اين مرد راست
48 وپاكست • * وكساني كه از بهر ديدار كرد شك بودند چون ديدند انچ شد • باز
49 كشتند وبزانو درآمدند • وخودرا برزمين مي كشيدند • * و آشنايان يشوع همه ازدور
ايستاده بودند • و زناني كه ازجليل با وي † امك بودند • اين احوالها مي ديدند

صد سي هفت فرود آوردن مسيح را ازصليب

50 * وبعد ازان بيامد † مردي • نامش يوسف • بوليطا ازرامه • شهر يهود • و او مردي † نيك بود
51 و صديق • * ودرارادت وكردار ديكران † موافقت نكرد • و اميد داشت † بملكوت خدا

Et ad Jesum dixit; O Domine mi, quando in regnum tuum veneris, in memoriam me reduc. Jesus ei dixit; Certò tibi dico, quòd hodie mecum in paradiso eris.

CXXXVI. Tremor terræ & defectio Solis.

Et cùm sexta hora præteriret, super universam faciem terræ caligo exorta est, usque ad nonam horam. Et Sol obtenebratus est, et porta templi scissa est à medio ejus ad summum. Et Jesus voce altâ exclamavit, & dixit, Pater mi, animam meam in manum tuam depono: Hoc dixit & spiritum tradidit. Cùm præfectus ejus cohortis talia videret, Deo laudem tribuit, & dixit; Hic homo justus & sanctus est. Et homines qui spectandi gratiâ congregati erant, cùm viderent id quod factum est, retrocesserunt et congenuflârunt, & sese humi prostraverunt. Et noti Jesu omnes è longinquo stabant, et mulieres quæ cum eo ex Galilæa venerant, hæc fieri videbant.

CXXXVII. Depositio Christi de cruce.

Et post hæc venit vir quidam, cujus nomen Joseph, Bouleutes de Rama civitate Judææ, & ipse vir bonus erat & justus. Et voluntati facinorique reliquorum non consenserat, et spem habuit in regno Dei.

Versio VULGATA LATINA.

42 Et dicebat ad Jesum; Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum. Et
43 dixit illi Jesus; Amen dico tibi, Hodiè mecum eris in paradiso. Erat autem fe-
44 re hora sexta, & tenebræ factæ sunt in universam terram usque in horam nonam.
45 Et obscuratus est Sol: & velum templi scissum est medium, Et clamans voce
46 magnâ Jesus ait; Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc di-
47 cens, expiravit. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum,
48 dicens; Verè hic homo justus erat. Et omnis turba eorum, qui simul aderant
ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reverte-
49 bantur. Stabant autem omnes noti ejus à longè, & mulieres quæ secutæ eum
erant à Galilæa, hæc videntes. Et ecce vir nomine Joseph, qui erat decurio, vir 50
bonus & justus: Hic non consenserat consilio, & actibus eorum, ab Arima- 51
thæa civitate Judææ, qui expectabat & ipse regnum Dei: Hic accessit ad Pila- 52
tum, & petiit corpus Jesu: Et depositum involvit sindone, & posuit eum in mo- 53
numento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat parasceu- 54
es, & sabbatum illucescebat. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant 55
de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodùm positum erat corpus ejus.
Et revertentes paraverunt aromata, & vnguenta: & sabbato quidem siluerunt se- 56
cundùm mandatum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

42 * ثم قال ليسوع اذكرني يا رب اذا جيت في ملكوتك * فقال له يسوع امين اقول لك انك
43 اليوم تكون معي في الفردوس * وقد كان وقت الساعة السادسة * وان ظلمة غشيت الارض
44 كلها الي وقت الساعة التاسعة * واظلمت الشمس *
45 * الفصل الخامس والثمنون *
46 وانشق ستر الهيكل من وسطه * وصاح يسوع بصوت عال قايلا يا ابه في يديك اضع
47 روحي * ولما قال هذا اسلم الروح * فلما راي قايد الماية ما كان مجد الله * وقال حقا لقد كان
48 هذا الانسان صديقا * وكل الجموع الذين حضروا هذا المنظر لما عاينوا ما كان رجعوا وهم
49 يدقون علي صدورهم * وكان جميع معارفه قياما بعيدا * والنسوه اللواتي كن يتبعنه من
50 الجليل راين هذا * واذا رجلا اسمه يوسف كان انسانا ذا راي * وكان صالحا صديقا * ولم
51 يكن موافقا لرايهم واعمالهم * وكان من الرامة مدينة يهودا وكان يترجي ملكوت الله * هذا
52 جاء الي فيلاطس وساله جسد يسوع * ثم انزله ولفه في لفافة كتان * ووضعه في قبر قد نحته
53 ولم يكن ترك فيه احد * وكان يوم جمعة الذي يكون صباحه السبت * والنسوه اللاتي
54 تبعنه من الجليل ابصرن القبر وكيف وضع جسده * فلما رجعن اعددن طيبا وعطرا
55 وكففن في السبت كما في الوصية *
56

Deindè dixit Jesu; Memento mei Do- 42
mine, quando venies in regno tuo. Dixit 43
illi Jesus; Amen dico tibi, quia hodiè
eris mecum in paradiso. Jámque erat
tempus horæ sextæ. Et quidem tenebræ 44
obvelaverunt terram universam, usque
ad tempus horæ nonæ. Et obtenebratus 45
est Sol.

Sectio octuagesima quinta.

Et scissum est velum templi per medium 46
sui. Et clamavit Jesus voce altâ, di- 47
cens; Pater, in manus tuas pono spiri-
tum meum. Et cùm dixisset hoc, tradi-
dit spiritum. Verùm cùm vidisset Cen-
turio quod factum fuerat, glorificavit
Deum, & dixit; Verè erat hic homo ju-
stus. Et omnes turbæ, quæ præsentes fu- 48
erant huic spectaculo, cùm vidissent quod
factum fuerat, reversæ sunt percutien-
tes pectora sua. Et erant omnes noti 49
ejus stantes procul: & mulieres, quæ se-
quebantur eum à Galilæa, viderunt hoc.
Et ecce vir, cujus nomen Joseph, erat ho- 50
mo præditus consilio, & erat probus, ju-
stus. Et non fuit consentiens consilio eo- 51
rum, & operibus eorum, eratque à Ra-
ma civitate Judææ, & sperabat regnum
Dei. Hic venit ad Pilatum, & petiit 52
ab eo corpus Jesu. Deindè deposuit il- 53
lud, & involvit illud fasciâ lineâ, &
collocavit illud in sepulchro quod jam
exciderat, necdum fuerat positus in eo
quisquam. Et erat dies Parasceues, cu- 54
jus mane erat sabbathum. Et mulieres 55
quæ fuerant eum sequutæ, à Galilæa,
viderunt monumentum, & quomodo po-
situm fuisset corpus ejus. Et cùm re- 56
versæ essent, paraverunt fragrantiam
& aromata: & continuerunt se sabba-
tho, prout habetur *in mandato.*

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

42 ወይቤሎ፡ ለእግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ተዘከረኒ፡ እግዚኦ፡ ኣመ፡ ትመጽእ፡በመንግሥትከ፡፡=፡
43 ወአውሥኦ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ወይቤሎ፡ አማን፡ እብለከ፡ እመ፡ ፈድፋደ፡ ከመ፡
44 ዮም፡ ትሄሉ፡ ምስሌየ፡ ውስተ፡ ገነት፡፡=፡ ወቀትር፡ጊዜ፡ስሱ፡ሰዓት፡፡ሞተ፡ፀሐይ፡
45 ወጸልመ፡ዓለም፡ እስከ፡ ጊዜ፡ ተሱዓት፡፡=፡ ወጸልመ፡ ፀሐይ፡ ወተሠጠ፡መንጦላዕተ፡
46 ምኵራብ፡ እምላዕሉ፡ እስከ፡ ታሕቱ፡፡=፡ ወከልሐ፡ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ በዓቢይ፡
47 ቃል፡ወይቤ፡ኣባ፡ውስተ፡እዴከ፡ኣመሐፅን፡ ነፍስየ፡ ወዘንተ፡ብሂሎ፡ሞተ፡፡=፡ ወርኢ
ዮ፡መስፍን፡ ዘኮነ፡ ለእኩቶ፡ ለእግዚአብሔር፡ ወይቤ፡ አማን፡ ጻድቅ፡ውእቱ፡ዝብእ
48 ሲ፡፡=፡ ወኵሎሙ፡ ሕዝብ፡ ሶበ፡ ርእዩ፡ ዘኮነ፡ ጐድኡ፡እንግድዓሆሙ፡ወተሰው
49 ሉ፡ወአተዉ፡=፡ ወይቀውሙ፡ ኵሎሙ፡ እለ፡ ያአምርዎ፡ እምርሑቅ፡ ወአን
ስት፡እለ፡ተለውዎ፡እምገሊላ፡ ርእዩ፡ዘንተ፡፡=፡
50 በእንተ፡ ዘሰአለ፡ ሥጋሁ፡ ለእግዚእነ፡፡=፡
51 ወመጽአ፡ብእሲ፡ዘስሙ፡ዮሴፍ፡ሠዩም፡ኄር፡ብእሲ፡ ጻድቅ፡ወጠቢብ፡፡=፡ ወውእ
ቱ፡ ሊሃሎ፡ውስተ፡ ምክሮሙ፡ ወምግባሪሆሙ፡ ለአይሁድ፡ ወሃገሩ፡ አርማቴያስ፡ ወተ
52 ቀበለ፡ውእቱ፡ ለመንግሥተ፡ እግዚአብሔር፡፡=፡ ወሖረ፡ ኀበ፡ ጲላጦስ፡ ወስአሎ፡
53 በድኖ፡ለእግዚእ፡ኢየሱስ፡፡=፡ ወአውረደ፡ በድኖ፡ለእግዚእ፡ኢየሱስ፡ወገነዞ፡በሰንዱ
54 ናት፡ ወቀበሮ፡ውስተ፡መቃብር፡ዘአውቀረ፡ዘአልቦ፡ ዘተቀብረ፡ውስቴቱ፡፡=፡ ወዓርብ፡
55 ሰዓሁ፡ ውእቱ፡ ዕለተ፡ ከመ፡ ይጽባሕ፡ ሰንበት፡፡=፡ ወተለውዎ፡ ካልኣት፡
አንስት፡ እለ፡ መጽኣ፡ እምገሊላ፡ ወርእያ፡ መቃብሮ፡፡ ወቀበርዎ፡ በድ
56 ኖ፡ለእግዚእ፡ ኢየሱስ፡=፡ ሖራ፡ ወአስተደለዋ፡ አፈዋተ፡ ወኃደጋ፡ በሰንበት፡
ወኢሖራ፡ እስመ፡ ከመሁ፡ ሕጎሙ፡፡=፡

Et dixit Domino Jesu, Recordare mei Domine, quum veneris in regno tuo. Et 42
respondit ei Dominus Jesus, & dixit ei; Amen, dico tibi abundantius, quòd 43
hodiè eris mecum in paradiso. Et quum meridies esset, tempore sextæ horæ 44
obiit sol, & obscurus fuit mundus usque horam nonam. Et obscuratus est sol: 45
& scissum fuit velum templi, à summitate ejus usque ad imum ejus. Et clamavit 46
Dñs Jesus in magna voce, & dixit; Pater, in manus tuas repono animam meam: &
hoc dicens obiit. Et videns centurio quod factum erat, glorificavit Deum, & 47
dixit; Certè justus fuit hic homo. Et omnes populi quum vidissent quæ facta fu- 48
erant, percusserunt pectora sua, & reversi sunt, & abierunt. Et stabant omnes illi 49
qui cognoscebant eum, à longé: & mulieres quæ sequutæ erant eum à Galilæa,
viderunt hoc.

De eo qui petiit corpus Domini nostri.

Et venit vir cujus nomen Joseph, præpositus bonus, vir justus & prudens. Et 50
ille non fuerat in consilio, & actibus Judæorum: & civitas ejus Arimathæa, & 51
accepit ille regnum Dei. Et profectus est ad Pilatum, & impetravit corpus Dñi 52
Jesu. Et submisit corpus Domini Jesu, & involvit illud in sindone, & sepelivit 53
illud in sepulchro quod effoderat, in quo nemo sepultus fuerat. Et parasceue 54
tunc erat isto die, ut illucesceret sabbatum. Et sequutæ sunt eum aliæ muli- 55
eres quæ venerant ex Galilæa, & viderunt sepulchrum ejus: & quum sepeli-
vissent corpus Domini Jesu, Abierunt, & paraverunt aromata: & quie- 56
verunt in sabbato, & non profectæ sunt, quia sic erat lex eorum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

52 * پيش پيلاطوس † رفت وتن عيسي را درخواست كرد كه دفن كند
صد سي هشت سپردن تن مسيح را در قبر
53 * واز انجا بيامد . وتن عيسي را از صليب فرو گرفت . ودر كتانهاء باريك بپيچيد . واين يوسف
54 گوري از سنگ بهر خود كنده بود . عيسي را دران گور نهاد . هنوز هيچ كسي † دران گور ننهاده
55 بودند . * روز آدينه بود . وشنبه در امدن بود . * و زناني كه از جليل با وي امده بودند .
56 وگور عيسي را ديدند . ودانسته بودند † كجا نهاده شد . * از انجا باز گشتند
وبوي خوش . وغاليه . آماده كردند . و چون روز شنبه † درگذشت [ارام گرفتند]
انچنانك فرموده بود

Ille ad Pilatum ivit, & corpus 52
Jesu postulavit, ut sepeliret.

CXXXVIII. Traditur corpus Christi sepulchro.

Et illinc venit, & corpus Jesu 53
de cruce detraxit, & linteis tenui-
bus involvit: hic autem Joseph se-
pulchrum ex saxo sibi effoderat, Je-
sum itaque in illo sepulchro posuit;
nam adhuc neminem in eo sepulchro
posuerant. Feria sexta erat, & 54
Sabbathum inibat. Et mulieres, 55
quæ è Galilæa cum eo venerant,
& sepulchrum Jesu viderunt, &
noverunt ubi positus esset, Illinc 56
reversæ sunt, & odores bonos &
galiam paraverunt, & dum Sab-
bathum præteriret, quieverunt, quem-
admodum præceptum erat.

CAP. XXIV. κδ'.

At unâ sabbatorum diluculo profundo venerunt ad monumentum, portan-
1 Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέος ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα, φέρου-
tes, quæ paraverunt, aromata: & quædam cum eis. Invenerunt autem la-
2 σαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα· καί τινες σὺν αὐταῖς. Εὗρον δὲ τὸν λί-
pidem revolutum à monumento. Et ingressæ non invenerunt cor-
3 θον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. Καὶ εἰσελθοῦσαι οὐχ εὗρον τὸ σῶ-
pus Domini Jesu. Et factum est in dubitare eas de isto, &
4 μα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, καὶ
ecce duo viri adstiterunt eis in vestibus fulgentibus. Timentibus
5 ἰδοὺ (α) δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις. Ἐμφόβων
autem factis illis, & inclinantibus vultum in terram, dixerunt ad illas;
δὲ γενομένων αὐτῶν, καὶ κλινουσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν, εἶπον πρὸς αὐτάς,
Quid quæritis viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit: recorda-
6 Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη· μνήσθη-
mini ut locutus est vobis, adhuc existens in Galilæa, Dicens; Quia oportet
7 τε ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν, ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, Λέγων, Ὅτι δεῖ τὸν
filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, &
υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ
tertiâ die resurgere. Et recordatæ sunt verborum ejus. Et rever-
8 τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. Καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ. Καὶ ὑποστρέψα-

τλϛ α | τλθ η
se à monumento, nuntiaverunt hæc omnia undecim, & omnibus ce-
quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio.
τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. Ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου (α) μαχαίρᾳ.

MS. A. (π) Ἐμνήσθημεν (ρ) τοῦ Κυρίου, (σ) ἐγὼ τίς (τ) Ἄρα καὶ (υ) εἰς ζωὴν ἔδωκεν. (φ) Στεφάνου, (χ) ἐλθόντες (ψ) καὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, (ω) ὁ πιστεύσας (α) Ἰερουσαλὴμ (β) Βαρ-
νάβαν ἕως (γ) τὴν τοῦ (δ) Ταρσὸν ἀναζητῆσαι (ε) εὑρὼν, ἤγαγεν εἰς (ζ) αὐτοῖς καὶ ἐνιαυτὸν (η) εἰς Ἀντιόχειαν (θ) λιμὸν μεγάλην (ι) ἥτις ἐγένετο (κ) εὐπορεῖτό τις, ὥρισαν
Κεφ. ιβ. MS.A. (α) μαχαίρῃ. Ἰδὼν δὲ ὅτι

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]
18 [illegible]
[illegible]
19 [illegible]
[illegible]
20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
[illegible]
30 [illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]

Quumque exorsus essem illic loqui, obrexit eos Spirit⁹ sanctitatis, tanquam & nos antea. Proindè recordatus sum sermonis Domini nostri, quum diceret; Johannes quidem baptizavit aquâ; vos autem baptizabimini Spiritu sanctitatis. Si ergò Deus æquè dedit illud donum Gentibus illis quæ crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, sicut & nobis, ego quis eram qui sufficerem ad prohibendum Deum? Quumque hos sermones audissent, quieverunt, & glorificaverunt Deum, ac dicebant; Fortè etiam Gentibus Deus dedit pœnitentiam ad vitam.

Feriâ sextâ, primâ jejunii. 31.

Illi autem qui dispersi fuerant ex oppressione quæ contigerat in Stephanum, pervenerant usque in Phœniciam, atque in regionem Cypri, & in Antiochiam; nemini loquentes sermonem *Dei*, nisi tantùm Judæis. Erant autem ex eis quidam ex Cypro & Cyrene: isti introibant Antiochiam, & colloquebantur Græcis, atque evangelizabant super Domino nostro Jesu. Erat porrò cum eis manus Domini: multíque crediderunt, & conversi sunt ad Dominum. Pervenit autem hic rumor ad aures filiorum ecclesiæ quæ erat in Jerusalem: proindè miserunt Barnabam in Antiochiam. Quumque illic pervenisset, essétque conspicatus gratiam Dei, gavisus est: & efflagitabat ab eis ut toto corde suo adhærerent Domino nostro: Quandoquidem vir bonus erat, & perfectus in Spiritu sanctitatis & fide. Cæterùm adjunxit se populus multus ad Dominum nostrum. Ille autem exiit in Tarsum ut requireret Saul. Quumque eum invenisset, adduxit secum Antiochiam. Totóque anno simul congregabantur in ecclesia, docuerúntque plebem multam. Exindè primò vocati sunt in Antiochia discipuli, Christiani. Et in diebus illis venerunt ex Ierusalem illuc prophetæ. Surrexitque unus ex eis, cui nomen erat Agabus, patefecítque eis per Spiritum, famem ingentem futuram in tota terra. Et fuit hæc fames in diebus Claudii Cæsaris. Enimverò discipuli, prout suppetebat unicuique eorum, decreverunt mittere subsidium fratribus illis qui habitabant in Judæa. Itaque miserunt per manum Barnabæ & Sauli ad Presbyteros qui illic erant.

Sabbatho primo jejunii. 33.

CAP. XII.

POrrò in illo tempore injecerat manus in quosdam qui erant in ecclesia, ut malè acciperet eos Herodes ille rex, qui cognominatur Agrippa. Trucidavit autem gladio Jacobum fratrem Johannis.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

15 ወሶበ፡ አኀዝኩ፡ እንግሮሙ፡ ወረደ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ ዲቤሆሙ፡ በከመ፡ወረደ፡ ቀዲሙ፡፡=፡
16 ወተዘከርኩ ፡ቃሎ ፡ ለእግዚእነ ፡ ዘይቤ፡ ዮሐንስ ፡ ያጠምቅ፡ በማይ፡ ወአንትሙሰ ፡ ታጠ
17 ምቁ ፡ በመንፈስ ፡ ቅዱስ፡፡=፡ ሶበ ፡ እንከ ፡ ዕሩየ ፡ ወሀቦሙ ፡ እግዚአብሔር ፡ ጸጋሁ፡
ከማነ ፡ እስመ ፡ አምኑ ፡ በእግዚእነ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ መኑ፡አነ ፡ ዘእክል ፡ ከሊአ
18 ቶ ፡ ለእግዚአብሔር፡=፡ ወዘንተ ፡ ሰሚዖሙ ፡ አረመሙ ፡ ወአእኰቱ ፡ እግዚአ
ብሔር ፡ ወይቤሉ ፡ እንጋዲ ፡ ለእመ ፡ ወሀቦሙ ፡ እግዚአብሔር ፡ ለአሕዛብ፡
ይነስሑ፡፡=፡

Et quum incepissem nuntiare iis, descendit Spiritus sanctus super eos, sicut descendisset primò. Et recordatus sum sermonis Domini nostri, quem dixit; Johannes baptizabat in aqua, & vos baptizabimini in Spiritu sancto. Quum igitur pariter dedit iis donum suum, sicut nobis, quia crediderunt in Domino nostro Jesu Christo, quis ego eram qui possem prohibere Deum? Et hoc quum audivissent, quieverunt, & glorificaverunt Deum, & dixerunt; Nempè etiam dedit Deus Gentibus ut pœnitentiam agerent.

Versio VULGATA LATINA.

Cùm autem cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in
principio. Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat; Joannes quidem ba-
ptizavit aquâ, vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Si ergò eandem gra-
tiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum Jesum Chri-
stum: ego quis eram, qui possem prohibere Deum? His auditis, tacuerunt: &
glorificaverunt Deum, dicentes; Ergò & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad
vitam. Et illi quidem, qui dispersi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat sub
Stephano, perambulaverunt usque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemi-
ni loquentes verbum, nisi solis Judæis. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii,
& Cyrenæi, qui cùm introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annun-
tiantes Dominum Jesum. Et erat manus Domini cum eis: multúsque numerus
credentium conversus est ad Dominum. Pervenit autem sermo ad aures Eccle-
siæ, quæ erat Jerosolymis, super istis: & miserunt Barnabam usque ad Antiochi-
am. Qui cùm pervenisset, & vidisset gratiam Dei, gavisus est: & hortabatur
omnes in proposito cordis permanere in Domino: Quia erat vir bonus, & ple-
nus Spiritu sancto, & fide. Et apposita est multa turba Domino. Profectus est 24
autem Barnabas Tarsum, ut quæreret Saulum: quem cùm invenisset, perduxit 25
Antiochiam. Et annum totum conversati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt
turbam multam, ita ut cognominarentur primùm Antiochiæ discipuli, Christiani. 26
In his autem diebus supervenerunt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiam: Et 27
surgens unus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum famem magnam fu- 28
turam in universo orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Discipuli autem,
prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in 29
Judæa fratribus: Quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ 30
& Sauli.

C A P. XII.

EOdem autem tempore misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ec- 1
clesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. 2

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

15 * فلما بدات اتكلم هبط عليهم روح القدس • كما هبط علينا قديما * فذكرت قول الرب
16 حين قال • ان يوحنا اعمد بالماء وانتم ستعمدون بالروح القدس * فلين كان الله قد اعطاهم
17 نظير موهبتنا بالسواء كما اعطانا اذ امنا بالرب يسوع المسيح • فانا من حتي استطيع امنع الله •
18 * فاذ سمعوا هذه الخطوب صمتوا ومجدوا الله قايلين • ولعل الله قد منح الامم التوبة ليحيوا بها •
* الاحد الخامس بعد الفصح المعروف بالسامرية • كز • * فاما الذين تشتتوا من اجل
19 الحزن الصاير من جراء اصطفان جالوا الي بسري العور وقبرس وانطاكية • وكانوا لا يخاطبون
20 احدا بقول الكرازة الا اليهود فقط * وكان فيهم قوم قبرسيون وكريناييون • لما دخلوا الي
21 انطاكية خاطبوا اليونانيين يبشرونهم بيسوع المسيح * وكانت يد الرب معهم • فامن قوم
22 عددهم كثير وعادوا الي الرب * فسمع خبر ووصل الي اذان اهل الكنيسة التي باورسليم
23 من اجلهم • فارسلوا برنابا يطوف الي انطاكية * فلما جاء اليها وشاهد نعمة الله فرح •
24 وعزي بسالف توطيد قلبه ان يثبتوا في امانة الرب * لانه كان رجلا صالحا ومليا
25 من روح القدس والامانة • واضاف الي الرب جمعا جزيلا * ثم خرج برنابا الي طرسوس
26 ليطلب بولص * فاذ وجده جاء به الي انطاكية • فاقاما يجتمعان بها في الكنيسة سنة
27 كاملة • وعلما شعبا جزيلا • وفي انطاكية اولا لقب التلاميذ بالمسيحيين * وفي تلك
28 الايام انحدر من اورسليم الي انطاكية انبياء * فقام احدهم اسمه اغابس • فعرف بالروح ان
29 جوعا عظيما سيكون فيما بعد في الدنيا كلها • فصار ذلك علي عهد كلوديوس قيصر الملك •
30 * واذ امر التلاميذ كل احد من المومنين ان يرسل بركة كما تيسر له ويسمح به لخدمة الاخوة
القاطنين في بلد اليهودية * ففعلوا ذلك • وكانوا ينفذونها الي الشيوخ بيد برنابا وبولص • تم •
* قراءة يوم السبت الرابع بعد النصف • • الفصل الثاني عشر •
1 كح • * في ذلك الحين بسط هيرودس الملك يديه ليسيء الي قوم من الكنيسة •
2 * وقتل يعقوب اخا يوحنا بالسيف •

Cùm itaque cœpissem loqui, descendit 15
super eos Spiritus sanctus, quemadmo-
dum descenderat olim super nos. Re- 16
cordatus sum autem sermonis Domini
quum dixit, Johannes quidem baptiza-
vit aquâ, at vos baptizabimini Spiritu
sancto. Si ergò Deus concessit eis idem 17
prorsus donum nostrum quod nobis con-
cesserat quia credidimus in Dominū Je-
sum Christum, quis ego sum ut possim pro-
hibere Deum? His igitur sermonibus 18
auditis, obticuerunt, & glorificaverunt
Deum, dicentes; Fortassis Deus con-
cessit etiam gentibus pœnitentiam, ut
per eam vivant.

Dominicâ quintâ post Pascha, quæ vocitatur Samaritanæ.

Verùm qui dispersi fuerant ob afflictio- 19
nem obortam causâ Stephani, oberrave-
runt ad Bosciara confinium, & Cyprum,
atque Antiochiam; & cum nemine in-
stituebant sermonem prædicationis, nisi
cum Judæis tantùm. Erant autem inter 20
ipsos quidam Cyprii & Cyrenenses, qui
cùm introissent Antiochiam, allocuti
sunt Græcos, annuntiantes eis Jesum
Christum. Eratque manus Domini cum 21
illis: ac proinde fidem susceperunt ho-
mines copiosi numeri, & conversi sunt
ad Dominum. Et audita est fama eorum, 22
devenitque ad aures hominum Ecclesiæ
quæ erat Jerosolymis: & miserunt Bar-
nabam ut perlustraret Antiochiam usque.
Qui cùm eò pervenisset, vidissetque 23
gratiam Dei, gavisus est, & hortatus est
pro consueta firmitate cordis sui, ut
persisterent in fide Domini. Erat enim 24
vir probus ac plenus Spiritu sancto &
fide: attraxitque ad Dominum turbam
copiosam. Deindè egressus est Barnabas 25
Tarsum, ut quæreret Paulum. Quem 26
cùm reperisset, perduxit Antiochiam,
In qua manserunt ambo, convenientes
illic in Ecclesia, anno integro; docueruntque
populum multum. Antiochiæ verò
primùm vocati fuerunt discipuli, Chri-
stiani. Iisdem diebus descenderunt ab 27
Jerusalem Antiochiam quidam pro-
phetæ: Surgensque unus ex eis nomine 28
Agabus, significavit per Spiritum, fa-
mem magnā postmodùm futuram in toto
orbe: quæ & accidit tempore Claudii Cæ-
saris Imperatoris. Et cùm præcepissent 29
discipuli unicuique fidelium ut mitteret
benedictionem aliquam pro sua facul-
tate, & liberalitate, in ministerium fra-
trum degentium in regione Judææ, Exe- 30
cuti sunt: mittebántque eas ad seniores
per manum Barnabæ & Pauli. Finis.

Lectio diei sabbathi quarti post medium.

C A P. XII.

EOdem tempore extendit Herodes rex 1
manus suas, ut noceret quibusdam ex
Ecclesia. Et occidit Jacobum fratrem 2
Johannis gladio.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

ወእሙንቱ፡ ተዘርዉ፡ በእንተ፡ ቅትለተ፡ እስጢፋኖስ፡ ወበጽሑ፡ እስከ፡ ቆጵሮስ፡ ወፊንቂስ፡
ወአንጾኪያ፡ እንዘ፡ ኢይነግሩ፡ ቃሎሙ፡ ዘእንበለ፡ ለአይሁድ፡ ለበሕቲቶሙ፡፡ ወቦ፡ እም
ውስቴቶሙ፡ሰብእ፡ ቆጵሮስ፡ወቀርናዊያን፡ወሖሩ፡ አንጾኪያ፡ ወነገርዎሙ፡ ለአረማዊያን፡
ወመሀርዎሙ፡ በእንተ፡ እግዚእነ፡ ኢየሱስ፡፡ ወእደ፡ እግዚአብሔር፡ ምስሌሆሙ፡ ወ
ብዙኃ፡ኍልቆሙ፡ለእለ፡ አምኑ፡ በእግዚእነ፡ ወተመይጡ፡፡ ወተሰምዐ፡ዝነገር፡በቤተ፡
ክርስቲያን፡ ዘኢየሩሳሌም፡በእንቲአሆሙ፡፡ ወፈነውዎ፡ለበርናባስ፡አንጾኪያ፡፡ ወበህየ፡
ርእየ፡ጸጋ፡እግዚአብሔር፡ ወተፈሥሐ፡ ወመሀሮሙ፡ ለኵሉሙ፡ ይትመየጡ፡ በኵሉ፡
ልቦሙ፡ ኀበ፡ እግዚአብሔር፡፡ እስመ፡ ብእሲ፡ ጻድቅ፡ ውእቱ፡ ወምሉአ፡ መንፈስ፡
ቅዱስ፡ ወሃይማኖት፡ ወተወሰኩ፡ ብዙኃን፡ አሕዛብ፡ ኀበ፡ እግዚአብሔር፡፡

በገብርኤል፡ ምንባብ፡፡

ወሖረ፡በርናባስ፡ጠርሴስ፡፡ ይኅሥሥ፡ ለሳውል፡ ወረከቦ፡ ወወሰዶ፡ አንጾኪያ፡፡ ወነበረ፡
አሐተ፡ ዓመተ፡ ወመሀረ፡ ለብዙኃን፡ አሕዛብ፡ ወአብሉ፡ ውስተ፡ ክርስቲያን፡ በአንጾኪያ፡
ቀዳሚ፡፡ ህየ፡ ወውእተ፡ለሚ፡ወረዱ፡ነቢያት፡እምኢየሩሳሌም፡ለአንጾኪያ፡፡
ወተንሥአ፡አሐዱ፡እምውስቴቶሙ፡ዘስሙ፡አጋቦስ፡ ወነገረ፡በመንፈስ፡ቅዱስ፡ወአም፡ይመጽ
ረኃብ፡ዐቢይ፡ውስተ፡ኵሉ፡ ዓለም፡ ዘከመ፡ ኮነ፡በመዋዕለ፡ቀለውዴዎስ፡፡ ወእም
ዝ፡ አስተዋጽኡ፡ ሐዋርያት፡በአምጣኑ፡ይክሉ፡ወፈነዉ፡ለቢጾሙ፡ ለእለ፡ይነብሩ፡ብሔረ፡
ይሁዳ፡፡ ምስለ፡በርናባስ፡ወሳውል፡ ኀበ፡ቀሲሳን፡፡ 18

ወበውእቱ፡ለሚ፡ እኀዞሙ፡ ሄሮድስ፡ንጉሥ፡ ለሰብዓነ፡ ቤተ፡ እግዚአብሔር፡ ወአሐ
መሞሙ፡፡ ወቀተሉ፡ለያዕቆብ፡ እኁሁ፡ ለዮሐንስ፡በመጥባሕት፡፡

Et tunc dispersi fuerant propter occisionem Stephani, & pervenerunt usque ad Cyprum, 19
& Phœniciam, & Antiochiam, non nuntiantes verbum eorum, nisi Judæis solum.
Et fuerunt ex illis homines Cypri, & Cyrenenses, et profecti sunt Antiochiam, et 20
loquuti sunt Gentilibus, et docuerunt eos de Domino nostro Jesu. Et manus Domi- 21
ni fuit cum illis, et multus fuit numerus credentium in Domino nostro, et conversi
sunt. Et auditus fuit hic rumor in domo Christianorum, quæ erat Hierosolymis, de 22
illis, et miserunt Barnabam Antiochiam. Ibi vidit gratiam Dei, et gavisus est, 23
et docuit omnes, ut converterentur toto corde eorum ad Deum. Quia vir justus 24
erat, et plenus Spiritu sancto et fide: et adjuncti sunt multi populi ad Deum.

In Gabrielis *festo*, Lectio.

Et abiit Barnabas Tarsum ut quæreret Saulum: et invenit eum, et duxit eum An- 25
tiochiam. Et mansit unum annum, et docuit multos populos, et obtulerunt ad Chri- 26
stianos in Antiochia primùm. Et isto tempore descenderunt prophetæ ab Hierosoly- 27
mis ad Antiochiam. Et surrexit unus ex illis cujus nomen erat Agabus, et nun- 28
tiavit per Spiritum sanctum, quòd ventura erat magna fames in toto mundo, sicut
fuit in diebus Claudii. Et tunc eleemosynas erogârunt Apostoli in quantum poterant, 29
et miserunt fratribus habitantibus in regione Judææ, cum Barnaba et Saulo ad se- 30
niores.

C A P. XII.

ET isto tempore prehendit Herodes rex præpositos domûs Dei, et afflixit eos. Et 1
trucidârunt Jacobum fratrem Johannis, cum gladio. 2

Et videns quòd gratum est Judæis, apposuit apprehendere & Petrum: (E-
3 Καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον· (ἦ-
rant autem dies Azymorum.) Quem & prehendens misit in custodiam, tradens
4 σαν δὲ (β) ἡμέραι τῶν Ἀζύμων.) Ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς φυλακήν, (γ) παραδοὺς
quatuor quaternionibus militum custodire eum, volens post Pascha pro-
τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν, βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα (δ) ἀν-
ducere eum populo. Ille quidem igitur Petrus servabatur in custodia: Oratio
5 αγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ. Ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ· προσευχὴ
autem erat assidua facta ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cùm
6 δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς Θεὸν (ε) ὑπὲρ αὐτοῦ. Ὅτε
autem futurum esset eum producere Herodes, nocte ipsâ erat Petrus dormi-
δὲ ἔμελλεν (ζ) αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρώδης, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμε-
ens inter duos milites, vinctus catenis duabus, custodésque ante ostium
νος μεταξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένος ἁλύσεσι δυσί, φύλακές τε (η) πρὸ τῆς θύρας
observabant custodiam. Et ecce angelus Domini astitit, & lumen refulsit in
7 ἐτήρουν τὴν φυλακήν. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ
habitaculo: pulsans autem latus Petri, excitavit eum, dicens; Surge
οἰκήματι· πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, ἤγειρεν αὐτόν, λέγων, Ἀνάστα
in celeritate. Et ceciderunt ejus catenæ de manibus. Dixitque angelus
8 ἐν τάχει. καὶ (θ) ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν. Εἶπέ τε ὁ ἄγγελος
ad eum; Præcingere, & subliga sandalia tua. Fecit autem
πρὸς αὐτόν, (ι) Περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. ἐποίησε δὲ
sic. Et dixit illi; Circunda vestimentum tuum, & sequere me. Et ex-
9 (κ) οὕτω. καὶ λέγει αὐτῷ, Περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι. Καὶ ἐξ-
iens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est factum per ange-
ελθὼν (λ) ἠκολούθει αὐτῷ, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ἀληθές ἐστι τὸ γινόμενον (μ) διὰ τοῦ ἀγγέ-
lum: existimabat autem visum videre. Transeuntes autem primam custodiam & se-
10 λου· ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν. Διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευ-
cundam, venerunt ad portam ferream, ducentem ad civitatem, quæ sponta-
τέραν, (ν) ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν, τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐτο-
nea aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum, & continuò
μάτη (ξ) ἠνοίχθη αὐτοῖς. καὶ ἐξελθόντες προῆλθον ῥύμην μίαν, καὶ εὐθέως
discessit angelus ab eo. Et Petrus factus in se, dixit;
(ο) ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ ὁ Πέτρος (π) γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, εἶπε,
Nunc scio verè quia emisit Dominus angelum suum, & eripuit me de
Νῦν οἶδα ἀληθῶς ὅτι ἐξαπέστειλε Κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ (ρ) ἐξείλετό με ἐκ 11
manu Herodis, & omni expectatione plebis Judæorum. Considerans-
χειρὸς Ἡρώδου καὶ πάσης τῆς (σ) προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων. (τ) Συνιδών
que venit ad domum Mariæ matris Joannis, cognominati Marci,
τε ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν (υ) Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου, 12
ubi erant multi congregati & orantes. Pulsante autem
οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι. Κρούσαντος (φ) δὲ τοῦ
Petro ostium vestibuli, processit puella subauscultare, nomine Rhode.
Πέτρου τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι, ὀνόματι Ῥόδη. 13
Et agnoscens vocem Petri, præ gaudio non aperuit vestibulum: Introcur-
Καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα· εἰσδραμοῦ- 14
rens autem nuntiavit stare Petrum ante vestibulum. Illi autem ad eam
σα δὲ ἀπήγγειλεν ἑστάναι τὸν Πέτρον πρὸ τοῦ πυλῶνος. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν
dixerunt; Insanis. Illa autem affirmabat sic habere. Illi autem dicebant; Angelus
(χ) εἶπον, Μαίνῃ. ἡ δὲ διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν. οἱ δ' ἔλεγον, (ψ) Ὁ ἄγγελος 15
ejus est. At Petrus perseverabat pulsans: Aperientes autem viderunt eum, &
αὐτοῦ ἐστιν. Ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρούων· ἀνοίξαντες δὲ (ψ) εἶδον αὐτόν, καὶ 16
obstupuerunt. Annuens autem eis manu tacere, narravit eis
ἐξέστησαν. (ω) Κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾶν, (α) διηγήσατο αὐτοῖς
quomodò Dominus eum eduxisset de custodia: dixit autem; Annuntiate Jacobo &
πῶς ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς· (β) εἶπε δέ, Ἀπαγγείλατε Ἰακώβῳ καὶ 17
fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum. Facta autem die,
τοῖς ἀδελφοῖς ταῦτα. καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον. Γενομένης δὲ ἡμέρας,
erat turbatio non parva in militibus, quidnam Petrus factum esset.
ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο. 18

MS. A. (β) αἱ ἡμέραι (γ) παραδιδοὺς (δ) ἀγαγεῖν (ε) περὶ (ζ) προαγαγεῖν αὐτὸν (η) πρὸς τῇ θύρᾳ (θ) ἐξέπεσαν (ι) Ζῶσαι, (κ) οὕτως. (λ) ἠκολούθει, καὶ (μ) ὑπὸ τοῦ (ν) ἦλθαν (ξ) ἠνοίγη (ο) ἀπῆλθεν (π) ἐν ἑαυτῷ γενόμενος, (ρ) ἐξείλατό (σ) προσδοκίας τῶν (τ) Συνιδὼν δὲ (υ) τῆς Μαρίας τῆς (φ) δὲ αὐτοῦ τὴν (χ) εἶπαν, (ψ) Ὁ ἄγγελός ἐστιν αὐτοῦ. (ψ) ἴδαν (ω) Κατασείσαντος δὲ αὐτοῦ τῇ (α) διηγήσατο πῶς αὐτὸν ὁ Κύριος ἐξήγαγεν (β) εἶπέν τε

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

Quumque vidisset hoc placuisse Judæis, per-
rexerat comprehendere etiam Simonem Pe- 3
tram: (erant autem dies Azymorum.)
Itaque prehendit eum, & conjecit in car-
cerem; tradiditque ei sexdecim milites ut 4
custodirent eum, ut post Pascha traderet eum
populo Judæorum. Quumque ipse Simon
custodiretur in carcere, preces assiduæ pro 5
eo offerebantur ab ecclesia Deo. Et in illa
nocte, cujus diluculo tradendus erat, dum 6
dormiret Simon inter duos milites, vin-
ctúsque esset duabus catenis, & alii custodi-
rent fores carceris: Angelus Domini asti-
tit supra eum, & lumen refulsit in tota do- 7
mo: & pupugit ei latus, & excitavit eum:
dixítque ei; Surge festinanter. Et decide-
runt catenæ ex manibus ejus. Et dixit ei
angelus; Accinge lumbos tuos, & calcea 8
sandalia tua. Et ita fecit. Rursus autem di-
xit ei; Obvolve te pallio, & sequere me.
Exiit itaque & ambulabat post eum, quum 9
nesciret verúmne esset id quod fiebat per
angelum: putabat enim se visum videre.
Quumque transacta esset custodia prima & 10
secunda, venerunt usque ad portam ferre-
am, & aperta est eis ultrò: at quum exiis-
sent, ac pertransissent plateam unam, dis-
cessit ab eo angelus. Tunc cognovit Si- 11
mon, & ait; Nunc scio verissimè Dominum
misisse angelum suum, méque liberâsse de
manu Herodis regis, & ex eo quod machi-
nabantur adversùm me Judæi. Quod quum 12
intellexisset, venit domum Mariæ fratris Jo-
annis illius qui cognominatus est Marcus,
propterea quòd multi fratres illic erant con-
gregati, & precabantur. Pulsavit autem fo- 13
res atrii, & egressa est ut ei responderet pu-
ella, nomine Rhode. Et agnovit vocem 14
Simonis: ac præ gaudio suo non aperuit ei
ostium, sed reversa est cursu, ac dixit eis;
Ecce Simon stat pro foribus atrii. Cui di- 15
cunt, Terrore conturbata es. Illa verò con-
tendebat rem ita se habere. Dicunt ei; For-
tasse angelus ejus est. Simon autem pulsa- 16
bat fores: proinde exierunt, eúmque con-
spicati obstupuerunt. Porrò innuebat eis 17
suâ manu ut tacerent: & ingressus est, ac
renuntiavit eis quomodo Dominus eduxerat
eum de carcere: ac dixit eis; Narrate hæc
Jacobo & fratribus nostris. Et egressus pro-
fectus est in alium locum. Quum autem 18
manè esset, extitit tumultus plurimus inter
milites propter Simonem, quidnam ei fa-
ctum esset.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

3 ወርእየ፡ ከመ፡ ተፈሥሑ፡ አይሁድ፡ ደገመ፡ አኀዞ፡ ለጴጥሮስ፡ ወበዓለ፡ ፋሲካ፡ ውእቱ፡
4 ለዋሪ፡፡ ወአኀዞ፡ ሞቅሐ፡ ማእከለ፡ ፲ወ፯ ሰገራት፡ የዐቅብዎ፡፡ ወፈቀደ፡ እም
5 ድኅረ፡ ፋሲካ፡ ያቅርቦ፡ ኀበ፡ ሕዝብ፡፡ ወእንዘ፡ የዐቅብዎ፡ ለጴጥሮስ፡ በውስተ፡ ሞ
6 ቅሕ፡ ወይጼልዩ፡ በእንቲአሁ፡ ወትረ፡ ኀበ፡ እግዚአብሔር፡ በቤተ፡ ክርስቲያን፡፡ ወአ
መ፡ ረከሶ፡ ፈቀደ፡ ሄሮድስ፡ ያቅርቦ፡ በይእቲ፡ ሌሊት፡ ወእንዘ፡ ይነውም፡ ጴጥሮስ፡ ማ
እከለ፡ ክልኤ፡ ሰገራት፡ ወሙቁሕ፡ ክልኤሆን፡ እደዊሁ፡ ወየዐቅቡ፡ ሠገራት፡ አናቅጸ፡፡
7 ወወረደ፡ መልአከ፡ እግዚአብሔር፡ ወቆመ፡ ኀበ፡ ጴጥሮስ፡፡ ወበረቀ፡ መብረቅ፡ ውስተ፡ ው
እቱ፡ ቤት፡ ወጐድጐደ፡ ገቦሁ፡ ወአንቅሖ፡ ለጴጥሮስ፡፡ ወይቤሎ፡ ተንሥእ፡ ፍጡነ፡ ወወድቀ፡ ማ
ዋቅሕቲሁ፡ እምእደዊሁ፡፡

Et quum vidisset quòd gavisi essent Judæi, denuò prehendit Petrum: & festum Pa-
schæ fuit isto die: Et prehensum conjecit eum in carcerem, medio septemdecim mi-
litum ut custodirent eum: & voluit post Pascha adducere eum ad populum. Et dum
custodirent Petrum in carcere, orabant pro ipso extensè ad Deum in domo Chri-
stianorum. Et quando seipsum voluit Herodes producere in ista nocte, tum dormi-
ens erat Petrus medio duorum militum, & vinctus erat ambabus manibus ejus: &
observârunt milites ostia. Et descendit angelus Dei, & stetit apud Petrum, &
splenduit lux in ista domo, & pulsavit latus ejus, & evigilare fecit Petrum, & di-
xit ei; Surge citò: & ceciderunt catenæ ejus de manibus ejus.

Versio VULGATA LATINA.

Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum. Erant
autem dies Azymorum. Quem cùm apprehendisset, misit in carcerem, tradens
quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere
eum populo. Et Petrus quidem servabatur in carcere. Oratio autem fiebat si-
ne intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cùm autem producturus eum
esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus
catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce ange-
lus Domini astitit: & lumen refulsit in habitaculo: percussóque latere Petri ex-
citavit eum, dicens; Surge velocitér. Et ceciderunt catenæ de manibus ejus.
Dixit autem angelus ad eum; Præcingere: & calcea te caligas tuas. Et fecit sic.
Et dixit illi; Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens seque-
batur eum, & nesciebat quia verum est, quod fiebat per Angelum: existimabat
autem se visum videre. Transeuntes autem primam & secundam custodiam,
venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem: quæ ultrò aperta est
eis. Et exeuntes processerunt vicum unum: & continuò discessit Angelus ab
eo. Et Petrus ad se reversus, dixit; Nunc scio verè, quia misit Dominus 11
angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione ple-
bis Judæorum. Considerânsque venit ad domum Mariæ matris Joannis, qui 12
cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes. Pulsante 13
autem eo ostium januæ, processit puella ad audiendum, nomine Rhode. Et ut 14
cognovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit januam, sed intrò currens nun-
tiavit stare Petrum ante januam. At illi dixerunt ad eam; Insanis. Illa autem 15
affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant; Angelus ejus est. Petrus autem per- 16
severabat pulsans. Cùm autem aperuissent, viderunt eum, & obstupuerunt. An- 17
nuens autem eis manu ut tacerent, narravit quomodò Dominus eduxisset eum de
carcere, dixitque; Nuntiate Jacobo & fratribus hæc. Et egressus abiit in alium
locum. Factâ autem die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum 18
esset de Petro.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 * واذ ابصر ذلك مرضيا لليهود * اضاف اليه ان قبض على بطرس * وكان ذلك في ايام الفطر *
4 * واذ قبض عليه جعله في الحبس * وسلمه الى اربعة من الجند اصحاب ارباع ليحفظوه * مريدا
5 ان يصعده الى الشعب بعد الفصح * واذ كان بطرس محبوسا في السجن * كانت الكنيسة
6 تقرب من اجله الى الله صلاة متصلة * وحين اعتزم هيرودس ان يصعده اليهم * في تلك
الليلة كان بطرس نائما بين جنديين مغلولا بسلسلتين * وكان الحراس امام الابواب
7 يرصدون الحبس * اذ وقف به ملاك الرب * فاشرق نور في المسكن فضرب جنب بطرس
8 وانهضه قائلا قم مسرعا * فسقطت السلسلتان من يديه * وقال له الملاك تزنر والبس
9 نعليك * ففعل هكذا * فقال له البس ثوبك واتبعني * وخرج يتبعه ولم يعلم ان الصائر
10 بالملاك هو حق * بل كان يظن انه يبصر مناما * فاذ عبرا الحرس الاول والثاني اقبلا الى
باب الحديد المودي الى المدينة * فانفتح من ذاته لهما وخرجا * فعبرا في شارع واحد * وللحين
11 ابتعد الملاك منه * فعاد بطرس الى ذاته وقال * الآن علمت بتحقيق ان الرب ارسل ملاكه
وانقذني من يد هيرودس ومن كل شعب اليهود * تم *

* قراءة الاثنين من الجمعة الخامسة بعد الفصح * كط *

12 * فاذا علم يقينا جاء الى منزل مريم ام يوحنا الملقب مرقص * حيث كان قوم كثيرون
13 14 به مجتمعين ومصلين * فلما قرع الباب تقدمت صبية اسمها ورده تسمع * فاذ عرفت
صوت بطرس من فور سرورها لم تفتح الباب * بل رجعت مسرعة واخبرتهم ان بطرس
15 بالباب واقفا * فقالوا لها قد جننت * فلبثت تحقق قولها ان كذلك هو * فقالوا ملاكه
16 17 هو * فلبث بطرس يقرع الباب * فلما فتحوا ابصروه وذهلوا * فهز نحوهم يده ليسكتوا
وحدثهم كيف اخرجه الرب من الحبس * وقال لهم اخبروا بهذه البدايع يعقوب والاخوة
18 وخرج فذهب الى موضع اخر * تم * فلما اضحى النهار صار في الجند اضطراب ليس
بيسير * قائلين ترى ماذا اصاب بطرس *

Cùmque animadvertisset id gratum esse 3
Judæis, perrexit adhuc apprehendere
Petrum (accidit autem hoc in diebus
Azymorum); Quem cùm apprehendisset, 4
posuit in carcerem, tradiditque eum
quatuor militibus tribunis quartanis ut
custodirent eum, volens eum producere
populo post Pascha. Dum autem esset 5
Petrus in carcere detentus, offerebat
Ecclesia ad Deum pro ipso preces conti-
nuas. Et cùm proposuisset Herodes eum 6
ipsis producere, eâdem nocte erat Petrus
dormiens inter duos milites, vinctus
catenis duabus: & custodes ante ja-
nuas custodiebant carcerem. Inter im 7
adstitit ei angelus Domini (& lumen re-
fulsit in domicilio) percussitque latus
Petri, & excitavit eum dicens; Surge
festinus. Et excidit utraque catena de
manibus ejus. Dixit etiam ei ange- 8
lus; Præcingere, & induere soleis tuis.
Et fecit sic. Et dixit illi; Indue vesti-
mentum tuum, & sequere me. Egressus 9
igitur sequutus est eum, & ignorabat
rem quæ per Angelum fiebat, esse veram:
sed existimabat se somnium videre.
Cùmque præteriissent ambo custodiæ 10
locum primum & secundum, devene-
runt ad portam ferream quæ ducit ad
urbem, & aperta est eis ultrò, egressique
sunt: & transeuntes per vicum unum,
statim recessit Angelus ab eo. Et Petrus 11
ad se reversus, dixit; Nunc pro certo
cognovi quòd Dominus miserit ange-
lum suum, & eripuerit me de manu He-
rodis, totóque populo Judæorum. Hacte-
nus.

Lectio feriæ secundæ hebdomadæ quintæ post Pascha.

Cùm ergò rem pro certo scivisset, venit 12
ad domum Mariæ matris Johannis
qui cognominabatur Marcus, ubi erat
turba multa, illic congregati, & orantes.
Cùm autem pulsâsset ostium, processit 13
puella nomine Rosa; ut subausculta-
ret. Et ut agnovit vocem Petri, præ 14
eruptione gaudii sui non aperuit ostium,
sed festina recurrens, annuntiavit eis
stare Petrum ante januam. Inquiunt ei, 15
Insanis. Illa verò institit asseverans
sermonem suum sic se habere. Dixerunt;
Angelus ejus est. Perseverabat autem 16
Petrus januam pulsare. Et cùm ape-
ruissent, viderunt eum, & obstupuerunt.
Ipse verò innuit eis manu suâ ut tace- 17
rent: narravitque eis quomodo eduxisset
eum Dominus è carcere. Tum dixit
illis; Referte has novitates Jacobo &
fratribus. Et egressus abiit in alium
locum. Hactenus. *Porrò ubi diluxit* 18
dies, facta est in militibus turbatio
non parva: & dicebant; Quid fortè ac-
cidit Petro?

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

ወይቤሎ : ውእቱ : መልአክ : ቅንት : ሐቌከ : ወተሣአን : አሣእኒከ : ወገብረ : ከማሁ ::
ወይቤሎ : ተዐጸፍኬ : ልብሰከ : ወነዓ : ትልወኒ :=: ወወፅአ : ወተለዎ :: ወኢያእመ
ረ : ጴጥሮስ : ከመ : አሙን : ውእቱ : ዘአስተርአዮ : መልአክ : ወመሰሎ : ሕልመ : ዘ
ሐለመ ::=: ወወፂአሙ : ቀዳሚ : ዐፀድ : ወካልእ : በጽሑ : ኀበ : ኆኅት : ኀጺን : ወተርኅ
ወት : ለሊሃ : ሶቤሃ :: ወጺአሙ : ሖሩ : አሐተ : ስኰተ : ወኀደጎ : ዝኩ : መልአክ : ዘይ
መርሖ : ለጴጥሮስ :=: ወገብአ : ልቡ : ሶቤሃ :: ወይቤ : ይእዜ : አእመርኩ : ከመ : አማን : ፈነ
ወ : እግዚአብሔር : መልአኮ : ወአድኀነኒ : እምእዴሁ : ለሄሮድስ : ወእምኵሉ : ተስፋሆሙ :
ለሕዝብ : አይሁድ ::=:

በ፫ : ማርያም : ወበማርቆስ : ምንባብ :=:

ወእምዝ : ሖረ : ቤተ : ማርያም : እሙ : ለዮሐንስ : ዘተሰምየ : ማርቆስ : ኀበ : ሀለው : ተጋብአ
ን : ወይጼልዩ : በእንቲአሁ ::=: ወጐድጐደ : ኆኅተ : ዴዴ : መጽአት : ታርኅዎ : ወለት :
እንተ : ስማ : ሮዴ ::=: ወአእመረት : ቃለ : ጴጥሮስ : እምትፍሥሕት : ኢያርኀወቶ :
ዴዴ : ወሮፀት : ወነገረቶሙ : እንዘ : ይቀውም : ጴጥሮስ : ኀበ : ኆኅተ : ዴዴ :=: ወይ
ቤልዋ : ተዐብደኑ : ተዐገሢ :: ምዕረ : ወጐድጐደ : በሕቁ : ወይቤሉ : መልአኩኑ : እንጋ :
ውእቱ ::=: ወጕንደየ : ጴጥሮስ : እንዘ : ይጐደጕድ : ወሶበ : አርኀውዎ : ወርእይ
ዎ : ደንገፁ ::=: ወይቤሎሙ : አርምሙ : ወነገሮሙ : ዘከመ : አውጽኦ : እግዚአብሔር :
እሞቅሕ :: ወይቤሎሙ : ንግርዎሙ : ለያዕቆብ : ወለኵሎሙ : አኃዊነ :: ወወጽአ : ወሖረ :
ካልአ : ቤተ ::=: ወጸቢሖ : ተሀውኩ : ሰገራት : ፈድፋደ : ወይቤሉ : ምንትኑ : እን
ጋ : ኮነ : ጴጥሮስ ::=:

Et dixit ei iste angelus; Cinge lumbos tuos, & calcea calceos tuos: & fecit ita: 8
& dixit ei, Indue pallium tuum, & veni, sequere me. Et exivit, & sequutus est 9
eum: & nesciebat Petrus quòd verum fuit quòd apparuit ei angelus: & videba-
tur ei somnium, quod somniâsset. Et exeuntes primo atrio & secundo, venerunt 10
ad portam ferream, & aperta fuit de seipsa: tunc exeuntes progressi sunt unum vi-
cum, & reliquit eum iste angelus qui ducebat Petrum. Et reversum est ei cor ejus 11
statim, & dixit; Nunc novi quòd verè misit Deus angelum suum, & liberavit
me è manu Herodis, & ab omni expectatione populi Judæorum.

In tertia Mariæ: & in Marci festo, Lectio.

Et tunc venit domum Mariæ matris Johannis, qui nominatus fuit Marcus, ubi 12
fuerunt congregati, & orantes pro eo. Et pulsante ostium januæ, venit ut aperiret 13
ei filia, cujus nomen erat Rhode. Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non ape- 14
ruit januam, sed cucurrit & nuntiavit iis, stante Petro ad ostium januæ. Et di- 15
xerunt ei, Insanisne? perseverabat altera vice, & pulsavit paululùm: & dixerunt,
Angelúsne igitur est? Et moratus est Petrus pulsans: & quum aperuissent, & 16
vidissent eum, obstupuerunt. Et dixit iis ut tacerent: & nuntiavit iis quomodo 17
eduxisset eum Deus è carcere, & dixit iis; Nuntiate Jacobo & omnibus fratribus
nostris: & egressus est; & abiit in aliam domum. Et manè conturbati sunt mi- 18
lites valdè, & dixerunt; Quid igitur factum est de Petro?

Herodes autē requirens eum, & non inveniens, inquirens custodes, jussit adsup-
19 (γ) Ἡρώδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν καὶ μὴ εὑρών, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπα-
plicium trahi: & descendens à Judæa in Cæsaream, commoratus est. Erat autem
20 χθῆναι· καὶ κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας (δ) εἰς τὴν Καισάρειαν, διέτριβεν. Ἦν (ε) δὲ ὁ
Herodes iratus Tyriis & Sidoniis: Uno animo autem advenerūt ad eum, &
Ἡρώδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις· ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτόν, καὶ
persuadentes Blastum, qui super cubiculum regis, postulabant pacem, propter
πείσαντες Βλάστον, τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, (ζ) ᾐτοῦντο εἰρήνην, διὰ τὸ
ali ipsorum regionem à regia. Statuto autem die Herodes vesti-
21 τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. Τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ὁ Ἡρώδης ἐνδυσάμε-
tus vestem regiam, & sedens pro tribunali, concionabatur ad eos. At
22 νος ἐσθῆτα βασιλικήν, καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς. Ὁ δὲ
populus acclamabat; Dei Vox, & non hominis. Confestim autem percussit eum an-
23 δῆμος ἐπεφώνει, Θεοῦ φωνή, καὶ οὐκ ἀνθρώπου. Παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγ-
gelus Domini, pro quibus non dedisset gloriam Deo: & factus vermibus corro-
γελος Κυρίου, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ Θεῷ· καὶ γενόμενος σκωληκόβρω-
sus, expiravit. At verbum Dei crescebat & multiplicabatur. Barnabas autē &
24 τος, ἐξέψυξεν. Ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ (η) ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο. Βαρνάβας δὲ καὶ
25 Saulus reversi sunt ex Hierusalem implentes ministerium: simul assu-
Σαῦλος ὑπέστρεψαν ἐξ Ἱερουσαλήμ, πληρώσαντες τὴν διακονίαν· συμπαραλα-
mentes & Joannem, cognominatum Marcum.
βόντες (θ) καὶ Ἰωάννην, τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον.

CAP. XIII. ιγ'.

Erāt autē quidam in Antiochia apud existentē Ecclesiam, prophetæ & doctores,
1 Ἦσαν (α) δέ τινες ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν, προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ὅ, τε
Barnabas & Simon vocatus Niger, & Lucius Cyrenæus, Manahénque Herodis
Βαρνάβας καὶ Συμεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ, καὶ Λούκιος ὁ Κυρηναῖος, Μαναήν τε Ἡρώδου
Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autē illis Domino, & jejunan-
2 τοῦ τετράρχου σύντροφος, καὶ Σαῦλος. Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ καὶ νηστευόν-
tibus, dixit Spiritus sanctus; Segregate mihi & Barnabam & Sau-
των, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Ἀφορίσατε δή μοι (β) τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦ-
lum, in opus quod advocavi eos. Tunc jejunantes & precati,
3 λον, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι, καὶ
imponentes manus eis, dimiserunt. Hi quidem emissi
4 ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν. (γ) Οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ
Spiritu sancto, descenderunt in Seleuciam: illincque abnavigaverunt in
(δ) τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, κατῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν· ἐκεῖθέν τε ἀπέπλευσαν (ε) εἰς
5 Cyprum. Et facti in Salamina annuntiabant verbum Dei in
τὴν Κύπρον. Καὶ γενόμενοι ἐν (ζ) Σαλαμῖνι κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς
synagogis Judæorum. Habebāt autē & Joannem ministrum. Peragrantes autem
6 συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων. εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην. Διελθόντες δὲ (η) τὴν
insulā usque ad Paphum, invenerunt quendā magum pseudoprophetā Judæum, cui no-
νῆσον ἄχρι Πάφου, (θ) εὗρόν τινα μάγον ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον, ᾧ ὄνο-
7 men Bar-Jesu: Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Hic
μα (ι) Βαριησοῦς· Ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ Παύλῳ, ἀνδρὶ συνετῷ. Οὗτος
advocans Barnabam & Saulum, expetebat audire verbum Dei. Re-
8 προσκαλεσάμενος Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Ἀνθ-
sistebat autē illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomen ejus,)
ίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος, (κ) (οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ,)
quærens avertere Proconsulem à fide. Saulus autem, (qui & Paulus,)
9 ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως. Σαῦλος δέ, (ὁ καὶ Παῦλος,)
repletus Spiritu sancto, & intendens in eum, Dixit: O plene omni
10 πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, (λ) καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτόν, Εἶπεν, Ὦ πλήρης παντὸς
dolo & omni maleficentiâ, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non cessabis
δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου, ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης, οὐ παύσῃ
pervertens vias Domini rectas?
διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας;

ΙΘ' MS. A. (γ) Ἡρώδης τῆς (δ) εἰς Καισάρειαν, διέτριψεν. (ε) δὲ θυμομαχῶν (ζ) ᾐτήσαντο (η) ηὐξάνετο (θ) Ἰωάννην, τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον. Κεφ. ιγ'. MS. A. (α) δὲ ἐν (β) τὸν Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, (γ) Αὐτοὶ (δ) τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀπῆλθον εἰς Σελεύκειαν (ε) εἰς Κύπρον. (ζ) Σαλαμίνῃ (η) ὅλην τὴν (θ) εὗραν ἄνδρα τινὰ (ι) Βὰρ Ἰησοῦν (κ) (οὕτως (λ) ἀτενίσας

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

19 Herodes verò quum requisiisset eum, nec invenisset, condemnavit custodes, & jussit eos necare: Et excessit è Judæa, atque commoratus est in Cæsarea.
20 Quoniam autem iratus erat contra Tyrios & Sidonios, congregati sunt, eúmque simul adiêre: & persuaso Blasto cubiculario regis, postulârunt ab eo ut haberent pacem, propterea quòd dispensatio regionis ipsorum ex regno ipsius Herodis erat.
21 Die autem percelebri indutus erat Herodes veste regiâ, sedebátq; pro tribunali, verbáque faciebat ad turbam.
22 Totus verò populus clamabat, & dicebat; Hæ sunt voces Dei, & non hominum.
23 Verùm eò quòd non tribuisset gloriam Deo, eâ ipsâ horâ feriit eum angelus Domini, & ebullivit vermibus, atque mortuus est.
24 Proindè Evangelium Dei prædicabatur, & incrementum capiebat.

Dominicâ quartâ Jejunii. 34.

25 Barnaba autem & Saul reversi sunt ex Ierusalem Antiochiam, postquàm explevissent ministerium suum; assumpserúntque secum Johannem illum qui cognominatus est Marcus.

CAP. XIII.

1 ERant porrò in Ecclesia quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores, Barnaba, & Simon qui vocatur Niger, & Lucius ex Cyrene urbe, & Manael filius educatorum Herodis Tetrarchæ, & Saul.
2 Quúmque ipsi jejunarent, & preces auspicarentur Deo, dixit eis Spiritus sanctitatis; Secernite mihi Saul & Barnabam operi ad quod ego vocavi eos.
3 Postquàm igitur jejunâssent, ac preces auspicati fuissent, imposuerunt eis manum, & dimiserunt eos.
4 Ipsi autem quum emissi essent à Spiritu sanctitatis, descenderunt Seleuciam, & illinc per mare navigârunt ad usque Cyprum.
5 Quúmque introîssent Salaminam urbem, evangelizabant sermonem Domini nostri in synagogis Judæorum: & Johannem ministrum habebant.
6 Porrò quum perlustrâssent totam insulam usque ad Paphum urbem, nacti sunt virum quendam magum Judæum, qui erat pseudopropheta, cui nomen erat Bar-Suma.
7 Iste adhærebat viro sapienti qui erat Proconsul, vocabatúrque Sergius Paulus. Advocavit autem Proconsul Saul & Barnabam, & petebat ut audiret ab eis sermonem Dei.
8 Resistebat autem eis hic ipse magus Bar-Suma, cujus nomen exponitur Elumos; quippe qui vellet avertere Proconsulem à fide.
9 Saul autem ille qui vocatus est Paulus, repletus est Spiritu sanctitatis, & intuitus eum,
10 Dixit; O plene omnibus dolis, omnibúsque flagitiis, fili criminatoris, & infense omni æquitati, non cessabis pervertere vias rectas Domini?

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

19 ወሐሠሠ : ሄሮድስ : ወኀጢኦ : ወእምዝ : ኰነኖሙ : ለሰገራት :: ወወረደ : እሞን : ይሁዳ :
20 ለቂሳርያ : ከመ : ይኰንን : እስመ : ተጋእዙ : አህጉረ : ጢሮስ : ወሲዶና : ወመጽኡ :
ኅቡረ : ኀቤሁ : ወአስተብቍዕዎ : ለበላስጦን : ደቀ : ጽርሑ : ለንጉሠ : ይዕር
21 ቆሙ : እስመ : እምቤተ : ንጉሢ : ይሀሰይ : ለብሔር ::=> ወእምዝ : አሐተ : ዕለተ :
22 ለብሰ : ሄሮድስ : ልብሰ : መንግሥቱ : ወነበረ : ዐወደ : ወእኀዘ : ይኰንኖሙ ::=> ወአ
ወየወ : ሀገር : በቃለ : እግዚአብሔር : በቃለ : ሰብእ ::=>

19 *Et quæsivit eum Herodes & non invenit eum: & tunc condemnavit milites, & de-*
20 *scendit à Judæa ad Cæsaream, ut judicium administraret. Quia judicio con-*
tendissent civitates Tyri & Sidonis, & venerunt simul ad eum, & rogârunt Blastum
21 *cubicularium regis ut amicitiam præberet iis, quia à domo regis nutriebat regio-*
22 *nem. Et tunc unâ die indutus fuit Herodes veste regiâ, & sedit pro tribunali, &*
incepit judicare eos. Et acclamavit civitas, In voce Dei, in voce hominis.

Versio VULGATA LATINA.

Herodes autem cùm requisisset eum, & non invenisset, inquisitione factâ de custodibus, jussit eos duci: descendénsque à Judæa in Cæsaream, ibi commoratus est. Erat autem iratus Tyriis, & Sidoniis. At illi unanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum regis, postulabant pacem, eò quòd alerentur regiones eorum ab illo. Statuto autem die, Herodes vestitus veste regiâ, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat; Dei voces, & non hominis. Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eò quòd non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus, expiravit. Verbum autem Domini crescebat, & multiplicabatur. Barnabas autem & Saulus reversi sunt ab Jerosolymis expleto ministerio, assumpto Joanne, qui cognominatus est Marcus.

CAP. XIII.

Erant autem in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen,
qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autem illis 2
Domino, & jejunantibus, dixit illis Spiritus sanctus; Segregate mihi Saulum &
Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes, & orantes, impo- 3
nentésque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto abie- 4
runt Seleuciam; & indè navigaverunt Cyprum. Et cùm venissent Salaminam, 5
prædicabant verbum Dei in synagogis Judæorum. Habebant autem & Joannem
in ministerio. Et cùm perambulâssent universam insulam usque Paphum, invene- 6
runt quendam virum magum pseudoprophetam, Judæum, cui nomen erat Barjesu,
Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Hic, accersitis Barnabâ & 7
Saulo, desiderabat audire verbum Dei. Resistebat autem illis Elymas magus (sic enim 8
interpretatur nomen ejus.) quærens avertere Proconsulem à fide. Saulus autem, 9
qui & Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens in eum, Dixit; O plene omni 10
dolo, & omni fallaciâ, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere
vias Domini rectas?

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

19 * ولما طلبه هيرودس ولم يجده حكم على السجانين بقتلهم وامرهم باحصان * ثم انحدر
20 من بلد اليهودية . يطوف الى قيسارية * وكان هيرودس حاد الغضب على الصوريين
والصيداويين * فحضروا الى عنده . واقنعوا بلاسطوس صاحب قبة الملك . وسألوه ان
21 يسعى في الصلح والسلامة . من اجل ان قوت بلدهم من الاوقات الملكية * فرتب
22 هيرودس يوما لبس فيه حلة ملكية . وجلس في مجلسه وخاطبهم متجبرا * فهتف الجمع
23 ان هذا صوت اله لا صوت انسان * فللحين ضربه ملاك الرب . عوض لم يعط المجد
24 لله . وصار الدود ياكله ومات * ونمى قول الله وكثر جدا .

* قراءة الثلثا من الجمعة الخامسة بعد الفصح *

25 * وبرنابا وصولص رجعا الى اورشليم لما اكملا الخدمة . واخذا يوحنا الملقب مرقص .
1 * الفصل الثالث عشر . * وكان بانطاكية قوم في الكنيسة التي بها انبياء ومعلمون .
وبرنابا وسمعن الملقب بنجار ولوكيوس القوريناي وماناين المربي مع هيرودس رييس الربع .
2 وصولوص * وبينما هم يخدمون الرب ويصومون قال روح القدس . افرزوا لي برنابا وبولص
3 للعمل الذي دعوتهما اليه * فصاموا حينيذ وصلوا . ووضعوا ايديهم عليهما وارسلوهما .
4 5 * فاذ ارسلهما روح القدس انحدرا الى سلوكية . ومن هناك ركبا في البحر الى قبرص * واذ حصلا
6 في سلامينا اخبرا بكلام الله في جميع اليهود . وكان معهما يوحنا يخدمهما * فلما طافا الجزيرة
7 الى بافس صادفا انسانا ساحرا نبيا كاذبا يهوديا اسمه بار يسوع * وكان مع سرجيوس البطريق
8 مع بولوس الرجل الفقيه . هذا استحضر برنابا وبولص . وطلب ان يسمع كلام الله * فقاومهما
9 الماس الساحر . لان هكذا يترجم اسمه . طالبا ان يرد البطريق من الامانة * فامتلى صولوص
10 الملقب بولص من روح القدس . وتفرس فيه * وقال له . ايها المملوء كافة الغش وجملة
المكر . يا ابن المحال وعدو كل عدالة . اما تقصر من تعكيس طرق الرب المهدة .

Cúmque requisisset eum Herodes, nec invenisset, milites morte damnavit, præcipiens illis ut occiderent eum. Deinde descendit de regione Judææ, perambulaturus Cæsaream usque. 19
Erat autem Herodes irâ percitus in Tyrios & Sidonios: quapropter convenerunt eum, & persuaserunt Blastoni regiæ testudinis præfecto, eumq; rogârunt ut conciliationem pacemq; curaret: siquidem alimonia regionis eorum è demensis erat regiis. 20
Statuit ergò diem Herodes, quo regiâ veste indutus sedit pro tribunali, & allocutus est eos cum apparatu. 21
Exclamavit autem turba dicens, Vox ista Dei est, non vox hominis. 22
Confestim autem percussit eum angelus Domini, pro eo quòd non tribuisset gloriam Deo: cœperúntque vermes devorare eum, & mortuus est. 23
Et sermo Domini augescebat & multiplicabatur valdè. 24

Lectio feriæ tertiæ hebdomadis quintæ post Pascha.

Cæterùm Barnaba & Saulus redierunt in Jerusalem, absoluto ministerio: duxerúntque Johannem qui cognominabatur Marcus. 25

CAP. XIII.

Erant autem Antiochiæ, in Ecclesia quæ ibidem erat, quidam prophetæ & doctores, & Barnaba, & Simon qui cognominabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, et Manaen qui nutritus fuerat cum Herode Tetrarcha, necnon Saulus. 1
Et dum illi ministrarent Domino, atque jejunarent, dixit Spiritus sanctus; Segregate mihi Barnabam & Paulum ad opus ad quod vocavi eos. 2
Tunc ergò jejunârunt et orârunt, positisque manibus super utrunque, miserunt illos. 3
Igitur cùm misisset eos Spiritus sanctus, descenderunt Seleuciam, & inde conscenderunt mare in Cyprum. 4
Et cùm appulissent Salaminam, annuntiârunt sermonem Dei in cœtu Judæorum. Erátque cum eis Johannes ministrans illis. 5
Cúmque peragrâssent insulam ad Paphum usque, offenderunt hominem quendam magum, prophetam falsum, Judæum, nomine Bar-jesu: 6
Qui erat apud Sergium Tribunum cum Paulo viro prudente. Hic accersivit Barnabam & Paulum, rogavitque ut audiret sermonem Dei. 7
Resistebat autem illis Elymas magus (sic enim exponitur nomen ejus) quærens avertere Tribunum à fide. 8
Repletus est autem Saulus qui vocatur Paulus, Spiritu sancto; cumque intuitus, 9
Dixit ei; O plene omni dolo & omni fallaciâ, O fili Fraudulenti, & inimice omnis justitiæ, annon cessabis pervertere vias Domini planas? 10

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

ቀሠፎ: መልአከ: እግዚአብሔር: ሶቤሃ: እስመ: ኢያእኰቶ : ለእግዚአብሔር: ወዐጺዮ:
ት::= ህየ ወቃለ: እግዚአብሔር: ዐቢየ: ወበዝኀ::= ወተሠውጡ: በርናባስ: ወሰ
ል: ለየሩሳሌም : ወፈጺሞሙ : መልእክቶሙ: ወነሥእዎ : ለዮሐንስ: ዘተሰምየ:
ርቆስ::=

፲፫ በበዓለ : መዝሙር: ወበራብዕ : ሰንበት::=

ወሀለው : ውስተ : አንጾኪያ : በቤተ : ክርስቲያን : ነቢያት : ወሊቃናት : ወበርናባስ:
ስምዖን: ዘተሰምየ: ኔጌር: ዘበትርጓሜሁ : ጸሊም: ወሉቅዮስ : ቀሬናዊ: ወምናሔ: ወል
ደ: ሐፃኒቱ : ለሄሮድስ : ንጉሥ: ወሰውል:= ወእንዘ: ይገብሩ: ግብረ : እግዚአብሔር:
ወይቤሎሙ : መንፈስ : ቅዱስ : ፈልጡ ሊተ : ለበርናባስ : ወለሳውል:
ለግብር: ዘፈቀድክዎሙ:= ወእምዝ: ጾሙ: ወጸለዩ: ወወደዩ: እደዊሆሙ: ደቤሆሙ::
ፈነውዎሙ:= ወተፈነዉ: በኀበ : መንፈስ: ቅዱስ: ወረዱ: ሴሌውቅያ: ወእምህየ :
ሐሩ : ቆጵሮስ:= ወበጺሖሙ : ስለሚን : ነገሩ : ቃለ: እግዚአብሔር :በምኵራባቲሆ
ሙ: ለአይሁድ : ወሀሎ: ዮሐንስ : ለእኩሙ::= ወአንሶሰወ: ውስተ:ኵሉ: ደሰያት: ወ
በጽሐ: እስከ: ጳፉ:: ወረከበ: ብእሴ: ሰብአ: ሠራዪ: አይሁዳዊ : ወሐሳዊ : ነቢይ : ወስ
ሙ: ዘስሙ: ተርዮሰዕ::= ወሀሎ : ኀበ : መልአክ : ወለእከ: መልአክ:: ወጸውዖሙ:
በርናባስ : ወለሳውል : ወፈቀደ : ይስማዕ : ቃለ: እግዚአብሔር:= ወተቃወሞሙ : ው
እቱ: ዘይብልዎ : ከመዝ : ኤሊማስ : መሰሪ : ትርጓሜሁ:: ወፈቀደ : ይክልኦ : ለመልአ
ክ: ከመ : ኢይእመን::= ወመልአ : መንፈስ : ቅዱስ : ላዕለ : ሳውል : ዘውእቱ :
ጳውሎስ: ወነጸሮ:= ወይቤሎ: አጽጉበ : ዐመፃ : ወኵሉ : እከይ : ወልደ : ሰይጣን:
ጸላኢ: ለኵሉ : ጽድቅ : አበይከ : ተኀድግ : እንዘ : ተዐሉ : ፍኖተ : እግዚአብሔር :
ርትዕተ::=

Et percussit eum angelus Dei illicò, quia non glorificabat Deum, & partitus obiit. 23
Et sermo Dei magnus fuit & multiplicatus fuit. 24
Et reversi sunt Barnabas & Saulus Hierusalem, & quum complevissent ministerium eorum, assumpserunt Johannem qui nominatus fuit Marcus. 25

CAP. XIII.

In festo psalmodiæ, & quarto sabbato,

Et fuerunt in Antiochia in domo Christianorum, prophetæ & magistri, & Barnabas, & Simon, qui nominatur Niger, quod in interpretatione sua significat, Nigrum, & Lucius Cyrenensis, & Manaches filius nutricis Herodis regis, & Saulus. 1
Et quum facientes erant opus Dei & invocantes, tum dixit iis Spiritus sanctus; Separate mihi Barnabam & Saulum, ad opus pro quo elegi eos. 2
Et tunc jejunârunt, & orârunt, & posuerunt manus suas super eos, & dimiserunt eos. 3
Et missi per Spiritum sanctum, descenderunt Seleuciam, & illinc navigârunt ad Cyprum. 4
Et venientes Salaminam, annuntiârunt verbum Dei in synagogis Judæorum, & fuit Johannes minister eorum. 5
Et profectus est in omnes insulas, & venit usque ad Paphum, & invenit virum, hominem magum Judæum, & pseudopropheta fuit cujus nomen Tarjesah: 6
Et fuit apud principem, & minister fuit principis, & vocavit Barnabam & Saulum, & voluit audire verbum Dei. 7
Et restitit illis, is quem vocant quasi Elymam, magum, interpretatione ejus: & voluit prohibere regem ut non crederet. 8
Et plenus fuit Spiritus sanctus super Saulum, qui est Paulus, & intuitus est eum: 9
Et dixit ei; O plene iniquitatis & omnis malitiæ, fili satanæ, hostis omnis justitiæ, noluisti cessare subvertere vias Dei rectas? 10

Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, non videns Solē usque ad
11 Καὶ νῦν ἰδοὺ χεὶρ (μ) τοῦ Κυρίου ἐπὶ σε, καὶ ἔσῃ τυφλὸς, μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι
tempus. Confestim autem cecidit in eum caligo & tenebræ: & circuiens quærebat
καιροῦ. Παραχρῆμα δὲ (ν) ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος· καὶ περιάγων ἐζήτει
manu ductores. Tunc videns Proconsul factum, credidit, perculsus
12 χειραγωγούς. Τότε ἰδὼν ὁ ἀνθύπατος τὸ γεγονὸς, (ξ) ἐπίστευσεν, ἐκπλησσόμενος
super doctrina Domini. Provecti autem à Papho qui circa Paulum,
13 ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ Κυρίου. Ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ (ο) τὸν Παῦλον,
venerunt in Pergen Pamphyliæ: Joannes autem discedens ab eis, re-
ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας· Ἰωάννης δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέ-
versus est in Ierosolymam. Illi verò pertranseuntes à Perge, vene-
14 στρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης, (π) παρεγένον-
runt in Antiochiam Pisidiæ: & ingressi in synagogam die Sab-
το εἰς Ἀντιόχειαν (ρ) τῆς Πισιδίας· καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαβ-
batorum, sederunt. Post autem lectionem Legis & Prophetarum, miserunt
15 βάτων, ἐκάθισαν. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ἀπέστειλαν
principes synagogæ ad eos, dicentes; Viri fratres, si est sermo in vo-
οἱ ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐτοὺς, λέγοντες, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, (σ) εἰ ἔστι λόγος ἐν ὑ-
bis exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & silentiū indicens
16 μῖν παρακλήσεως πρὸς τὸν λαὸν, λέγετε. Ἀναστὰς δὲ Παῦλος, καὶ κατασείσας Κ'
manu, ait; Viri Israelitæ, & timentes Deum, audite. Deus plebis
17 τῇ χειρὶ, εἶπεν, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ἀκούσατε. Ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ
hujus Israel elegit patres nostros,& plebem exaltavit in incolatu in terra
τούτου Ἰσραὴλ ἐξελέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ
Ægypti: & cum brachio excelso eduxit eos ex ea: Et quasi qua-
18 (τ) Αἰγύπτῳ· καὶ μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς· Καὶ ὡς (υ) τεσσα-
draginta annorum temp' mores sustinuit eorum in deserto: Et delens gentes se-
19 ρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ· Καὶ καθελὼν ἔθνη ἑ-
ptem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum. Et post
20 πτὰ ἐν γῇ Χαναὰν, (φ) κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν (χ) αὐτῶν. Καὶ μετὰ
hæc quasi annis quadringentis & quinquaginta dedit Judices usque ad Samuel Pro-
ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προ-
phetam. Et exindè postulaverunt regem: & dedit illis Deus Saul filium Cis,
φήτου. Κἀκεῖθεν ᾐτήσαντο βασιλέα· καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κίς, 21
virum de tribu Benjamin, annos quadraginta. Et amovens eum, susci-
ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ἔτη (ψ) τεσσαράκοντα. Καὶ μεταστήσας αὐτὸν, (ω) ἤγει- 22
tavit illis David in regem: cui & dixit testans; Inveni David ipsum Jesse,
ρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα· ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας, Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί,
virum secundū cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Hujus Deus à
ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου. Τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ 23
semine secundùm promissionem excitavit Israel Salvatorem Jesum: Præ-
τοῦ σπέρματος κατ' ἐπαγγελίαν (α) ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν· Προ- 24
dicante Joanne ante faciem adventûs ejus baptismum pœnitentiæ omni
κηρύξαντος Ἰωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ βάπτισμα μετανοίας (β) παντὶ
populo Israel. Cùm autem impleret Joannes cursum, dicebat; Quem
τῷ λαῷ Ἰσραήλ. Ὡς δὲ ἐπλήρου (γ) ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγε, (δ) Τίνα 25
me arbitramini esse? non sum ego, sed ecce venit post me, cujus non sum dignus
12 اطردهم الي ظواهر المدينة * وفي هذه الامور مضيت الي دمسق بسلطان روساء الكهنة وامرهم *

* يقرا في احد وعشرين من ايار * ذكر الرسل في الملوك قسطنطين وهيلانة امه *

13 * وفي نصف النهار * ايها الملك رايت في الطريق نورا قد اشرق علي من السماء * اكثر من
14 لمعان الشمس * وشاهده السائرون معي * فاذ تساقطنا كلنا الي الارض * سمعت صوتا يقول
لي يخاطبني باللغة العبرانية * ساول ساول لم تضطهدني * صعب عليك ان ترفس الاسنة *
15 * فقلت انا يا رب من انت * فقال لي انا يسوع الذي تضطهده انت * لكن انهض وقم
16 علي رجليك * فاني لهذه الحال ظهرت لك * لاسمك خادما وشاهدا بالاشياء التي رايتها *
والامور التي ظهرت لك بها *

O rex Agrippa, equidem existimo me beatum ob cunctas accusationes de quibus litigant adversùm me Judæi: libétq; mihi hodiè causam dicere in præsentia tua: 2
Ac præsertim quòd sis gnarus omnium constitutionum & quæstionum Judæis propriarum. Quapropter obsecro te ut patienter me audias. 3
Meam quidem vivendi rationem, quam ab adolescentia mea egi antehac inter gentem meam in Jerusalem, jam nôrunt omnes Judæi. 4
Jam etiam nôrunt me olim à pueritia mea (si testimonium de hoc ferre velint) Pharisæum vixisse, prout decet sectam religionis nostræ certissimæ. 5
Et nunc ego de spe promissionis à Deo factæ patribus nostris, sto judicium subiens: 6
Spe inquam, pro qua duodecim tribus nostræ Deum noctu diuque incessanter adorant, expectans, O rex Agrippa, me perventurum ad spem propter quam accusant me Judæi.
Non est res ista, quam expenditis apud vos, incredibilis: utrùm scilicet Deus suscitet mortuos. 8
Ego in animum meum induxeram, consentaneum & conveniens esse res facere multas repugnantes nomini Jesu Nazaræi. 9
Quòd consilium executus sum in Jerusalem, & multos Sanctorum ego in carceres conjeci, acceptâ potestate à principibus sacerdotum: & cùm occiderentur, ego sententiam in eos ferebam atque flectebam. 10
Et multis vicibus in cunctis synagogis puniebam eos, & compellebam ad blasphemandum in eum, multùm insaniens in eos: & persequebar eos usque ad exteriora civitatis. 11
Et has ob res abii Damascum, cum authoritate principum sacerdotum, eorúmque mandato. 12

Legendum vigesimâ primâ Maii, in commemoratione Apostolorum inter reges, Constantini, & Helenæ matris ejus.

Et in meridie O rex, vidi in via lucem, quæ effulsit super me de cœlo, majorem splendore solis; quam viderunt etiam qui mecum iter faciebant. 13
Cúmque decidissemus omnes in terram, audivi vocem dicentem mihi, loquentem ad me linguâ Hebræâ; Saul, Saul, cur me persequeris? difficile est tibi contra cuspides calcitare. 14
Ego autem dixi; O Domine, quis es? At ille dixit mihi; Ego sum Jesus, quem tu persequeris. 15
Verum surge, & sta super pedes tuos. hanc enim ob causam apparui tibi, ut designem te ministrum ac testem in rebus quas vidisti, & in negotiis pro quibus apparui tibi. 16

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

7 በቲ : እስርቱ : ወክልኤቱ : ነገደ : ዚአነ : መዓልተ : ወሌሊተ : እንዘ : ይትቀነ
ዩ : ሎቱ : ተስፈው : በጺሎታ : በእንተ : ውእቱ : ተስፋ : ዘአሰፈወሙ : ለአበዊነ : እን
8 ዘ : ለኰነኒ : እሙንቱ : አይሁድ : አንጉሥ : አግሪጳ ፤ በእንተ : ምንትኑ : ታ
9 ስተአፅቡ : ትንሣኤ : ሙታን : ዘየንሥኦሙ : እግዚአብሔር ። ወሊተሂ : መሰለኒ :
10 ሠናየ : ወእትቃወሞ : ለስሙ : ኢየሱስ : ናዝራዊ ። በኢየሩሳሌም : ብዙኃነ :
አሞቅሕኩ : ወአመንደብኩ : እለ : የአምኑ : ቦቱ : ወለእለ : ተቀትሉሂ : ፈታሕኩ :
11 ከመ : ይሙቱ : ነሢእየ : ሥልጣነ : እምኀበ : ሊቃነ : ካህናት ። በኵሉ : ምኵራብ
ት : እፀብኦሙ : ወአገብሮሙ : ከመ : ይጽርፉ : ላዕለ : ስሙ : ለኢየሱስ ፡፡ ዘየዐቢ :
ወይፈድፋድ : እሬሲ : እገፊ : ወእትሜላእ : ላዕሌሆሙ : ወእሰድዶሙ : እምሀገሮ
12 ሙ : እስከ : ሀገረ : በዐድ ። በእንተዝ : ግብር : እንዘ : አሐውር : ደማስቆ : ነሢ
እየ : ሥልጣነ : ወመጽሐፈ : መብሊት : እምኀበ : ሊቃነ : ካህናት : ከመ : አምጽኦሙ :
13 ኢየሩሳሌም : ሙቁሓኒሆሙ : ለእለ : ሀለው : በደማስቆ ። ወእንዘ : አሐውር : በፍ
ኖት : ወቀርብኩ : አልጸቁ : ቅሩበ : ሀገር : በረቀ : ላዕሌየ : ጊዜ : ቀትር : ዐቢይ : መብረቅ :
ወብርሃ : ቅድሜየ : ከመ : ብርሃነ : ጸሐይ : ወበቅድሞሙ : ኵሎሙ : እለ : ሀለው : ም
14 ስሌየ ። ወደቅነ : ወተነጽሐነ : ደቤ : ምድር : ደንገጽነ : እምነ : ግርማሁ : ለውእ
ቱ : መብረቅ : ወእምዝ : ሰማዕኩ : ቃለ : ዘይትናገር : በነገረ : ዕብራይስጢ : እንዘ :
15 ይብል : ሳውል : ሳውል : ለምንት : ትሰድደኒ : ጽኑዕ : ለከ : ምጥባይ : ወተረግኦ ። ወ
እቤሎ : መኑ : አንተ : እግዚኦ : ወውእቱሂ : ተሰጥወኒ : ወይቤለኒ : አነ : ውእ
16 ቱ : ኢየሱስ : ናዝራዊ : ዘአንተ : ትሰድድ ። ወይቤለኒ : ተንሥእ : ወቁም : በእገሪ
ከ : ወበእንተ : ዝንቱ : አስተርአይኩከ : ከመ : እረሲከ : ለከ : ወሰማዕተ : በዘርኢ
ከ : ወዘሀለወከ : አኢትርአየከ ።

In qua duodecim tribus nostræ, die & nocte servientes ei, sperant perveni- 7
re eam: propter hanc spem quam promisit patribus nostris, ego in judicium
vocatus sum à Judæis, rex Agrippa. Quare difficilem existimatis suscitatio- 8
nem mortuorum, quos suscitabit Deus. Et mihi visum est bonum, oppugnare 9
& resistere nomini Jesu Nazareni. In Hierusalem multos incarceravi, & 10
afflixi credentes in eo, & occisos etiam judicavi ut morerentur, quum accepissem potestatem à principibus sacerdotum. In omnibus synagogis oppugnavi eos, 11
& coëgi eos ut blasphemarent contra nomen Jesu, & quod majus & gravius, fuit iniquè agebam: & insaniebam adversus eos, & persequebar eos à civitatibus suis usque ad civitates alienas. Propter quod negotium proficiscens 12
Damascum, accipiebam potestatem & literas potestativas à principibus sacerdotum, ut adducerem Hierosolymam vinctos existentes Damasci. Et quum profi- 13
ciscerer in via, & appropinquâssem civitati, refulsit super me tempore meridiano magnum fulgur, & lux ejus in conspectu meo sicut lux solis fuit, & in conspectu omnium qui fuerunt mecum. Cecidimus & prostrati fuimus super 14
terram, obstupuimus præ terrore hujus fulguris: & tunc audivi vocem loquentem in lingua Hebraica, dicentem; Saul, Saul, quare persequeris me? durum est tibi molestiam ferre & discerpere eum. Et ego dixi illi; Quis es Domi- 15
ne? & ille respondit mihi, & dixit mihi; Ego sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris. Et dixit mihi; Surge, & sta super pedes tuos, & idcircò 16
apparui tibi, ut constituam te ministrum & testem eorum quæ vidisti, & quæ oportet te ut ostendam tibi.

ΠΡΑ'ΞΕΙΣ ΤΩ'Ν 'ΑΠΟΣΤΟ'ΛΩΝ. ΚΕΦ. ΛΖ'.

Eripiens te de populo, & Gentibus, in quas nunc te mitto:
17 Ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ, (ρ) καὶ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς νῦν σε ἀποστέλλω·
Aperire oculos eorum, *ad convertendum* à tenebris ad lucem, & pote-
18 Ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, τοῦ (σ) ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, καὶ τῆς ἐξου-
state Satanæ ad Deum, *ad accipiendum eos* remissionem peccatorum, &
σίας τοῦ σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεόν, τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ
fortem in *sanctificatis*, *fide* quæ in me. Undè, rex Agrippa,
19 κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, πίστει τῇ εἰς ἐμέ. Ὅθεν, βασιλεῦ Ἀγρίππα,
non fui incredulus cœlesti visioni: Sed his qui *in Damasco*
20 οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ· Ἀλλὰ τοῖς ἐν Δαμασκῷ
primùm, & Hierosolymis, in *omnémque* regionem Judææ, &
(τ) πρῶτον, καὶ Ἱεροσολύμοις, εἰς πᾶσάν τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας, καὶ
Gentibus *annuntians pœnitere*, & *converti* ad Deum, digna
τοῖς ἔθνεσιν (υ) ἀπαγγέλλων μετανοεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεόν, ἄξια
pœnitentiæ opera facientes. Causâ *horum* me Judæi *comprehendentes*
21 τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας. Ἕνεκα τούτων (φ) με οἱ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι
in templo, tentabant interficere. *Auxilium igitur nactus* à
22 ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπειρῶντο (χ) διαχειρίσασθαι. Ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς (ψ) παρὰ
Deo, usque in diem *hunc* sto, testificans *parvóque & magno*,
τοῦ Θεοῦ, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα, (ω) μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ,
nihil extrà dicens *eorum quæ &* Prophetæ locuti sunt *futurorum esse*, &
οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ
Moyses: Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen
23 Μωσῆς· Εἰ παθητὸς ὁ Χριστός, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, φῶς
futurum est annuntiare populo & Gentibus. Hæc *autem eo defen-*
24 μέλλει καταγγέλλειν (α) τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπολο-
dente, Festus magnâ voce dixit; Insanis, Paule: multæ te
γουμένου, ὁ Φῆστος μεγάλῃ τῇ φωνῇ (β) ἔφη, Μαίνῃ Παῦλε· τὰ πολλά σε
literæ ad insaniam convertunt: *Ille verò*, Non insanio, inquit, optime
(γ) γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. (δ) Ὁ δέ, Οὐ μαίνομαι, φησί, κράτιστε
Feste, sed veritatis & sobrietatis verba eloquor. Scit
Φῆστε, (ε) ἀλλ' ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι. Ἐπίσταται
enim de his rex, ad quem & *libertate usus* eloquor: latere
γὰρ περὶ τούτων ὁ βασιλεύς, πρὸς ὃν καὶ παρρησιαζόμενος λαλῶ· λανθάνειν
enim eum *quicquam* horum *non* arbitror nihil: non enim est in angulo ge-
γὰρ αὐτόν τι τούτων οὐ (ζ) πείθομαι οὐδέν· οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγ-
stum *hoc*. Credis, rex Agrippa, prophetis? scio quia credis.
μένον τοῦτο. Πιστεύεις, βασιλεῦ Ἀγρίππα, τοῖς προφήταις; οἶδα ὅτι πιστεύεις.
Ipse autem Agrippa ad Paulum ait; In *parvo* me suades Christianum
Ὁ δὲ Ἀγρίππας πρὸς τὸν (η) Παῦλον ἔφη, Ἐν ὀλίγῳ με (θ) πείθεις Χριστιανὸν
fieri. *At* Paulus *ait*; *Optârim utique Deo*, & in *parvo* & in
γενέσθαι. Ὁ δὲ Παῦλος εἶπεν, Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν
multo, non *solùm* te, sed *&* omnes *audientes me* hodiè, fieri
(ι) πολλῷ, οὐ μόνον σε, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον, γενέσθαι
tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Et
τοιούτους ὁποῖος κἀγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν (κ) τούτων. Καὶ
hæc dicente eo, exsurrexit rex, & Præses, & Bernice, &
ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ, ἀνέστη ὁ βασιλεύς, καὶ ὁ ἡγεμών, ἥ τε Βερνίκη, καὶ
considentes eis. Et *secedentes* loquebantur ad invicem,
οἱ συγκαθήμενοι αὐτοῖς. Καὶ ἀναχωρήσαντες ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους,
dicentes; Quia nihil morte dignum aut vinculis *facit* homo iste.
λέγοντες, Ὅτι οὐδὲν (λ) θανάτου ἄξιον ἢ δεσμῶν (μ) πράσσει ὁ ἄνθρωπος οὗτος.
Agrippa autem Festo dixit; Dimitti poterat homo hic, si non
Ἀγρίππας δὲ τῷ Φήστῳ ἔφη, Ἀπολελύσθαι ἐδύνατο ὁ ἄνθρωπος οὗτος, εἰ μὴ
appellâsset Cæsarem.
(ν) ἐπεκέκλητο Καίσαρα.

MS. A (ρ) καὶ ἐκ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς ἐγὼ ἀποστέλλω σε· (σ) ὑποστρέψαι (τ) πρῶτόν τε, καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις, πᾶσάν τε (υ) ἀπήγγελλον (φ) οἱ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοί με ἐν (χ) διαχειρίσασθαι. (ψ) ἀπὸ τοῦ (ω) μαρτυρόμενος (α) τῷ τε (β) φησιν, (γ) γράμματα ἐπίσταται εἰς (δ) Ὁ δὲ Παῦλος, Οὐ (ε) ἀλλὰ (ζ) πείθομαι· οὐ γάρ (η) Παῦλον, Ἐν (θ) πείθῃ Χριστιανὸν ποιῆσαι. Ὁ δὲ Παῦλος, Εὐξαίμην (ι) μεγάλῳ, (κ) τούτων. Ἀνέστη τε ὁ (λ) ἄξιον θανάτου (μ) τι πράσσει (ν) ἐπικέκλητο

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

Proindè eripiam te ex populo Judæorum, & ex aliis Gentibus ad quas te sum missurus. Ut aperias oculos eorum, ut convertantur à tenebris ad lucem, & à potestate Satanæ ad Deum, utque recipiant remissionem peccatorum & sortem cum sanctis, per fidem quæ est in me. Idcirco, rex Agrippa, per contumaciam non obstiti visioni cœlesti. Sed prædicavi primùm iis qui erant in Damasco, & iis qui in Jerusalem, quique in omnibus pagis Judææ, atque adeò Gentibus prædicavi, ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum, faceréntque opera digna pœnitentiâ. Horum autem causâ prehenderunt me Judæi in templo, & studebant me interimere. Sed opem tulit mihi Deus ad hunc usque diem: & ecce sto, testimoniúmque perhibeo cum parvis cum magnis, quum nihil extra Mosen & prophetas dicam, sed ea quæ ipsi prædixerunt ventura: Nempè passurum Christum, futurúmque primitias resurrectionis à mortuis, & prædicaturum lucem *huic* populo & Gentibus.

Dominicâ V. post Pentecosten. 64.

Quúmque ita rationem redderet Paulus, exclamavit Festus altâ voce, Insanis Paule, multæ literæ effecerunt ut insanires. Dixit ei Paulus; Non insanio, victoriose Feste, sed verba veritatis & rectitudinis eloquor. Quinetiam rex Agrippa harum earundem rerum est maximè gnarus; & ideò apertè coram eo loquor, quippe qui putem ne unam quidem harum rerum latere ipsum, quum in abdito actæ non sint. Credis, rex Agrippa, prophetis? scio te credere. Dixit ei rex Agrippa; Minimo negotio persuaderes mihi ut fierem Christianus. Tum Paulus dixit; Optârim à Deo ut minimo maximóque negotio non tu solùm, sed etiam omnes qui audiunt me hodiè, evasissent mei similes, præter hæc vincula. Surrexit autem rex, ac præses, & Bernice, iique qui sedebant cum eis. Quúmque illinc discessissent, colloquebantur alii ad alios, ac dicebant; Nihil dignum morte aut vinculis egit vir iste. Dixit autem Agrippa Festo, Poterat vir iste dimitti, nisi confugium Cæsaris appellâsset.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

17 እንዘ ፡ እድኅነከ ፡ እምሕዝብ ፡ ወእሕዛብ ፡ ዘእነ ፡ ይእዜ ፡ እፌንወከ ፡ ኀቤሆሙ ፡፡
18 ከመ ፡ ትክስት ፡ አዕይንተ ፡ አልባቢሆሙ ፡ ከመ ፡ ይትመየጡ ፡ እምጽልመት ፡ ውስተ ፡
ብርሃን ፡ ወእመለየ ፡ ሠይጣን ፡ ውስተ ፡ እደ ፡ እግዚአብሔር ፡ ወከመ ፡ ይንሥኡ ፡ ስርየ
19 ተ ፡ ኃጢአቶሙ ፡ ወርስተ ፡ ምስለ ፡ ቅዱሳን ፡ በሃይማኖት ፡ እንተ ፡ ብየ ፡፡ ለንጉሥ ፡
20 አግሪጳ ፡ ለንሰ ፡ ሊኮንኩ ፡ ናፋቄ ፡ በእንተ ፡ ዝንቱ ፡ ራእይ ፡ ሰማያዊ ፡፡ አላ ፡ ዜነውኩ
ክሙ ፡ ቀደሚ ፡ ለእለ ፡ ሀለው ፡ ደማስቆ ፡፡ ወእምዝ ፡ ለእለ ፡ ሀለው ፡ በኢየሩሳሌም ፡
ወበኵሉ ፡ በሀውርተ ፡ ይሁደ ፡ ወለአሕዛብኒ ፡ ከመ ፡ ይነስሑ ፡ ወይትመየጡ ፡ ኀበ ፡ እ
ግዚአብሔር ፡ እንዘ ፡ ይገብሩ ፡ ምግባረተ ፡ ዘይደሉ ፡ ለንስሓ ፡፡

Liberans te à populo, & gentibus, ad quas ego nunc mitto te. Ut aperias oculos cordis eorum, ut convertantur à tenebris in lucem, & à manu satanæ in manum Dei, & ut accipiant remissionem peccatorum suorum, & hæreditatem cum sanctis per fidem quæ est in me. Rex Agrippa, ego non fui incredulus de hac visione cœlesti: Sed annuntiavi primùm iis qui fuerant Damasci, Et tunc iis qui fuerant in Hierusalem, & in omnibus regionibus Judææ, & Gentibus etiam, ut resipiscerent, & converterentur ad Deum, facientes opera convenientia resipiscentiæ.

Versio VULGATA LATINA.

Eripiens te de populo, & gentibus, in quas nunc ego mitto te, Aperire oculos eorum, ut convertantur à tenebris ad lucem, & de potestate satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos per fidem quæ est in me. Unde, rex Agrippa, non fui incredulus cœlesti visioni: Sed his, qui sunt Damasci primùm, & Jerosolymis, & in omnem regionem Judææ, & Gentibus annuntiabam, ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. Hac ex causa me Judæi, cùm essem in templo, comprehensum tentabant interficere. Auxilio autem adjutus Dei, usque in hodiernum diem sto, testificans minori atque majori, nihil extra dicens quàm ea quæ Prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses, Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo, & Gentibus. Hæc loquente eo, & rationem

reddente, Festus magnâ voce dixit; Insanis, Paule: multæ te litteræ ad in-
saniam convertunt. Et Paulus; Non insanio (inquit) optime Feste, 25
sed veritatis & sobrietatis verba loquor. Scit enim de his rex, ad quem & 26
constanter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in an-
gulo quidquam horum gestum est. Credis, rex Agrippa, prophetis? Scio quia 27
credis. Agrippa autem ad Paulum; In modico suades me Christianum fie- 28
ri. Et Paulus; Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tan- 29
tùm te, sed etiam omnes qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum,
exceptis vinculis his. Et exurrexit rex, & præses, & Bernice, & qui asside- 30
bant eis. Et cùm secessissent, loquebantur ad invicem, dicentes; Quia nihil 31
morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iste. Agrippa autem Festo dixit; 32
Dimitti poterat homo hic, si non appellâsset Cæsarem.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

17 * وانقذك من الشعب ومن الامم الذين ارسلك انا اليهم * لتفتح اعينهم * ليعودوا من
18 الظلمة الى النور ومن سلطان الشيطان الى الله * لياخذوا تكفير الخطايا * وحظا في المساكن
19 المقدسة بايمانهم بي * فمن هاهنا ايها الملك اغريبا لم اصر عاصيا للمنظر السماوي *
20 * لكي بشرت الذين بدمشق اولا * والذين باورسليم * وفي ساير بلدة اليهودية * والامم
21 وسالتهم ان يتوبوا ويرجعوا الى الله * عاملين الاعمال المستحقة للتوبة * ثم * فمن اجل
22 هذه الخطوب تناولني اليهود في الهيكل * وراموا ان يقتلوني * فنلت من الله المعونة
والموازرة * ووقفت الى هذا اليوم شاهدا للصغير والكبير * ولم اقل قولا يضاد الاقوال
23 التي قالها الانبياء وموسى عن الاشياء العتيدة ان تصير * ان يكن المسيح مالوما
24 وان يكن اولا من انبعاث الموتى * فهو عتيد ان يبشر بالنور للشعب والامم * فلما اعتذر
هو بهذه الاقوال * قال فسطس بصوت عظيم * يا بولس قد جننت * لان الكتب الكثيرة
25 قد احالتك على الجنون * فقال يا فسطس الايد ما جننت * لكني انطق بكلمات الصدق
26 والعفة * لان الملك يعرف حقيقة هذه الاقوال التي اتكلم انا بحضرته مجاهرا * ولست
27 اظن انه يكتم عنه شيا منها اصلا * لاني ما عملت هذا في زاوية * ايها الملك
28 اغريبا اما تصدق الانبياء * انا اعلم انك تصدقهم * فقال اغريبا لبولس * بلفظ
29 يسير تقنعني ان اصير مسيحيا * فقال بولس * ابتهل الله ان اقنع بلفظ يسير * وبخطاب
طويل ليس لك وحدك * بل ولجميع الذين يسمعون اقوالي اليوم * ان يصيروا هكذا
30 مثلما انا * خلوا من هذه الاغلال * واذ قال هذه الاقوال * قام الملك والوالي وبرنيقة
31 والجالسون معهم * وانصرفوا يقول بعضهم لبعض * ان هذا الرجل لم يعمل شيا يستحق
32 به الموت او الاغلال * ثم قال اغريبا لفسطس * قد كان يمكن ان يطلق هذا الرجل
لو لم يستغث بقيصر *

Et eripiam te à populo & Gentibus ad 17
quas te mittam, ut aperias oculos 18
eorum, quatenus revertantur à tenebris
ad lucem, & à potestate satanæ ad
Deum, ut recipiant expiationem pecca-
torum, & sortem in habitaculis sanctis
per fidem suam in me. Hinc igitur est, 19
ô rex Agrippa, quòd non fuerim rebellis
visioni cælesti: Sed prædicaverim 20
his qui sunt Damasci primùm, qui-
que sunt in Jerusalem, & in tota
regione Judææ, necnon Gentibus: de-
precans eos ut pœnitentiam agerent,
& converterentur ad Deum, facien-
tes opera digna pœnitentiâ. Ha-
ctenus. His de causis comprehende- 21
runt me Judæi in templo, & ma-
chinati sunt necem meam. Assecu- 22
tus sum autem à Deo opem & auxi-
lium, stetique ad hunc usque diem
testificans parvo ac magno: nec ul-
lum protuli sermonem contrarium di-
ctis, quæ locuti sunt prophetæ & Mo-
ses, de rebus futuris ut contingerent:
An scilicet Christus esset passurus, 23
& si futurus erat primus ex resurre-
ctione mortuorum, ipse quoque an-
nuntiaturus erat lumen populo &
Gentibus. Cùm autem ipse se de- 24
fendisset hisce sermonibus, ait Festus
magnâ voce, O Paule, jam insani-
sti: multæ enim scripturæ te conver-
terunt ad insaniam. Dixit; O po- 25
tentissime Feste, non insanio, sed pro-
fero verba veritatis & sobrietatis.
Scit enim rex veritatem horum ser- 26
monum, quos ego apertè loquor in præ-
sentia ipsius: nec arbitror latere eum
ullam prorsus ex his rebus, cùm hæc
in angulo non gesserim. O rex A- 27
grippa, nónne credis prophetis? ego
novi quòd iis credas. Dixit ad 28
Paulum Agrippa; Modico sermone per-
suadebis mihi ut fiam Christianus. Ait 29
Paulus; Precor Deum ut modico ser-
mone & longâ oratione persuadeam
non tibi solùm, sed omnibus etiam iis
qui audiunt sermones meos hodiè, ut
tales fiant qualis ego sum, exceptis
his vinculis. Hos sermones cùm di- 30
xisset, surrexit rex, & præses, ac
Bernice, quique cum eis sedebant.
Et abierunt dicentes alter ad alte- 31
rum; Sanè vir iste nil commisit pro
quo mortem aut vincula mereatur.
Tunc dixit Agrippa Festo; Poterat 32
quidem hic homo dimitti, nisi provo-
câsset ad Cæsarem.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

በእንተዝ ፡ ነገር ፡ እንዘ ፡ ሀለውኩ ፡ በምኵራብ ፡ አኃዙኒ ፡ አይሁድ ፡ ወመከሩ ፡ ከ
ይቅትሉኒ ፡፡ ወእንሰ ፡ በረድኤተ ፡ እግዚአብሔር ፡ ሀለውኩ ፡ እስከ ፡ ይእዜ ፡ ከ
እኩን ፡ ሰማዕተ ፡ በጽድቅ ፡ ለዐቢይ ፡ ወለንኡስ ፡ አልቦ ፡ ዘነገርኩ ፡ ዘእንበ
ዘነበቡ ፡ ወጸሐፈ ፡ ሙሴ ፡ ወነቢያት ፡ ዘሀሎ ፡ ከመ ፡ ይኩን ፡፡ ዘከመ ፡ ያሐ
ክርስቶስ ፡ ወዘከመ ፡ ውእቱ ፡ ይቀድም ፡ ተንሥአ ፡ እሙታን ፡ ሙታን ፡ ወሀለ
ይዜኑ ፡ ብርሃነ ፡ ለሕዝብ ፡ ወለአሕዛብ ፡፡ ወእምድኅረ ፡ ይቤ ፡ ዘንተ ፡ ጳው
ተሰጥዎ ፡ ፌስጦስ ፡ በዐቢይ ፡ ቃል ፡ ወይቤሎ ፡ ለጳውሎስ ፡ ተለብድኑ ፡ እስ
ብዙኃን ፡ መጻሕፍት ፡ ሜጡከ ፡ ለአበድ ፡፡ ወተሰጥዎ ፡ ጳውሎስ ፡ ወይቤሎ ፡ ኦ
ኄር ፡ እንከ ፡ ኢያአብድ ፡ አላ ፡ ድጽቀ ፡ ወርትአ ፡ እነግር ፡፡ እስመ ፡ ንጉሥ ፡
ኵሉ ፡ ዘተናገርኩ ፡ በቅድሜሁ ፡ እንሰ ፡ ዘልፈ ፡ እትናገር ፡ ክሡተ ፡ ወአልቦ ፡
እምነ ፡ ኵሉ ፡ ዘነበብኩ ፡ ለንጉሥ ፡ ኵሉ ፡ ዘገበርኩ ፡ ወዘነበብኩ ፡ ኢኮነ ፡
አላ ፡ በመራኅብተ ፡፡ አግሪጳ ፡ ንጉሥ ፡ ኢትአምኖሙኑ ፡ ለነቢያት ፡
አአምር ፡ እስመ ፡ አንተ ፡ ተአምኖሙ ፡፡ ወይቤሎ ፡ አግሪጳ ፡ ንጉሥ ፡ በንስ
ትርኢ ፡ ወትፈቅድ ፡ ከመ ፡ እኩን ፡ ክርስቲያነ ፡፡ ወጳውሎስኒ ፡ ይቤሎ ፡ እ
እፈቅድ ፡ ከመ ፡ ትትመየጥ ፡ ኀበ ፡ እግዚአብሔር ፡ በኅዳጥኒ ፡ ወበብዙኅኒ ፡ እ
አኮ ፡ ከመ ፡ አንተ ፡ በሕቲትከ ፡ አላ ፡ ኢዱ ፡ ኵሎሙ ፡ እለ ፡ ይሰምዑ ፡ ዮም ፡ ከ
ይኩኑ ፡ ዘእንበለ ፡ መዋቅሕትየ ፡፡ ወተንሥአ ፡ ንጉሥ ፡ ወመኰንን ፡፡ ወይቤ
አልቦ ፡ ዘገብረ ፡ ዝብእሲ ፡ ዘይደልዎ ፡ ቅትለተ ፡ ወሞቅሐ ፡፡ ወይቤሎ ፡ አግሪጳ ፡
ለዝብእሲ ፡ እመይደልዎ ፡ ይኅድግዎ ፡ አላ ፡ ለሊሁ ፡ ለዝሙረ ፡ ይሖር ፡ ኀ
ንጉሥ ፡፡

Et propter hanc causam quum essem in templo prehenderunt me Judæi, & 21
consultârunt ut trucidarent. Et ego per auxilium Dei perstiti usque nunc, ut 22
sim testimonio in veritate magnis & parvis: nihil fuit quod loquutus sum præ-
ter ea quæ loquuti sunt & scripserunt Moses & prophetæ futura esse: Quomodo 23
pateretur Christus, & quomodo ille primò suscitaretur ex mortuis, & annuntiaturus
esset lucem populo & Gentibus. Et posteaquam dixisset hoc Paulus, respondit ei 24
Festus in magna voce, & dixit ei; Paule, insanisne? quia multæ literæ di-
verterunt te ad insaniam. Et respondit ei Paulus, & dixit ei; Feste optime, 25
ego non insanio, sed verè & rectè loquor. Quia rex scit omnia quæ loquutus 26
sum in conspectu suo semper loquens apertè, & nihil fuit occultum ex omnibus
quæ loquutus sum regi: totum quod feci & quod loquutus sum, non fuit in an-
gulo, sed in plateis. Agrippa rex, nónne credis prophetis? ego scio quòd tu 27
credis iis. Et dixit ei Agrippa rex; In pusillo doces, & vis ut fiam Chri- 28
stianus. Et Paulus dixit ei; Ego vellem ut convertaris ad Deum in modico, 29
& in multis: doceo non ut tu solus, sed etiam omnes audientes hodie, ut sint 30
sine vinculis meis. Et surrexit rex & præses, et dixerunt; Nihil est quod 31
fecit hic homo, quod dignum est morte aut vinculis. Et dixit Agrippa Festo; 32
Hunc hominem oporteret dimittere, sed ipse voluit ire ad Imperatorem.

C A P. XXVII. κζ'.

Ut autem judicatum est navigare nos in Italiam, tradiderunt
1 Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν, (α) παρεδίδουν τόν ΛΗ'
& Paulum & quosdam alios vinctos centurioni, nomine Julio, cohortis
τε Παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμώτας ἑκατοντάρχῃ, ὀνόματι Ἰουλίῳ, σπείρης
Augustæ. Ascendentes autem navem Adramytinam, futuri navigare quæ circa
2 Σεβαστῆς. Ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ (β) Ἀδραμυττηνῷ, μέλλοντες πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν
Asiam loca, avecti sumus, existente nobiscum Aristarcho Macedone Thessaloni-
Ἀσίαν τόπους, ἀνήχθημεν, ὄντος σὺν ἡμῖν Ἀριστάρχου Μακεδόνος Θεσσαλονι-
censi. Ipsaque alterâ devenimus in Sidonem. Humanéque Julius
3 κέως. Τῇ τε ἑτέρᾳ κατήχθημεν εἰς Σιδῶνα. φιλανθρώπως τε ὁ (γ) Ἰούλιος τῷ
Paulo usus, permisit ad amicos euntem, curam sui nancisci.
Παύλῳ χρησάμενος, ἐπέτρεψε πρὸς (δ) φίλους πορευθέντα, ἐπιμελείας τυχεῖν.
Et indè avecti, subnavigavimus Cyprum, propter hoc, ventos esse con-
4 Κἀκεῖθεν ἀναχθέντες, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον, διὰ τό, τοὺς ἀνέμους εἶναι ἐναν-
trarios. Hócque pelagus quod juxta Ciliciam & Pamphyliam pernavigantes,
5 τίους. Τό, τε πέλαγος τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν διαπλεύσαντες,
devenimus in Myra ipsius Lyciæ. Et ibi inveniens centurio navem
6 (ε) κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας. Κἀκεῖ εὑρὼν ὁ ἑκατόνταρχος πλοῖον
Alexandrinam navigantem in Italiam, imposuit nos in eam. In
7 Ἀλεξανδρῖνον πλέον εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἐνεβίβασεν ἡμᾶς εἰς αὐτό. Ἐν
multis autem diebus tardè navigantes, & vix devenientes secundum Cnidum,
ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες, καὶ μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον,
non permittente nos vento, subnavigavimus Cretam secundùm Salmo-
μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώ-
nem. Vixque prætérlegentes eam, venimus in locum quendam voca-
8 νην. Μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτήν, ἤλθομεν εἰς (ζ) τόπον τινὰ καλού-
tum Pulchros portus, cui juxtà erat civitas Lasæa. Multo autem tempore
μενον Καλοὺς λιμένας, ᾧ ἐγγὺς (η) ἦν πόλις Λασαία. Ἱκανοῦ δὲ χρόνου 9
peracto, & existente jam periculosâ navigatione propter & jejuni-
διαγενομένου, καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοός, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστεί-
um jam præteriisse, admonebat Paulus, Dicens eis; Viri, Con-
αν ἤδη παρεληλυθέναι, παρῄνει ὁ Παῦλος, Λέγων αὐτοῖς, Ἄνδρες, θε- 10
spicio quoniam cum injuria & multo damno, non solùm oneris &
ωρῶ ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας, οὐ μόνον τοῦ (θ) φόρτου καὶ τοῦ
navis, sed etiam animarum nostrarum futuram esse navigationem.
πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. Ὁ δὲ 11
centurio gubernatori & nauclero credebat magis, quàm
(ι) ἑκατόνταρχος τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ ναυκλήρῳ (κ) ἐπείθετο μᾶλλον, ἢ
illis à Paulo dictis. Inopposito autem portu subsisten-
τοῖς ὑπὸ (λ) τοῦ Παύλου λεγομένοις. Ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος ὑπάρχον- 12
te ad hyemationem, plerique posuerunt consilium, subduci in-
τος πρὸς παραχειμασίαν, οἱ (μ) πλείους ἔθεντο βουλήν, ἀναχθῆναι (ν) κἀκεῖ-
dè, si quomodò possent devecti in Phœnicem, hyemare, portum
θεν, εἴ πως (ξ) δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα, παραχειμάσαι, λιμένα
Cretæ respicientem ad Africum & ad Chorum. Aspirante autem No-
τῆς Κρήτης βλέποντα κατὰ Λίβα καὶ κατὰ Χῶρον. Ὑποπνεύσαντος δὲ Νό- 13
to, æstimantes propositum tenere, solventes Asson, legebant
του, δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι, ἄραντες Ἆσσον, παρελέγοντο τὴν
Cretam. Post non multum autem misit contra ipsum ventus Typhonicus,
Κρήτην. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος Τυφωνικός, ὁ 14
vocatus Euroclydon. Correptâ autem navi, & non po-
καλούμενος (ο) Εὐροκλύδων. Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ δυ- 15
tente obtueri vento, concedentes ferebamur.
ναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα.

MS. A. (α) παρεδίδου (β) Ἀδραμυντηνῷ, μέλλοντι πλεῖν εἰς τοὺ (γ) Ἰουλιανὸς (δ) τοὺς φίλους πορευθέντι, (ε) κατήλθαμεν εἰς Λύστρα τῆς Λυκίας. Κακεῖθεν εὑρὼν ὁ ἑκατοντάρχης (ζ) τόπον καλούμενον (η) πόλις ἦν Ἀλασσά. (θ) φορτίου (ι) ἑκατοντάρχης (κ) μᾶλλον ἐπίθετο, (λ) Παύλου (μ) πλείονες (ν) ἐκεῖθεν, (ξ) δύναιντο (ο) Εὐρακύλων.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܟܙ *

1 ܘܦܣܩ ܥܠܘܗܝ ܦܗܣܛܘܣ ܕܢܫܬܕܪ ܠܘܬ ܩܣܪ ܠܐܝܛܠܝܐ܂ ܘܐܫܠܡܗ ܠܦܘܠܘܣ ܘܠܐܣܝܪ̈ܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܥܡܗ ܠܓܒܪܐ ܚܕ ܩܢܛܪܘܢܐ ܡܢ ܐܣܦܝܪ ܕܣܒܣܛܐ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܝܘܠܝܘܣ܂

2 ܘܟܕ ܥܬܝܕܝܢ ܗܘܝܢ ܠܡܪܕܐ܂ ܢܚܬܢ ܠܐܠܦܐ ܕܐܝܬܝܗ ܗܘܬ ܡܢ ܐܕܪܡܘܛ ܡܕܝܢܬܐ܂ ܘܥܬܝܕܐ ܗܘܬ ܠܡܐܙܠ ܠܐܬܪܐ ܕܐܣܝܐ܂ ܘܥܠ ܥܡܢ ܠܐܠܦܐ ܐܪܣܛܪܟܘܣ ܡܩܕܘܢܝܐ ܕܡܢ ܬܣܠܘܢܝܩܐ ܡܕܝܢܬܐ܂

3 ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܡܛܝܢ ܠܨܝܕܢ܂ ܘܐܬܚܫܚ ܩܢܛܪܘܢܐ ܒܪܚܡܐ ܠܘܬ ܦܘܠܘܣ܂ ܘܐܦܣ ܠܗ ܕܢܐܙܠ ܠܘܬ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܘܢܬܢܝܚ܂

4 ܘܡܢ ܬܡܢ ܪܕܝܢ܂ ܘܡܛܠ ܕܪ̈ܘܚܐ ܗܘܝ ܠܘܩܒܠܢ ܐܬܟܪܟܢ ܥܠ ܩܘܦܪܘܣ܂

5 ܘܥܒܪܢ ܝܡܐ ܕܩܝܠܝܩܝܐ ܘܕܦܡܦܘܠܝܐ܂ ܘܡܛܝܢ ܠܡܘܪܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܠܘܩܝܐ܂

6 ܘܐܫܟܚ ܬܡܢ ܩܢܛܪܘܢܐ ܐܠܦܐ ܡܢ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܕܐܙܠܐ ܗܘܬ ܠܐܝܛܠܝܐ܂ ܘܐܣܩܢ ܒܗ܂

7 ܘܡܛܠ ܕܝܩܝܪܐܝܬ ܪܕܝܐ ܗܘܬ܂ ܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ ܒܥܡܠܐ ܡܛܝܢ ܠܘܩܒܠ ܩܢܝܕܘܣ ܓܙܪܬܐ܂ ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܫܒܩܐ ܗܘܬ ܠܢ ܪܘܚܐ ܕܢܐܙܠ ܬܪܝܨܐܝܬ܂ ܐܬܟܪܟܢ ܥܠ ܩܪܛܐ ܠܘܩܒܠ ܣܠܡܘܢܐ ܡܕܝܢܬܐ܂

8 ܘܟܕ ܒܥܡܠܐ ܡܬܟܪܟܝܢܢ ܠܗ܂ ܡܛܝܢ ܠܐܬܪܐ ܕܡܬܩܪܐ ܠܡܐܢܐ ܫܦܝܪܐ܂

* ܩܪܝܢܐ * ܕܚܕܒܫܒܐ ܫܬܝܬܝܐ ܕܒܬܪ ܦܢܛܩܘܣܛܐ *

9 ܘܗܘܐ ܩܪܝܒܐ ܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܫܡܗ ܠܣܐ܂ ܘܗܘܝܢ ܬܡܢ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ܂ ܥܕܡܐ ܕܥܒܪ ܠܗ ܐܦ ܝܘܡܐ ܕܨܘܡܐ ܕܝܗܘܕܝ̈ܐ܂ ܘܗܘܬ ܕܚܝܠܬܐ ܠܐܢܫ ܕܢܪܕܐ ܒܝܡܐ܂ ܘܡܠܟ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܦܘܠܘܣ܂

10 ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܓܒܪ̈ܐ ܚܙܐ ܐܢܐ ܕܒܐܘܠܨܢܐ ܘܒܚܘܣܪܢܐ ܣܓܝܐܐ ܥܬܝܕܐ ܪܕܝܬܢ ܠܡܗܘܐ܂ ܠܐ ܗܘܐ ܒܛܥܢܐ ܒܠܚܘܕ ܕܐܠܦܢ܂ ܐܠܐ ܐܦ ܒܢܦܫܬܢ܂

11 ܩܢܛܪܘܢܐ ܕܝܢ ܠܩܘܒܪܢܛܐ ܘܠܡܪܐ ܕܐܠܦܐ ܝܬܝܪ ܫܡܥ ܗܘܐ ܡܢ ܡܠܘܗܝ ܕܦܘܠܘܣ܂

12 ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܦܫܝܩ ܠܡܐܢܐ ܗܘ ܠܡܥܒܕ ܒܗ ܣܬܘܐ܂ ܣܓܝܐܐ ܡܢܢ ܨܒܝܢ ܗܘܘ ܕܢܪܕܘܢ ܡܢ ܬܡܢ܂ ܐܢ ܢܫܟܚܘܢ ܠܡܡܛܐ ܘܠܡܣܬܝܘ ܒܠܡܐܢܐ ܚܕ ܕܩܪܛܐ ܕܡܬܩܪܐ ܦܘܢܝܩܣ܂ ܘܚܐܪ ܠܬܝܡܢܐ܂

13 ܘܟܕ ܢܫܒܬ ܪܘܚܐ ܕܬܝܡܢܐ܂ ܘܣܒܪܘ ܕܡܛܝܢ ܠܨܒܝܢܗܘܢ܂ ܪܕܝܢ ܗܘܝܢ ܥܠ ܩܪܛܐ܂

14 ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܩܡ ܥܠܝܢ ܪܘܚܐ ܕܥܠܥܠܐ ܕܡܬܩܪܐ ܛܘܦܢܝܩܘܣ ܐܘܪܩܠܝܕܘܢ܂

15 ܘܐܬܚܛܦܬ ܐܠܦܐ܂ ܘܠܐ ܐܫܟܚܬ ܠܡܩܡ ܠܘܩܒܠ ܪܘܚܐ܂ ܘܝܗܒܢ ܠܗ܂ ܘܡܫܬܩܠܝܢ ܗܘܝܢ܂

C A P. XXVII.

Decrevit itaque de eo Festus ipsum missum iri ad Cæsarem in Italiam, proinde tradidit Paulum, & alios vinctos cum eo, viro cuidam centurioni ex cohorte Augusti, cui nomen erat Julius. 2 Quumque navigandum esset, descendimus in navigium quod erat ex Adramanto civitate, & profecturum erat ad regionem Asiæ: ingressus autem fuerat navigium nobiscum Aristarchus Macedo ex Thessalonica urbe. 3 Postero autem die pervenimus Sidonem: & usus est centurio misericordiâ erga Paulum, eique permisit ut proficisceretur ad amicos suos, & requiesceret. 4 Illinc porrò abnavigavimus, & quoniam venti erant contrarii, sublegimus Cyprum. 5 Et trajecimus mare Ciliciæ & Pamphyliæ, ac devenimus Myram urbem Lyciæ. 6 Nactúsque illic centurio navem Alexandrinam proficiscentem in Italiam, imposuit nos in eam. 7 Et quia graviter navigabat, post plurimos dies vix pervenimus contra Cnidum insulam, quoniámque non permittebat ventus ut rectâ proficisceremur, sublegimus Cretam è regione Salaminæ urbis. 8 Ut vix dum circum illam navigaremus, pervenimus ad locum qui vocatur, Portus pulchri.

Dominicâ VI. post Pentecosten. 65.

9 Erat autem ei propinqua civitas nomine Lasia, ubi mansimus longo tempore, usque ad diem quo (*i. quoad*) præteriisset jam dies jejunii Judæorum, & periculosum esset alicuiquem se mari committere: proindè consilium eis dabat Paulus, 10 Et dicebat; Viri, video cum ærumnis & jacturâ multâ futuram navigationem nostram, non solùm oneris navis nostræ, sed etiam animarum nostrarum. 11 Centurio autem gubernatorem & dominum navis potiùs audiebat, quàm sermones Pauli. 12 Et quia commodus non erat portus ad transigendam in eo hyemem, plurimi nostrorum volebant illinc vela facere, ut si quo modo possent, pervenirent hybernarentque in portu quodam qui erat Cretæ, vocabatúrque Phœnix, & spectabat Austrum. 13 Quum autem perflaret ventus Australis, putarentque se pro voto suo appulsuros, navigabamus circa Cretam. 14 Sed non multò post erupit in nos flatus turbinis qui vocatur Typhonicus Euroclydon. 15 Proindè abrepta est navis, nec potuit obsistere vento, itaque in incertum ferebamur.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

1 ፳ወ፯ ወእምዝ ፡ ፈተሑ ፡ ወአዘዙ ፡ ከመ ፡ ይሑር ፡ ጳውሎስ ፡ ምስለ ፡ ካልዖን ፡ እለ ፡
ሀለው ፡ ዕቁባን ፡ ኀበ ፡ ኀቤ ፡ ምእት ፡ ዘስሙ ፡ ዩሊዮስ ፡ እምቢጸ ፡ ለትሥጠስ ፡ ወእቱ ፡
2 ይሑሩ ፡ ሊጦልያ ፡ ኀበ ፡ ንጉሥ ፡፡ ወእምዝ ፡ አርገ ፡ ውስተ ፡ ሐመር ፡ አድርማጠ
ዊት ፡ እንተ ፡ ተሐውር ፡ መንገለ ፡ እስያ ፡፡ ወተንሣእነ ፡ እምውእቱ ፡ መከን ፡ ወአርተ
እነ ፡ ለሐዊር ፡ ወአርስጥርኮስ ፡ ዘመቄዶንያ ፡ ተሰሎንቂያዊ ፡ ዘዘልፈ ፡ ነበረ ፡ ም
3 ስሌነ ፡ እንዘ ፡ ይጸንሐነ ፡፡ ወበሳኒታ ፡ በጻሕነ ፡ ሲዶንያ ፡፡ ወዩልዮስ ፡ ይሬእዮ ፡
ለጳውሎስ ፡ በሠናይ ፡ ወአዘዞሙ ፡ ለፍቁራኒሁ ፡ ይትራድእዎ ፡ ወይግበሩ ፡ ዘ
ፈቀደ ፡፡

C A P. XXVII.

1 *Et tunc judicârunt & præceperunt ut iret Paulus cum aliis qui erant custoditi apud centurionem cujus nomen Julius erat, de cohorte Augusta fuit,* 2 *ut irent in Italiam ad Imperatorem. Et tunc ascenderunt in navem Adramytenam quæ ibat versùs Asiam, & solvimus ex illo loco & direximus iter, & adhærens Aristarchus Macedonius Thessalonicensis, qui semper mansit nobiscum, adhæsit* 3 *nobis. Et postridie venimus Sidoniam: & Julius respiciebat Paulum benignè, & præcepit amicis suis ut adjuvarent eum, & facerent quod vellet.*

Versio VULGATA LATINA.

CAP. XXVII.

1 Ut autem judicatum est navigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reli-
quis custodiis centurioni nomine Julio cohortis Augustæ, Adscendentes navem
2 Adrumetinam, incipientes navigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseverante no-
biscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi. Sequenti autem die devenimus
3 Sidonem. Humanè autem tractans Julius Paulum, permisit ad amicos ire, &
curam sui agere. Et indè cùm sustulissemus, subnavigavimus Cyprum, pro-
4 pterea quòd essent venti contrarii. Et pelagus Ciliciæ & Pamphyliæ navi-
5 gantes, venimus Lystram, quæ est Lyciæ: Et ibi inveniens centurio navem
6 Alexandrinam navigantem in Italiam, transposuit nos in eam. Et cùm multis
7 diebus tardè navigaremus, & vix devenissemus contra Gnidum, prohibente nos
vento, adnavigavimus Cretæ, juxta Salmonem: Et vix juxtà navigantes, ve- 8
nimus in locum quendam, qui vocatur Boniportus, cui juxtà erat civitas Tha-
lassa. Multò autem tempore peracto, & cùm jam non esset tuta navigatio, eò 9
quòd & jejunium jam præteriisset, consolabatur eos Paulus, Dicens eis; Viri, 10
video quoniam cum injuria & multo damno, non solùm oneris & navis, sed et-
iam animarum nostrarum, incipit esse navigatio. Centurio autem gubernato- 11
ri & nauclero magìs credebat, quàm his quæ à Paulo dicebantur, Et cùm aptus 12
portus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt consilium navigare indè, si
quomodò possent, devenientes Phœnicem, hyemare, portum Cretæ respicientem
ad Africum, & ad Corum. Aspirante autem Austro, æstimantes propositum se 13
tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam. Non post multum autem 14
misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo. Cúmque ar- 15
repta esset navis, & non posset conari in ventum, datâ nave flatibus, ferebamur.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* الفصل السابع والعشرون * يوم الجمعة قبل البنطيكستي *

1 * ولما حكم بان يركب في البحر الى ايطالية الذين يلوذون ببولص * سلموا بولص
2 وقوما اخرين مقيدين * الى رئيس مائة اسمه يوليوس من طغمة سبسطية * وصعدنا الى
مركب ادراميتني * كان اصحابه معتزمين ان يسيروا الى المواضع التي باسيا * وركب
3 معنا ارسطرخوس المكدوني التسالونيكي * في اليوم الثاني نزلنا الى صيدا * فسمح
يوليوس لبولص تعطفا واشفاقا * وامر ان يذهب الى اصدقائه * فينال منهم اهتماما
4 بحوائج السفر * وركبنا من هناك وسرنا الى قبرس * من اجل ان الرياح كانت تضاددنا *
5 * وعبرنا حينئذ اللج * الذي في البحر بقليقية وبمفيلية * ونزلنا الى موانئ بلد الليكيا *
6 * فهناك وجد رئيس المائة مركبا اسكندرانيا سائرا الى ايطالية فاصعدنا اليه *
7 * وفي ايام كثيرة لانهم كانوا يتباطون في المسير * بالجهد حصلنا في كنيدون * واذ لم
8 تتركنا الرياح في سلموني سرنا الى اقريطس * وبالجهد لما خادعوا المركب جئنا الى
9 موضع ما يلقب بالموانئ الحسنة * المقارب مدينة لاساآ * فلما مضى لنا حين طويل
10 وكان مسيرنا معطبا * لان الصوم كان قد حان * وعظهم بولص * قائلا * ايها الرجال
انا عتيدون على ما ارى ان يتعب وخسارة كثيرة يكون مسيرنا في البحر * ولا نخسر
11 الوسق والمركب فقط * بل وانفسنا * فاما رئيس المائة فاذعن لراي مدبر المركب
12 وصاحب السفينة * اكثر من المقولات من بولص * واذ كان ذلك الميناء غير موافق
لاوان الشتاء ارتاى اكثرهم ان يسيروا من هناك * لعل يمكنهم ان يبلغوا الى
13 فينكس * يشتون في موانئ اقريطس * فلما شاهدوا الموضع في ناحية المغرب * وان
الرياح الغربية قد هبت * ظنوا انهم يحرصون يغلبونها * فاخذوا بالقرب وعبروا اقريطس *
14
15 * ثم هب لا بعد وقت كثير على المركب ريح عنيف يلقب بالمنشي الامواج * فاختطف
المركب ولم يمكنه ينصب الريح *

CAP. XXVII.

Feriâ sextâ ante Pentecosten.

Ut autem decreverunt ut mare con- 1
scenderet in Italiam, qui adversaban-
tur Paulo, tradiderunt Paulum, & quos-
dam alios vinctos centurioni, nomine
Julio, de cohorte Sebastiæ. Et conscen- 2
sâ navi Adramitinâ, cupiebant amici
ejus navigare in partes Asiaticas;
conscenditque nobiscum Aristarchus
Macedo Thessalonicensis. Alterâ autem 3
die descendimus in Sidonem: utensque
Julius in Paulum humanitate & cle-
mentiâ, permisit ei ut iret ad amicos
suos, obtineretque ab eis curam pro ne-
cessitatibus itineris. Indè verò solven- 4
tes, appulimus Cyprum, quoniam venti
erant nobis contrarii. Et trajecto tunc 5
pelago quod est in Cilicia & Pamphilia,
descendimus in portus regionis Lyciæ;
Ibique nactus centurio navem Alexan- 6
drinam navigantem in Italiam, impo-
suit nos in eam. Et multis post diebus 7
quia lenti erant in navigatione, vix
devenimus ad Cnidum: cúmque non
finerent nos venti morari in Salmo-
ne, navigavimus ad Cretam. Et vix, 8
industriè navim ducentes, venimus
ad locum quendam qui vocatur Por-
tus pulchri, vicinum urbi Lasææ.
Cúmque longum peregissemus tempus, 9
& esset navigatio nostra periculosa,
quòd jejunii tempus jam præterisset,
commonuit eos Paulus, Dicens; O vi- 10
ri, futurum quidem est, ut video, ut
cum labore & jactura multa succedat
iter nostrum maritimum, & amitta-
mus non solùm onus & navim, sed et-
iam animas nostras. Verùm centurio 11
magìs inclinavit ad sententiam guber-
natoris navis & naucleri, quàm ad ea
quæ dicebantur à Paulo. Et cùm es- 12
set ille portus minimè commodus hy-
berno tempori, senserunt complures eo-
rum illinc solvendum, ut fortè Phœ-
nicem pervenire possent, hyemaréntque
in portibus Cretæ. Deprehendentes igi- 13
tur locum in parte Occidentali, & quod
venti Africi jam flaverant, rati sunt
studendum sibi ut eos superarent: qua-
propter viciniorem locum deligentes,
præterierunt Cretam. Deindè flavit 14
haud multo post tempore adversùs na-
vim ventus vehemens, qui vocatur
Excitator fluctuum: Abripuitque 15
navim, nec potuit ventum secare.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

4 እምህየ ፡ ተንሣእነ ፡ ወበጻሕነ ፡ ውስተ ፡ ደሴተ ፡ ቆጵሮስ ፡ እስመ ፡ ነፋስ ፡ ሀሎ ፡ ቅድ
5 ሜነ ። ወበሐረ ፡ ቂልቅያ ፡ ወለጵንፍልያ ፡ ሐለፍነ ፡ ወበጻሕነ ፡ ልስጥያ ፡ እንተ ፡
6 እስያ ፡ ይእቲ ። ወበህየ ፡ ረከበ ፡ ኃቤ ፡ ምእት ፡ ሐመረ ፡ እስክንድሪዊት ፡ እንተ ፡
7 ትሐውር ፡ ኢጣልያ ፡ ሊብለነ ፡ ውስቴታ ። ወአሣሰፍነ ፡ ወጐንደይነ ፡ ብዙኀ ፡ መዋ
ዕለ ፡ ወእምእፁብ ፡ በፅሓነ ፡ አንጻረ ፡ ቃንድያ ፡ እስመ ፡ ከልአነ ፡ ነፋስ ፡ ወሖርነ ፡ ቀ
8 ርጤን ፡ ዘቅሩብ ፡ ሰልሞንያ ። ወበዕፁብ ፡ በጻሕነ ፡ ውስተ ፡ እሐቲ ፡ መካን ፡ ዘትሰመ
ይ ፡ ሠናየ ፡ መርሶ ፡ ወቅርብት ፡ ይእቲ ፡ ለሀገረ ፡ ጠልሰ ። ወበህየ ፡ ብዙኀ ፡ መዋዕ
9 ለ ፡ ነበርነ ፡ ወሐለፈ ፡ ዘመነ ፡ መንገድ ፡፡ ወአሜሃ ፡ ኢኮነ ፡ ሠናየ ፡ ለሐዊር ፡ በበሕ
ር ፡ እስመ ፡ ሐለፈ ፡ ዘመነ ፡ ጾም ፡፡ ወተንሥአ ፡ ጳውሎስ ፡ ወናዘዞሙ ። ወይቤሎ
10 ሙ ፡፡ ለእደው ፡ አነሰ ፡ እአምርኩ ፡ ከመ ፡ ፍኖት ፡ ዚአነ ፡ እንተ ፡ ሀለወነ ፡ ነሐውር ፡
ቲ ፡ መንዳቤ ፡ ወጻዕር ፡ ብዙኀ ፡ አኮ ፡ በሕቲቱ ፡ ለኅፍተ ፡ ንዋይ ፡ ወሐመር ፡ አላ ፡
11 ኅፍአተ ፡ ነፍስነኒ ። ወሀቤ ፡ ምእትሰ ፡ የአምኖሙ ፡ ፈድፋደ ፡ ለሊቀ ፡ ሐ
መር ፡ ወለሐደፋ ፡ እምነገረ ፡ ጳውሎስ ፡ ለምክሮሙ ። ወሶበ ፡ ኢሀሎ ፡ ህየ ፡ መር
12 ሶ ፡ ዘይደልዎ ፡ ለአክርሞ ፡ ብዙኃን ፡ እምውስቴቶሙ ፡ አቀሙ ፡ ምክረ ፡ ከመ ፡
ይሑሩ ፡ እምህየ ፡ ለእመ ፡ ተክህሎሙ ፡ በጺሐ ፡ ለአክርሞ ፡ ውስተ ፡ ካልዕ ፡ መ
13 ካን ፡ ወይእቲሰ ፡ መርሶ ፡ ቀርጤን ፡ ይእቲ ፡ እንተ ፡ ትኔጽር ፡ አንጻረ ፡ አፍሪቂያ ፡ ወ
ቆሮስ ። ወሶበ ፡ ነፍሐ ፡ ነፋስ ፡ አዜብ ፡ መሰሎሙ ፡ ዘረከቡ ፡ ዘሀለዩ ፡ ቀዲሙ ፡
14 እምአሶን ፡ ነጸርዎ ፡ ለቀርጤን ። ወሶቤሃ ፡ ነፍሐ ፡ ነፋስ ፡ መስዕ ፡
15 ላዕሌሃ ። ወኢተክህላ ፡ ለሐመር ፡ ሐዊረ ፡ እምኃይለ ፡ ውእቱ ፡ ነፋስ ፡ ወኃየሎ
ሙ ፡ ሞገደ ፡ ማእበል ፡ ለይእቲ ፡ ሐመር ፡ ወተመንደብነ ፡ እንዘ ፡ ንትሐወስ ፡ እም
ገቦ ፡ ለገቦ ።

Et illinc solvimus, & venimus in insulam Cypri, quia ventus fuit ex adverso no- 4
bis. Pelagum Ciliciæ & Pamphiliæ pertransivimus, & venimus Lestiam quæ 5
Asiæ est. Et ibi inveniens centurio navem Alexandrinam navigantem in Ita- 6
liam, introduxit nos in eam. Et progressi sumus, & tardè navigavimus mul- 7
tos dies, & vix pervenimus contra Candiam, quia prohibuit nos ventus, &
venimus ad Cretam, quæ propè est Salmoniam. Et difficulter venimus in quen- 8
dam locum qui nominatur Boni-portus, & propinquus fuit civitati Thalsæ. Et 9
ibi multos dies mansimus, & præterivit tempus itineris, & tunc non fuit bo-
num ire per mare, quia præteriisset tempus jejunii; & surrexit Paulus, &
consolatus est eos, Et dixit iis; Viri, ego novi quòd via nostra in qua pro- 10
gressuri sumus, habet afflictionem & laborem multum, non solummodò in da-
mnum bonorum & navis, sed etiam in damnum animarum nostrarum. Et cen- 11
turio credebat magìs magistro navis & rectori, quàm consilio Pauli, ad consul-
tandum eos. Et quum non esset ibi portus aptus ad hybernandum, multi ex 12
illis persiterunt in consilio, ut solverent illinc, si possent venire ad hybernandum
in alio loco: & hic portus Cretæ est, quæ respicit ex adverso Africam & Co-
rum. Et spirante vento Australi, visum est illis quòd nacti essent quod proposu- 13
issent priùs: & quum sustulissent de Asson, respexerunt Cretam. Et tunc spira- 14
vit ventus Aquilonaris in eam. Et quum non posset navis progredi, præ violentia 15
hujus venti, tum prævaluerunt undantes fluctus huic navi, & afflicti fui-
mus, agitati à latere ad latus.

Insulam autem quandam succurrentes, vocatam Claudam, vix potuimus
16 Νησίον δέ τι ὑποδραμόντες, καλούμενον Κλαύδην, (π) μόλις ἰσχύσαμεν
compotes fieri scaphæ. Quam subducentes, adjutoriis utebantur, ac-
17 περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης. Ἣν ἄραντες, βοηθείαις ἐχρῶντο, ὑπο-
cingentes navem: timentésque ne in Syrtim inciderent, submitten-
ζωννύντες τὸ πλοῖον· φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, χαλάσαν-
tes vas, sic ferebantur. Vehementer autem tempestate jactatis nobis,
18 τες τὸ σκεῦος, οὕτως ἐφέροντο. Σφοδρῶς (ρ) δὲ χειμαζομένων ἡμῶν,
sequenti jactum fecerunt. Et tertiâ nostris manibus armamenta
19 τῇ ἑξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦντο. Καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ
navis ejecimus. Neque autem Sole, neque syderibus apparentibus per
20 πλοίου (σ) ἐρρίψαμεν. Μήτε δὲ ἡλίου, μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων ἐπὶ
plures dies, tempestatéque non exiguâ imminente, reliquùm ablata erat o-
πλείονας ἡμέρας, χειμῶνός τε οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, λοιπὸν περιῃρεῖτο (τ) πᾶ-
mnis spes ad servari nos. Multâ autem inediâ existente, tunc
21 σα ἐλπὶς τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς. Πολλῆς δὲ ἀσιτίας (υ) ὑπαρχούσης, τότε
stans Paulus in medio eorum, dixit; Oportet quidem, ô viri, obe-
σταθεὶς ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ αὐτῶν, εἶπεν, Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, πει-
dientes mihi, non avehi à Creta, lucrarique injuriam
θαρχήσαντάς μοι, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης, κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν
hanc, & jacturam. Et nunc suadeo vobis bono animo esse: ja-
22 ταύτην, καὶ τὴν ζημίαν. Καὶ τανῦν παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν· ἀπο-
ctura enim animæ nulla erit ex vobis, præterquàm navis. Adstitit enim mihi
23 βολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν, πλὴν τοῦ πλοίου. Παρέστη γάρ μοι
nocte hac angelus Dei, cujus sum, cui & deservio, Dicens;
24 (φ) τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ οὗ εἰμι, ᾧ καὶ λατρεύω, Λέγων,
Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce donavit tibi
Μὴ φοβοῦ Παῦλε, Καίσαρί σε δεῖ παραστῆναι· καὶ ἰδοὺ κεχάρισταί σοι
Deus omnes navigantes tecum. Ideò bono animo estote viri:
ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ. Διὸ εὐθυμεῖτε ἄνδρες·
credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodùm dictum est mihi.
25 πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ, ὅτι οὕτως ἔσται καθ' ὃν τρόπον λελάληταί μοι.
In insulam autem quandam oportet nos incidere. Ut verò quartadecima nox
26 Εἰς νῆσον δὲ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν. Ὡς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη νὺξ
facta est, perlatis nobis in Adria circa medium noctis, su-
27 (χ) ἐγένετο, διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς, ὑπε-
spicabantur nautæ afferri aliquam sibi regionem. Et bolisantes inve-
νόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν. Καὶ βολίσαντες εὗ-
nerunt passus viginti: brevi autem distantes, & rursum bolisantes, inve-
28 ρον ὀργυιὰς εἴκοσι· βραχὺ δὲ διαστήσαντες, καὶ πάλιν βολίσαντες, εὗ-
nerunt passus quindecim. Timentésque ne quomodò in aspera loca
29 ρον ὀργυιὰς δεκαπέντε. Φοβούμενοί τε (ψ) μήπως εἰς τραχεῖς τόπους
inciderent, de puppi projicientes anchoras quatuor, optabant diem fie-
ἐκπέσωσιν, ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας, ηὔχοντο ἡμέραν γενέ-
ri. Ipsis verò nautis quærentibus fugere ex navi, & laxanti-
30 σθαι. Τῶν δὲ ναυτῶν ζητούντων (ω) φυγεῖν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ χαλασάν-
bus scapham in mare, obtentu quasi è prora futurum
των τὴν σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν, προφάσει ὡς ἐκ (α) πρώρας μελλόντων
anchoras extendere, Dixit Paulus Centurioni, & militi-
31 ἀγκύρας ἐκτείνειν, Εἶπεν ὁ Παῦλος τῷ ἑκατοντάρχῃ, καὶ τοῖς στρατιώ-
bus; Si non hi manserint in navi, vos servari non potestis.
ταις, Ἐὰν μὴ οὗτοι μείνωσιν ἐν τῷ πλοίῳ, ὑμεῖς σωθῆναι οὐ δύνασθε.
Tunc milites absciderunt funes scaphæ, & siverunt eam
32 Τότε (β) οἱ στρατιῶται ἀπέκοψαν τὰ σχοινία τῆς σκάφης, καὶ εἴασαν αὐτὴν
excidere.
ἐκπεσεῖν.

MS.A. (π) ἰσχύσαμεν μόλις (ρ) τε (σ) ἔῤῥιψαν. (τ) ἐλπὶς πᾶσα (υ) ὑπαρχούσης, σταθεὶς ὁ (φ) ταύτῃ τῇ νυκτὶ τοῦ Θεοῦ, οὗ εἰμι ἐγὼ, ᾧ καὶ λατρεύω, ἄγγελος, Λέγων, (χ) ἐγένετο, (ψ) μήπω κατὰ τραχεῖς (ω) ἐκφυγεῖν (α) πρώρας ἀγκύρας μελλόντων ἐκτείνειν, (β) ἀπέκοψαν οἱ στρατιῶται τὰ

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

Et quum præteriissemus insulam quandam 16
quæ vocatur Cyra, vix potuimus prehendere scapham. Eâ verò sublatâ, cingebamus 17
& firmabamus navim: & quia timebamus, ne fortè incideremus in præcipitium
maris, submisimus antennam, & ita pergebamus. Quum autem in nos insurrexisset 18
gravis procella, sequenti die supellectilia
nostra in mare projecimus. Die verò tertiâ 19
armamenta navis manibus nostris abjecimus.
Quumque durâsset pluvia per dies compla- 20
res, nec sol appareret, neque luna, neque sydera, spes vitæ nostræ penitùs præcisa est.
Quumque nemo quicquam cibi caperet, tunc 21
stans Paulus inter eos, ait; Si assensum mihi
præbuissetis, viri, non solvissemus à Creta,
& evitâssemus hanc jacturam & calamitatem.
Nunc autem consilium do vobis ne 22
anxii fueritis: nemo enim vestrûm peribit,
sed tantùm navis. Visus est enim mihi hac 23
nocte angelus Dei illius cujus sum, & cui
servio: Dixitque mihi, Ne timeas Paule, 24
futurum enim est te sisti coram Cæsare: &
ecce dono tibi dedit Deus omnes qui navigant tecum.
Quamobrem bono animo estote, viri: Credo enim in Deum, ita fore 25
quemadmodum locutus est mecum. Verùm 26
in insulam quandam ejiciendi sumus.

Dominicâ VII. post Pentecosten.66.

Post dies autem quatuordecim quibus erra- 27
vimus & agitati fuimus in Adriatico mari,
mediâ nocte putârunt nautæ ad terram se
accedere. Proindè jecerunt bolidem, & 28
invenerunt staturas viginti: rursúsque paulùm
provecti invenerunt staturas quindecim.
Quumque timerémus ne fortè deprehende- 29
remur in locis scopulosis, jecerunt è puppi
navis anchoras quatuor, & precabantur diem oriri.
Nautæ verò studebant fugere è 30
navi: proinde demiserunt ex ea scapham
in mare, prætextu abeundi in ea, navisque
ad terram alligandæ. Quod quum vidisset 31
Paulus, dixit centurioni & militibus; nisi
isti in navi permanserint, vos non potestis
servari. Tunc præciderunt milites funes sca- 32
phæ à navi, & siverunt eam aberrantem.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

16 ወሶበ፡ አጕየየተነ፡ ሐመር ፡ በጸሐነ፡ ውስተ፡ አሐቲ፡ ደሴት፡ እንተ፡ ስሙ፡ ቃውደ፡ በዕፁብ፡
17 ገብር፡ ክህልነ፡ አልዕሎታ ፡ ለንእስት፡ ሐመር፡ ወሶበ፡ አዕረግናሃ ፡ ለይእቲ ፡ ሐመር፡
ንእስት፡ ውስተ፡ ዐቢይ፡ ሐመር፡ በተራድኦ፡ በበይናቲነ፡ አጽናዕነ፡ ወአሰርነ፡ ሐመረ፡ እንዘ፡
18 ንፈርህ፡ ከመ፡ ኢትደቅ፡ ለዕለ፡ ኖጻ፡ ዘስሙ፡ ሲርት፡ በልሳነ፡ ሮም፡ ወዘንተ፡ ገቢረነ፡ ሖርነ፡
19 ወበሳኒታ፡ ተንሥአ፡ ዐቢይ፡ ሞገድ፡ ላዕሌነ፡ ወወገሩ ፡ ንዋያተ ፡ ውስተ፡ ባሕር፡ ወበ
20 ሣልስት፡ ዕለት፡ ወገርነ፡ በእደዊነ፡ ንዋያተ፡ ሐመር፡ ወንዋየ፡ ሐቅል፡ ወኢተርእየ ፡ ጸሐይ፡
ወኢከዋክብት፡ ለብዙኅ፡ መዋዕል፡ ወሶበ፡ ርኢነ፡ ብዙኀ፡ ሞገደ፡ እንተ፡ ዲቤነ፡ ወእተ፡ ጊዜ፡
ጠፍአ፡ እንከ፡ እምኔነ፡ ኵሉ፡ ተስፋ፡ ዘመድኃኒትነ፡

Et quum velociter detulisset nos navis, venimus in quandam insulam, cujus nomen Cauda, vix habentes potestatem efferre navicellam. Et quum extulissemus hanc navicellam in magnam navem, adjutoriis nostris confirmavimus, & ligavimus navem, timentes ne incideret in arenam cujus nomen Syrt in lingua Romana: & hoc quum fecissemus, progressi sumus. Et postridie surrexit magnus fluctus super nos, & projecerunt bona in mare. Et in tertio die ejecimus cum manibus nostris armamenta navis, & arma. Et quum non apparuisset sol neque sidera per multos dies, & quum vidissemus multos fluctus supra nos, isto tempore periit ampliùs à nobis omnis spes salutis nostræ.

Versio VULGATA LATINA.

insulam autem quandam decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere scapham. Quâ sublatâ, adjutoriis utebantur, accingentes navem, timentes ne in Syrtim inciderent, summisso vase sic ferebantur. Validâ autem nobis tempestate jactatis, sequenti die jactum fecerunt: Et tertiâ die suis manibus armamenta navis projecerunt. Neque autem Sole, neque syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate non exiguâ imminente, jam ablata erat spes omnis salutis nostræ. Et cùm multa jejunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit; Oportebat quidem, ô viri, audito me, non tollere à Creta, lucrique facere injuriam hanc & jacturam. Et nunc suadeo vobis bono animo esse: amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquàm navis. Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus sum ego, & cui deservio, Dicens; Ne timeas, Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce donavit tibi Deus omnes

qui navigant tecum. Propter quod bono animo estote viri: credo enim Deo,
quia sic erit, quemadmodùm dictum est mihi. In insulam autem quandam 25
oportet nos devenire. Sed posteaquàm quartadecima nox supervenit, navigan- 26
tibus nobis in Adria circa mediam noctem, suspicabantur nautæ apparere sibi 27
aliquam regionem. Qui & summittentes bolidem, invenerunt passus viginti:
& pusillùm indè separati, invenerunt passus quindecim. Timentes autem ne in 28
aspera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant di- 29
em fieri. Nautis verò quærentibus fugere de navi, cùm misissent scapham
in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora anchoras extendere, Dixit 30
Paulus centurioni, & militibus; Nisi hi in navi manserint, vos salvi fie- 31
ri non potestis. Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam ex-
cidere. 32

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

16 * فابصرنا في مسيرنا وجرينا جزيرة ما اسمها كلوديوس . فبالجهد قدرنا ان نمسك المريكب .
17 * فرفعوه بمعونات وحيل استعملوها . وشدوا المركب . خايفين الا يسقط في دوار . وحطوا
18 الالة واهملوه هكذا * وبينما الشتاء ينسكب علينا شديدا . في الغد طفقوا يلقون الوسق .
19 * وفي اليوم الثالث طرحنا بايدينا آلة المركب في البحر . ولم تظهر لنا الشمس ولا النجوم .
20 21 * ودام علينا شتاء عظيم اياما كثيرة . فمن ذاك انتزع منا كافة رجاء الخلاص * واقمنا
اياما كثيرة لم ناكل شيا . حينيذ وقف بولص في وسطهم وقال . ايها الرجال قد كان يجب
عليكم ان تذعنوا لراي . الا تصعدوا من اقريطش . وكنا قد ربحنا هذا التعب والخسران .
22 * والان انا اعظكم واسالكم ان تفرحوا . فان ما يسقط منكم ولا نفسا واحدة سوى
23 24 المركب * لانه قد وقف بي في هذه الليلة ملاك الله الذي انا له . الذي اعبده * قايلا .
يا بولص لا تخف فانك يجب عليك ان تمثل بحضرة قيصر . وها قد وهب الله لك
25 جميع السايرين معك * فلذلك افرحوا ايها الرجال . فاني اومن بالله ان هكذا
26 27 يكون كما خوطبت به * وسنسقط بلا بد الى جزيرة ما * ولما سلفت اربعة عشر
ليلة ونحن مترددون في ادريا . في نصف الليل افتكر النوتيه ان يعرفوا في اية
28 بلدة هم * فالقوا حبل التقدير . فوجدوا الموضع عشرين باعا . وساروا من هناك
29 قليلا وقدروا . فوجدوا خمسة عشر باعا * فحذروا الا يسقطوا في مواضع خشنة .
30 فالقوا من موخر المركب اربعة مراسي . وابتهلوا ان يصير نهارا * وان النوتيه
التمسوا ان يهربوا من المركب . واحدروا المريكب الى البحر بحجة انهم معتزمون ان
31 يمدوا المراسي من مقدم المركب * فقال بولص لرييس المائة وللجند . ان لم يلبثوا
32 هولاء في المركب فما يمكنكم انتم تخلصون * حينيذ قطع الجند حبال المريكب
واهملوه يسقط *

Vidimus autem in navigatione & cursu nostro insulam quandam, nomine Claudius: & vix potuimus retinere naviculam. 16
At sustulerunt eam adjutoriis & artibus quibus usi sunt, navémque obfirmârunt, veriti ne in vorticem incideret: & deposuerunt vas, atque ita reliquerunt eam. 17
Et dum vehemens imber funderetur super nos, alterâ die cœperunt projicere merces: 18
Ac tertiâ die manibus nostris projecimus instrumenta navis in mare. 19
Et non apparentibus nobis sole neque syderibus, Et perseverante super nos imbre maximo ad complures dies, ex tunc ablata est à nobis tota spes salutis, 20
Mansimúsque pluribus diebus nihil edentes. Tunc stans Paulus in medio eorum, dixit; Heus viri, oportebat vos acquiescere consilio meo, ut non ascenderemus è Creta: & quidem evasissemus hunc laborem & jacturam. 21
Et nunc hortor vos, & obsecro, ut hilari sitis animo: non enim cadet ex vobis anima ulla, præter navim. 22
Nam astitit mihi hâc nocte angelus Dei cujus sum & quem colo, 23
Dicens; O Paule, ne formides, te enim sisti oportet in præsentia Cæsaris: & ecce donavit tibi Deus omnes tecum navigantes. 24
Quapropter gaudete, O viri: credo enim Deo quòd sic erit quemadmodùm dictum est mihi. 25
Et incidemus absque dubio in insulam quandam. 26
Cùmque transissent quatuordecim noctes, discurrentibus nobis per Adriam, mediâ nocte cogitârunt nautæ scire quânam essent in regione. 27
12 ...ጸበ : ለ[ነ : ተጸበብ :] ለለማዕትክሙ:=: በእንተ : ወእቱ : ፍዳሃ : ለዝቲ : እብለክ
13 ...ሙ : ከመዝ : ለደቂቅየ : ተርሐቡ : አንትሙኒ:=:

Quia pro Christo legatione fungimur secundùm quod exhortatus est nos Deus, & 20
rogamus apud Christum, ut convertamini ad Deum. Quia qui nesciebat pecca- 21
tum, fecit peccatum ut nos justificaret Deo.

Octavo sabbato jejunii, lectio.

C A P. VI.

R*Ogamus & adjuvamus, ut recipiatis nos, & non faciatis vacuam gratiam* 1
Dei. Quia sic dicit, In die accepto audivi te, & in die salutis succurri tibi , 2
& ecce nunc tempus misericordiæ ejus, & ecce hodiè dies salutis ejus. Et ne fa- 3
ciatis scandalum ministerio vestro, in ulla re, ut non maculetis illud.

In commemoratione Martyrum.

Et in omnibus exhibete vosmetipsos ministros Dei, in multa patientia in omnibus, 4
& in afflictione, & in opprobrio, & in tribulatione, Et in percussione, & in 5
incarceratione, in labore, & in commotione, in vigilia, Et in prudentia, in sci- 6
entia, in spe, & in misericordia, & in jejunio, In puritate Spiritûs sancti qui 7
non est incredulus, in virtute Dei, per arma justitiæ à dextra & sinistra : Pro- 8
pter gloriam & ignominiam, propter maledictionem & benedictionem, ut peccato-
res, & justi: Ut ignorantes, & scientes : ut morientes, & ecce vivimus : ut 9
tentati, nec tamen interfecti : Ut tristes, & semper gaudentes : ut pauperes, sed 10
multos ditantes: ut non habentes vos, sed in manus vestras omnia conferentes. Os 11
nostrum apertum est pro vobis, Corinthii, cor nostrum dilatatum est. Non estis ex- 12
tenuati in nobis, extenuati estis in visceribus vestris. Propter hanc retributio- 13
nem hoc loquor vobis sicut filiis meis, Dilatamini vos etiam.

Ne fiatis alterο jugo copulati infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ *& iniquitati?*
14 Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ;
qua verò communio luci ad tenebras? Quæ autem conventio *Christo* ad Belial?
15 τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ;
aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum idolis?
16 ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; Τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων;
Vos enim templum Dei estis *viventis*, sicut dicit Deus; Quoniam inhabitabo in
ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ Θεὸς, Ὅτι ἐνοικήσω ἐν
illis, & inambulabo: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.
αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω· καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.
Ideò exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus: & immundum ne
17 Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει Κύριος· καὶ ἀκαθάρτου μὴ
attingite: & ego recipiam vos. Et ero vobis in patrem, & vos eritis
18 ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς. Καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ
mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.
μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.

CAP. VII. ζ'.

Has ergò habentes promissiones, *dilecti*, mundemus nosipsos ab
1 ΤΑύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοὶ, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ Η'
omni inquinamento carnis & spiritûs, perficientes sanctificationem in timore Dei.
παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ.
Capite nos: neminem *injuriâ affecimus*, neminem corrupimus, neminem *avarè frau-*
2 Χωρήσατε ἡμᾶς· οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτή-
davimus. Non ad condemnationem dico: *prædixi* enim quòd in cordibus nostris
3 σαμεν. Οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω· προείρηκα γὰρ ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν
estis ad commoriendum & convivendum. Multa mihi fiducia apud vos: mul-
ἐστε εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν. Πολλή μοι παῤῥησία πρὸς ὑμᾶς, πολ- 4
ta mihi gloriatio pro vobis: repletus sum consolatione: superabundo
λή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν· πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει, ὑπερπερισσεύομαι
gaudio in omni tribulatione nostrâ. *Etenim venientibus nobis* in Macedo-
τῇ χαρᾷ ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν. Καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδο- 5
niam, nullam habuit *relaxationem* caro nostra: sed *in omni tribulati:* fo-
νίαν, οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν· ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι· ἔξω-
ris pugnæ, intùs timores. Sed *consolans* humiles, consolatus est
θεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι. Ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, παρεκάλεσεν 6
nos Deus in adventu Titi. Non solùm autem in adventu ejus,
ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου. Οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, 7
sed etiam in consolatione quâ consolatus est in vobis, referens nobis vestrum
ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν, ἀναγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν
desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me: ita ut *me* magis
ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ· ὥστε με μᾶλλον
gaudere. Quoniam si & contristavi vos in epistola, non *pœnitudine ducar,* si &
χαρῆναι. Ὅτι εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ ἐπιστολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ 8
pœnitudine ducar: intueor enim quòd epistola illa, si & ad horam, contristavit
μετεμελόμην· βλέπω γὰρ ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν, ἐλύπησεν
vos. Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam.
ὑμᾶς. Νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν, 9
Contristati estis enim secundùm Deum, ut in nullo *detrimento affecti fueritis* ex nobis.
ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ Θεὸν, ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν.
Nam secundùm Deum tristitia pœnitentiam in salutem *haud pœnitendam* adoperatur:
Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· 10
at mundi tristitia mortem *adoperatur.*
ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
[illegible]
[illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
[illegible]

Cap. 7.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
[illegible]

Quotidie.

4 [illegible]
5 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]

Ne sitis consortes iis qui sunt increduli. Quod enim consortium est justitiæ cum iniquitate? aut quæ commistio luci cum tenebris? Aut quæ concordia Christo cum Satana? aut quæ pars fideli cum incredulo? Aut quis consensus est templo Dei, cum dæmoniorum *templo?* Vos enim estis templum Dei viventis, quemadmodum ait, Habitabo in eis, & ambulabo inter eos, & ero illorum Deus, ipsique erunt mihi populus. Propterea exite è medio illorum, & separemini ab illis, dicit Dominus; & impurum ne tetigeritis, & ego excipiam vos. Et ero vobis pro patre, & vos eritis mihi pro filiis & filiabus, dicit Dominus qui omnia complectitur.

CAP. VII.

Quum igitur habeamus has promissiones, dilectissimi mei, purgemus nosipsos ab omni immunditia carnis & spiritûs, & operemur sanctimoniam cum timore Dei. Sustinete nos, fratres mei, in neminem iniquè egimus, neminem corrupimus, nemini injuriam intulimus. Non ad vestri condemnationem dico, siquidem jam ante dixi, in corde nostro vos esse repositos ad moriendum simul & ad vivendum.

Quotidie. 12.

Multa est mihi fiducia erga vos multáque mihi est in vobis gloriatio, & plenus sum consolatione, ac majorem in modum abundat in me gaudium in omnibus afflictionibus meis. Etenim à quo venimus in Macedoniam, nullam omninò requiem habuit corpus nostrum, sed in omnibus afflicti fumus: foris pugna, intùs autem terror. Sed Deus ille qui consolatur humiles, nos consolatus est per adventum Titi. Nec solùm per adventum ejus, sed etiam tranquillitate illâ qua potitus est ex vobis: Siquidem renuntiavit nobis de charitate vestra erga nos, déque luctu vestro, & zelo vestro pro nobis: quæ quum audirem, gaudii plurimum habui. Nam etiamsi mœrore vos affecerim per epistolam, non me pœnitet, etiamsi pœnituisset. Video enim quòd epistola illa quamvis ad horam mœrore vos affecerit, Me tamen gaudio affecit; non quòd tristati sitis, sed quia tristitia vestra ad pœnitentiam vos adduxit: contristati enim estis secundùm Deum, ut nihil detrimenti accipiatis à nobis. Nam tristitia quæ propter Deum est, pœnitentiam animæ efficit non regressuram, & convertit ad salutem: tristitia verò mundi mortem efficit.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

14 ወኢትኩኑ፡ ኑፋቃን፡ ወኢትሖሩ፡ ውስተ፡ ካልእ፡ አርዑት፡፡ ምንት፡ ዘያስተዓርዮ፡ ለጽድቅ፡
15 ምስለ፡ ኃጢአት፡ ወምንት፡ ይደምሮሙ፡ ለጽልመት፡ ምስለ፡ ብርሃን፡፡ ወምንት፡ ያኅብሮ
ሙ፡ ለክርስቶስ፡ ምስለ፡ ቤልሖር፡፡ ወምንት፡ ዘይከፍሎሙ፡ ለመሀይምናን፡ ምስለ፡ ኑፋቃን፡፡
16 ወምንት፡ ዘያነብር፡ ጣዖት፡ ውስተ፡ ቤተ፡ እግዚአብሔር፡ አኮኑ፡ ንሕነ፡ ውእቱ፡ ቤቱ፡ ለ
እግዚአብሔር፡ ሕያው፡፡ በከመ፡ ይቤ፡ እግዚአብሔር፡ አኀድር፡ ኀቤሆሙ፡ ወእ
ንሶሱ፡ ማእከሎሙ፡ ወእከውኖሙ፡ አምላኮሙ፡ ወእሙንቱኒ፡ ይከውኑኒ፡ ሕ
ዝብየ፡፡

Et ne sitis increduli, neque eatis in alio jugo: quis est qui consociat justitiam cum peccato? & quis commiscet tenebras cum luce? Et quis concordare facit Christum cum Belhor? & quis est qui participes facit fideles cum infidelibus? Et quis est qui collocat Idolum in domo Dei? nónne nos sumus domus Dei viventis? sicut dixit Deus; Habitabo apud eos, & ambulabo medio eorum, & ero iis Deus eorum, & ipsi erunt mihi populus meus.

Versio VULGATA LATINA.

14 Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras?
15 Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?
16 Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus; Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.
17 Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: Et ego recipiam vos:
18 & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.

CAP. VII.

1 Has ergò habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritûs, perficientes sanctificationem in timore Dei.
2 Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.
3 Non ad condemnationem vestram dico: prædiximus enim quòd in cordibus nostris estis, ad commoriendum, & ad convivendum.
4 Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.
5 Nam & cùm venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnæ, intùs timores.
6 Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi.
7 Non solùm autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione, quâ consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita ut magis gauderem.
8 Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœniteret, videns quòd epistola illa (etsi ad horam) vos contristavit;
9 Nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundùm Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis.
10 Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia mortem operatur.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

14 * لا تكن موازينكم مائلة الى الكفار • لان ايه شركة بين العدل والاثم • وايه شركة
15 للنور مع الظلمة * واي اتفاق للمسيح مع المارق • ام اي حظ للمومن مع الكافر * ام ايه
16 مشاركة لهيكل الله مع الاصنام • * الاحد السابع عسر بعد العنصرة •
لانكم انتم هيكل الله الحي كما قال الله • تم • اني ساسكن فيهم واتخطر في عقولهم •
17 واكون لهم الاها ويكونون هم لي شعبا * فلهذا اخرجوا من بينهم يقول الرب • وتميزوا
18 منهم • ولا تمسوا نجسا • وانا اقبلكم * واكون لكم ابا • قال الرب الممسك الكل • وانتم
تكونون لي بنين وبنات • • الفصل السابع • * يا احبي
1 اذ لنا مثل هذه المواعيد • • قراءة الخميس من الجمعة الثانية عسر بعد العنصرة •
فلنطهر انفسنا من كل دنس نفس وروح • مكملين قداسة بخشية الله • تم * سعوا فما
2 ظلمنا احدا • ولا فسدنا احدا • ولا اسعمنا احدا * ولست اقول هذا موجبا دينونة احد
3 لاني قد سبقت فقلت انكم في قلوبنا مضمرون ان نموت معكم ونعيش معكم * فلي داله
4 كبير عليكم • ولي فخر عظيم بكم • قد تمليت بالعزاء • وقد ترايدت في السرور كبيرا في
كافة حزننا * لاننا لما جينا الى مكدونية • لم يحصل لبشرتنا ولا راحة واحده • بل مغمومين
5 في كل امر • فمن خارج قتال • ومن داخل مخاوف * لكن الاله المسلي المتواضعين عزانا
6 بحضور تيطس * وليس بوروده فقط • بل وبالعزاء الذي تعزا بكم • لما اخبرنا بشوقكم
7 الينا • بحنينكم • بغيرتكم الي • حتى اني فرحت كثيرا * لاني وان كنت قد غممتكم
8 بالرسالة فما ندمت • وان كنت قد ندمت • لاني انظر ان تلك الرسالة وان كانت احزنتكم
9 مدة ساعة • فافرح الان * لا لانكم حزنتم • بل سرورا • لانكم حزنتم للندامة والتوبة
لانكم حزنتم حزنا مرضيا لله لكيلا تخسروا منا ولا في شي واحد •
10 * لان الحزن المرضي لله • قراءة الجمعة من الجمعة الثانية عسر بعد العنصرة •
يصطنع توبة مودية الى الخلاص التي لا ندم فيها • وحزن العالم يصطنع موتا • تم •

14 *Ne sint libræ vestræ propendentes ad infideles. Quod enim consortium est inter justitiam & iniquitatem? & quæ*
15 *communio luci cùm tenebris? Et quæ concordia Christo cùm apostata? aut quæ pars fideli cum infideli?*
16 *Aut quod consortium templo Dei cum idolis?*

Dominicâ decimâ septimâ post Pentecosten.

Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dixit Deus, Hactenus. *Equidem habitabo in eis, & deambulabo in mentibus eorum: & ero illis Deus, & ipsi erunt mihi populus.*
17 *Propterea egredimini de medio eorum, dicit Dominus; & segregemini ab eis: & nè tangatis pollutum, & ego excipiam vos.*
18 *Eroque vobis in patrem, ait Dominus omnia tenens, & vos eritis mihi in filios & filias.*

CAP. VII.

1 *O Dilecti mei, cùm hujusmodi promissiones habeamus;*

Lectio feriæ quintæ hebdomadis duodecimæ post Pentecosten.

mundemus animas nostras ab omni inquinamento carnis ac spiritus, perficientes sanctimoniam cum timore Dei. Hucusque.
2 *Capite nos: neminem oppressimus, neminem corrupimus, neminem deprædati sumus.*
3 *Neque hoc dico intendens condemnationem ullius: jam enim prædixi vos esse in cordibus nostris abstrusos, ad moriendum vobiscum, & vobiscum vivendum.*
4 *Multa quidem mihi est fiducia in vobis, & maxima mihi gloriatio de vobis: impletus sum consolatione, vehementer abundavi gaudio in omni mœrore nostro.*
5 *Etenim cùm venissemus Macedoniam, nullam adepta est caro nostra requiem vel unam, sed afflicti in rebus omnibus: foris enim pugna, & intus pavores.*
6 *Sed Deus consolator humilium consolatus est nos per præsentiam Titi.*
7 *Nec solùm per adventum ejus, sed & per consolationem quam de vobis accepit, quum nobis narrâsset vehemens desiderium vestrum erga nos, teneritudinem vestram, zelum vestrum erga me: ita ut valde sim gavisus.*
8 *Nam etiamsi vos contristavi per epistolam, non me tamen pœnitet: & quamvis me pœniteret; quia video quòd epistola illa (licet horulæ spatio) vos contristârit, jam gaudeo:*
9 *Non quòd contristati fueritis: sed gavisus sum, quoniam contristati estis ad pœnitudinem & pœnitentiam: contristati enim estis tristitiâ Deo gratâ, ut nulla in re detrimentum patiamini è nobis.*

Lectio feriæ sextæ hebdomadis duodecimæ post Pentecosten.

10 *Nam tristitia Deo grata operatur pœnitentiam ducentem ad salutem, in qua non est pœnitudo: tristitia verò mundi, mortem operatur.* Hactenus.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

17 ወፃኡ : እማእከሎሙ : ወተፈለጡ : እምኔሆሙ : ይቤ : እግዚአብሔር : ወኢትግ
18 ሥሡ : ርኩሰ : ወአነ : እትወከፈክሙ :: ወእከውነክሙ : ለአብክሙ : ወአንትሙሰ : ተከ
ውኑኒ : ደቂቅየ : ወአዋልድየ : [ይቤ :] እግዚአብሔር : ዘኵሉ : [ይመውእ] ::

፯

1 ወይእዜኒ : እንከ : ተስፋ : [እንዘ : ብነ : አኀው] ዊነ : ናንጽሕ : ርእስነ : ወ[ኢናርኵስ : ነፍ]ስነ : ወኢ
ናርኵስ : ነፍስ [ነ : ንፈጽም :] በዘ : ይትቄደስ : በፈሪሀ : [እግዚአብሔር] :: ቁሙ :: ወይእዜ
2 [ጽንሑነ :] ዘአልቦ : ዘአበስነ : ወአልቦ : ዘገፋዕነ : ወአልቦ : ዘአማስነ : ወይ [እዜኒ : አኮ :]
3 ለአድልዎ : ዘእብል : እስመ : [አቀደምኩ] ነጊረ : እቤ :: ከመ : ጥቡዕ : ልብክሙ : ለሞዊ
ት : ወለሕይወትኒ :: ብዙኅ : ሞገስየ : በኀቤክሙ : ወብዙኅ : ትምክሕትየ : በእንቲአክሙ :
4 ወጸገብኩ : ፍሥሐየ : ወፈድፈደኒ : ሐሤትየ : እምኵሉ : ሕማምነ :: ወበጺሐነ :
5 መቄዶንያ : ኢረከብነ : ወኢአሐተኒ : ዕረፍተ : ለነፍስነ : ወበኵሉ : ሕማምነ : በላፍአኒ :
ቀትል : ወበውስጥኒ : ፍርሀት :: ወባሕቱ : ውእቱ : ዘያስተፌሥሐነ : ለሕሙማን : አ
6 ስተፈሥሐነ : በምጽአቱ : ለቲቶ :: ወአኮ : በምጽአቱ : ዳእሙ : ዓዲ : በፍሥሓ :
7 ዘአስተፈሥሕክምዎ : ወዜነወነ : አፍቅሮተክሙ : ዘከመ : ትጸሀቁ : ሊተ : ወተትቀሐ
ውኑ :: ወባሕቱ : እትፌሣሕ :: እመኒ : አተከዝኩክሙ : በቃል : ቀዳሚ : በመጽሐፍት :
8 ወኢያነስሐኒ : ወእመኒ : ነሳሕኩ : ነየ : እሬእዮ : ሰይእቲ : እመሂ : ለአሐቲ : ሰዓት : አተ
ከዝኩክሙ :: ይእዜ : ነየ : እትፌሣሕ : ወአኮ : እስመ : አተከዝኩክሙ : ዳእሙ : እስ
9 መ : ተከዝክሙ : ከመ : ትነስሑ :: እስመ : እንበይነ : እግዚአብሔር : ተከዝክሙ : ከመ :
ኢትኅጐሉ : ወኢአሐዱ : እምኔነ :: እስመ : ዘበእንተ : እግዚአብሔር : ሐዘን :
10 ንስሓሁ : ለሕይወት : ዘለዓለም : ይከውን :: ወትካዝ : ዘበእንተ : ዓለም : ሞተ :

17 *Sed exite è medio eorum, & separamini ab iis, dicit Dominus, & ne tetigeritis immundum: & ego recipiam vos:*
18 *Et ero pater vester, & vos eritis filii mei & filiæ meæ, dicit Deus omnipotens.*

CAP. VII.

1 *Hanc igitur spem habentes, fratres nostri, purificemus nosmet, & non polluamus animas nostras, neque inquinemus corpora nostra, sed compleamus sanctificationem in timore Dei.*
2 *Agedum, & nunc sustinete nos; qui in neminem peccavimus, & neminem oppressimus, & neminem corrupimus.*
3 *Et nunc non ad complacendum, est hoc quod loquor, quoniam anteà dixi, quòd paratum fuit cor vestrum ad moriendum, & ad vivendum.*
4 *Multa est gratia mea apud vos, & multa est gloriatio mea de vobis: & impletus sum gaudio meo, & abundavit exultatio mea ab omnibus afflictionibus nostris.*
5 *Et quum venissemus in Macedoniam, non invenimus ullam requiem animæ nostræ, & in omnibus afflicti fuimus; foris cædes, & intùs timores.*
6 *Sed ipse qui consolatur afflictos, consolatus est nos, in adventu Titi.*
7 *Et non solum in adventu ejus, sed etiam in consolatione quâ consolati estis eum, & nuntiavit nobis amorem vestrum, quomodo curatis me, & soliciti estis: sed gaudeo.*
8 *Si tristitiâ affeci vos in sermone primo per epistolam, neque me pœnitet: & si pœnitentiam egi, ecce perspicio per eam si in unam horam tristitiâ affeci vos.*
9 *Nunc ecce gaudeo: & non quòd tristitiâ affeci vos, sed quia tristitiâ affecti fuistis ut pœnitentiam egeretis. Qui per Deum tristitiâ affecti estis, ut non perdamini, neq; unus ex nobis.*
10 *Quia quæ propter Deum est tristitia, pœnitentia ejus ad vitam æternam erit: & tristitia quæ propter mundum est, mortem producet.*

ἘΠΙΣΤΟΛΗ' ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘ. Β'. ΚΕΦ. Η', Θ'.

Ecce enim hoc ipsum, secundùm Deum contristari vos, quantum adoperatum sit in
11 Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ἐν
vobis studium? sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desi-
ὑμῖν σπουδήν; ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπό-
derium, sed æmulationem, sed vindictam: in omni constituistis vosipsos puros esse
θησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλ' ἐκδίκησιν· ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι
in negotio. Nempè si & scripsi vobis, non causâ injuriantis, nec
12 ἐν τῷ πράγματι. Ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ
causâ injuriati, sed causâ manifestandi studium vestrum de
εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλ' εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ
nobis ad vos, coram Deo. Propter hoc consolationem accepimus in conso-
13 ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα ἐπὶ τῇ παρα-
latione vestra: abundantiùs autem magis gavisi sumus super gaudio Titi, quia
κλήσει ὑμῶν· περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι
refectus est spiritus ejus ab omnibus vobis. Quia si quid ei de vobis
14 ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν. Ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν
gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia in veritate locuti sumus vobis,
κεκαύχημαι, οὐ κατῃσχύνθην· ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλαλήσαμεν ὑμῖν,
ita & gloriatio nostra quæ ad Titum, veritas facta est: Et viscera
15 οὕτω καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου, ἀλήθεια ἐγενήθη· Καὶ τὰ σπλάγχνα
ejus abundantiùs in vos sunt, reminiscentis omnium vestrûm obedientiam,
αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν, ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοήν,
quomodò cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quòd in omni confido in
16 ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν. Χαίρω ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν
vobis.
ὑμῖν.

CAP. VIII. η'.

Notam facimus autem vobis, fratres, gratiam Dei datam in Ec-
1 Γνωρίζομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δεδομένην ἐν ταῖς ἐκ-
clesiis Macedoniæ: Quòd in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii
2 κλησίαις τῆς Μακεδονίας· Ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως, ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς
ipsorum, & secundùm profundum paupertas eorum abundavit in divitias simplici-
αὐτῶν, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλό-
tatis eorum. Quia secundùm virtutem, (testor,) & supra virtutem voluntarii:
τητος αὐτῶν. Ὅτι κατὰ δύναμιν, (μαρτυρῶ,) καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι· 3
Cum multa exhortatione obsecrantes nos, gratiam, & communicationem mini-
Μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν, τὴν χάριν, καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακο- 4
sterii quæ in Sanctos, suscipere nos. Et non sicut speravimus: sed
νίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, δέξασθαι ἡμᾶς. Καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν· ἀλλ' 5
semetipsos dederunt, primùm Domino, & nobis per voluntatem Dei: In
ἑαυτοὺς ἔδωκαν, πρῶτον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἡμῖν διὰ θελήματος Θεοῦ· Εἰς 6
adhortari nos Titum, ut quemadmodùm ante cœpit, ita & perficiat in
τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον, ἵνα καθὼς προενήρξατο, οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς
vos & gratiam istam: Sed sicut in omni abundatis fide, & sermone,
ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε πίστει, καὶ λόγῳ, 7
& scientiâ, & omni studio, & illâ ex vobis in nobis dilectione, ut & in hac
καὶ γνώσει, καὶ πάσῃ σπουδῇ, καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ
gratia abundetis. Non secundùm imperium dico, sed per aliorum
τῇ χάριτι περισσεύητε. Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων 8
studium, etiam vestræ charitatis germanitatem comprobans. Scitis enim
σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων. Γινώσκετε γὰρ 9
gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos paupertatem subiit dives
τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος
existens, ut vos illius paupertate ditesceretis. Et sententiam in hoc
ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε. Καὶ γνώμην ἐν τούτῳ 10
do: hoc enim vobis confert: qui non solùm facere, sed &
δίδωμι· τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει, οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ
velle primùm cœpistis à superiori anno. Nunc verò & facere perfi-
τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι. Νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτε- 11
cite: ut quemadmodùm promptitudo velle, ita & perficere ex
λέσατε· ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ
ipso habere.
τοῦ ἔχειν.

Θ'

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

Ecce enim istud ipsum quòd contristati fuistis 11
propter Deum, quantam peperit in vobis se-
dulitatem, & defensionem, & indignationem,
& timorem, & dilectionem, & zelum, &
vindictam? Proindè omnibus in rebus pro-
bâstis vos esse puros in negotio illo. Erit au- 12
tem hoc quod scripsi vobis, non ejus causâ
qui offendit, nec etiam ejus causâ in quem
commissa est offensio, sed ut innotescat co-
ram Deo diligentia vestra propter nos. Id- 13
circò consolationem accipimus. Et cum no-
stra consolatione abundantiùs lætati sumus
ob lætitiam Titi, quòd refocillatus sit spiri-
tus ejus cum vobis omnibus. Quòd in his 14
ob quæ gloriatus sum apud eum de vobis,
non erubui: sed ut in rebus omnibus verita-
tem locuti sumus vobiscum, ita & gloriatio
nostra apud Titum, in rei veritate reperta est. 15
Quinetiam benevolentia ejus magis ac ma-
gis multiplicata est erga vos, dum in memo-
riam revocat omnium vestrûm obedientiam,
qui cum timore ac tremore excepistis eum.
Gaudeo quòd in omnibus confidam de vobis. 16

CAP. VIII.

Quotidiè. 13.

Notam porrò vobis facimus, fratres mei, 1
gratiam Dei, quæ data est in ecclesiis Mace-
doniorum. Quoniam per probationem mul- 2
tam afflictionis illorum uberius fuit ipsorum
gaudium: & profunditas egestatis eorum
exundavit per divitias simplicitatis ipsorum.
Testor enim quòd pro viribus suis, imò su- 3
pra vires suas, propriâ voluntate Efflagitâ- 4
runt à nobis multâ cum obsecratione ut in
partem venirent beneficentiæ ministerii San-
ctorum. Et non prout putabamus, quinimò 5
seipsos dediderunt primùm Domino nostro,
tum etiam nobis per voluntatem Dei. Ut 6
rogaremus Titum, ut quemadmodum incœ-
pit, ita & perficiat in vos quoque hanc be-
neficentiam. Sed quemadmodùm omnibus 7
in rebus abundatis fide, & sermone, & cog-
nitione, & omni diligentiâ, nostrâque erga
vos charitate, sic etiam hac gratiâ abundetis.
Non præcipiendo præcipio vobis, sed per se- 8
dulitatem sociorum vestrorum constantiam
charitatis vestræ experior.

Dominicâ VI. post Epiphaniam, 14.

Nôstis enim gratiam Domini nostri Jesu 9
Christi, quippe qui propter vos pauper factus
sit quum esset dives, ut vos ejus egestate di-
tescatis. Consulendo autem hoc do vobis 10
consilium, quod vobis profuturum est, ut qui
ab anno superiore cœpistis non velle tan-
tùm, sed etiam agere. Nunc autem facto 11
perficite quod voluistis, ut quemadmodum
incessit vobis cupido hujus voluntatis, sic &
facto exequamini ex eo quod habetis.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

11 ወናሁ ፡ ወእቱ ፡ ትካዝ ፡ ዘበእንተ ፡ እግዚአብሔር ፡ ጽህቅክሙ ፡ ወቅሬሁትክሙ ፡ ገብረ ፡
ለክሙ ፡ ወፈርሀክሙ ፡ በግርማ ፡ ዚአሁ ፡ ወእመኒ ፡ በተፋቅሮ ፡ ወእመኒ ፡ በተቃሕዎ ፡
12 ወእመኒ ፡ በዘ ፡ ኮነ ፡ ከመዝ ፡ ሊታእምሩ ፡ ወሊመንተኒ ፡ ኩኑ ፡፡ ወዝኒ ፡ ዘጸሐፍኩ ፡
ለክሙ ፡ አኮ ፡ በእንተ ፡ ዘገፍዐ ፡ ወዘተገፍዐ ፡ ዳእሙ ፡ ከመ ፡ ይትዐወቅ ፡ ከመ ፡ ጽህቅ
13 ክሙ ፡ ለነ ፡ በቅድመ ፡ እግዚአብሔር ፡፡ ወበእንተዝ ፡ ተፈሣሕነ ፡ ደበ ፡ ፍሥሐነ ፡
ዓዲ ፡ ተፈሣሕነ ፡ ወፈድፋደሰ ፡ በፍሥሐ ፡ ቲቶ ፡ እስመ ፡ አዕረፍክሞ ፡ ለነፍሱ ፡ በኀበ ፡
ኵልክሙ ፡፡

Et ecce ista tristitia quæ propter Deum est, studium vestrum, & defensionem
vestram operata est pro vobis, & timorem vestrum in terrore ejus, sive in amo-
re sive in zelo, sive in talibus non scientes quicquam estote. Et hoc quod scri-
psi vobis non propter opprimentem & oppressum, sed ut manifestum fiat,
quòd cura vestri nobis est coram Deo. Et propterea gavisi sumus super gau-
dio nostro: deinceps gavisi sumus, & magìs pro gaudio Titi, quia refecistis ani-
mam ejus apud omnes vos.

Versio VULGATA LATINA.

11 Ecce enim hoc ipsum, secundùm Deum contristari vos, quantam in vobis operatur
solicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium,
sed æmulationem, sed vindictam: in omnibus exhibuistis vos, incontaminatos
12 esse negotio. Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec
propter eum qui passus est: sed ad manifestandam solicitudinem nostram, quam
13 habemus pro vobis Coram Deo: ideò consolati sumus. In consolatione autem
nostra, abundantiùs magis gavisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spi-
14 ritus ejus ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum
confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra,
15 quæ fuit ad Titum, veritas facta est. Et viscera ejus abundantiùs in vobis sunt:
reminiscentis omnium vestrûm obedientiam, quomodò cum timore & tremore
16 excepistis illum. Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

CAP. VIII.

1 Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis
2 Macedoniæ: Quòd in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipso-
rum fuit, & altissima paupertas eorum, abundavit in divitias simplicitatis eorum:
Quia secundùm virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarii 3
fuerunt, Cùm multa exhortatione obsecrantes nos gratiam, & communicationem 4
ministerii, quod fit in Sanctos. Et non sicut speravimus, sed semetipsos dede- 5
runt primùm Domino, deindè nobis per voluntatem Dei, Ita ut rogaremus Ti- 6
tum, ut quemadmodùm cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam.
Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientiâ, & omni solicitudine, 7
insupèr & charitate vestrâ in nos, ut & in hac gratia abundetis. Non quasi im- 8
perans dico: sed per aliorum solicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium
bonum comprobans. Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam 9
propter vos egenus factus est, cùm esset dives, ut illius inopiâ vos divites
essetis. Et consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui non solùm facere, 10
sed & velle cœpistis ab anno priore: Nunc verò & facto perficite: ut quem- 11
admodùm promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod
habetis.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

11 * لان ها هذا الحزن نفسه الذي حزنتموه الخاص بالله · كم حرصا قد افتعل فيكم · بل
واعتذارا · بل واغتياظا · بل وخوفا · لكن وشوقا · بل وغيرة · بل وانتقاما · واوضحتم
12 ذاتكم في كل شي ابرياء من الامر * فلو كتبت اليكم فلا من اجل الظالم · ولا من
13 اجل المظلوم · بل حتى يظهر حرصكم من اجلنا عندكم لدى الله * فلهذا
تعزينا بتسليتكم · وفرحنا فرحا زايدا كثيرا بسرور تيطس · انكم كلكم نيحتم روحه ·
14 * ومهما افتخرت بكم عنده ما خجلت منه · بل كما انا خاطبناكم بالصدق بجميع
15 اقوالنا · كذلك وافتخارنا بكم عند تيطس صادقا * وتحننه هي سابغة عليكم كثيرا
16 متذكرا طاعتكم كلكم · وانكم قبلتموه بوقار وتقوى * فافرح اني واثق بكم في كل شي ·

· الفصل الثامن * · السبت الثالث والعشرين بعد العنصرة ·

1 * ايها الاخوة اعرفكم بنعمة الله التي منحها كنايس مكدونية * ان فضله سرورهم
2 ومسكنتهم المتناهية الى العمق زادت في غناء سخاياهم · في تجربة احزان كثيرة * واني اشهد
3 انهم بايثارهم بمقدار قوتهم · وبما يفوق طاقتهم * بطلبة كثيرة يطلبون انعامكم وشركة
4 الخدمة · التي تواسون بها القديسين * وليس ذلك كما املنا · بل دفعوا ذاتهم الى الرب اولا
5 والينا بمشية الله · ثم * لنسل تيطس لكي كما سبق فابتدا · كذلك يتمم وهذه الاحسان
6 اليكم · * قراءة الاثنين من الجمعة الثالثة عشر · * لكن كما قد زدتم
7 وفضلتم في كل شي · بالامانة في القول والعلم · وفي كل حرص وفي محبتكم ايانا · ان تفضلوا
في هذا الاحسان وتكثروه * ولست اقول هذا امرا · بل بحرص اخرين · اختبر خلوص
8 محبتكم * لانكم قد عرفتم نعمة ربنا يسوع المسيح · انه تمسكن من اجلكم ولم
9 يزل غنيا لتستغنوا انتم بمسكنته * وانا اعطيكم في هذا رايا · ان هذا نافع لكم · الذين
10 سبقتم منذ عام اول فابتداتم لا بان تعملوا هذا فقط · بل وان تريدوه * فاكملوا الان
11 الفعل · حتى بمقدار النشاط في ايثار الخير · كذلك يكون اكماله مما تملك ·

Ecce enim hæc ipsa tristitia qua affecti estis secundùm Deum, quantum studium effecit in vobis, imò & defensionem, imò & indignationem, imò & timorem, imò & vehemens desiderium, imò & zelum, imò & vindictam: & declarâstis vosipsos in omni re innocentes ab illo negotio. 11
Licèt enim scripserim vobis, non tamen propter opprimentem, nec propter oppressum, sed ut apud vos appareret studium vestrum erga nos coram Deo. 12
Propterea consolationem accepimus ex consolatione vestra, & vehementi plurimóque gaudio gavisi sumus ob exultationem Titi: omnes siquidem exhilarâstis spiritum ejus. 13
Et quicquid gloriatus sum de vobis apud ipsum, non sum ab eo pudefactus: sed ut locuti sumus vobis veritatem in cunctis sermonibus nostris, ita & gloriatio nostra de vobis apud Titum, vera fuit. 14
Ac teneritudines ejus admodum redundant in vos, dum reminiscitur omnium vestrûm obedientiæ, & quod eum excepetitis cum honore & timore. 15
Gaudeo igitur quòd sim securus de vobis in omni re. 16

CAP. VIII.

Sabbatho vigesimo tertio post Pentecosten.

O Fratres, notam facio vobis gratiam Dei quam contulit in Ecclesias Macedoniæ. 1
Quòd scilicet abundantia gaudii ipsorum, eorúmque paupertas ad imum usque pertingens, redundavit in divitias morum ipsorum, per tentationem multarum afflictionum. 2
Et egò sanè testor eos sponte suâ, pro mensura virium suarum, & supra facultatem suam, 3
Multis cum precibus rogare beneficium vestrum & communionem ministerii quâ sanctos sublevatis. 4
Neque id quidem ut sperabamus, sed seipsos dediderunt primùm Domino, ac nobis, per voluntatem Dei. 5
Hucusque. *Ut deprecaremur Titum, ut quemadmodum ante cœpit, ita absolvat & hæc beneficia erga vos.* 6

Lectio feriæ secundæ hebdomadis tertiæ decimæ.

Itaque sicut profecistis & excelluistis in omni re, in fide, in sermone, & scientiâ, & in omni studio, & vestrâ in nos charitate, satagite ut excellatis in hac beneficentia, eamque augeatis. 7
Hoc autem non ex imperio dico, sed per aliorum studium charitatis vestræ synceritatem exploro. 8
Jam enim nôstis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quòd scilicet ipse propter vos pauper sit factus, quum semper sit dives: ut vos ipsius paupertate ditesceretis. 9
Et consilium in hoc do vobis: id enim utile vobis est: Qui jam ab anno superiore cœpistis non id facere modò, verùm etiam illud augere, 10
Nunc opus absolvite: ut qualis est promptitudo in voluntate beneficii præstandi, talis sit ejus absolutio ex his quæ possidentur. 11

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

14 እስመ : ሊያስተኀፍርክሙኒ : በኵሉ : ዘተመክሕኩ : ሎቱ : በእንቲአክሙ : አማን : ረሰይ
15 ክሙ : ለነ : ዘነገርናሁ : ከማሁ : እሙን : ኮነ ።፡ ወፈድፋደ : ያእኵተክሙ : ወይዜ
16 ክሮሙ : ዘከመ : ትትኤዘዙ : ሎቱ : በፍርሀት : ወበረዓድ : ተወከፍክሙዎ ።፡ ወእትፌ
ሣሕ : በሊቴ : እስመ : በኵሉ : እትአመንክሙ ።፡

፰

1 ወእነግረክሙ : አኃዊነ : ጸጋ : እግዚአብሔር : ዘተውህበ : ለቤተ : ክርስቲያን :
2 ዘመቄዶንያ ።፡ እስመ : እምብዙኃ : መከራ : ሕማሞሙ : ፈድፈደት : ፍሥሐሆሙ :
ወዕመቀ : ንዴቶሙ : ፈድፈደት : ውስተ : ፍሥሐ : ብዕሎሙ ።፡ እስመ : ውእቱ : ሰ
3 ማዕትነ : ኮነ : በኀይሉ : ወዘእንበለዝ : ውእቱ : ኀይልነ : አንትሙሰ : ጥቡዓን : አንት
4 ሙ ።፡ ወአስተበቍዕናክሙ : በእንተ : ሀበት : ዘታስተቀፅሉ : ለቅዱሳን ።፡ ወአኮ :
5 ከመ : ሐዘብነ : እስመ : ለሊሆሙ : በፈቃዶሙ : መጠዉ : ነፍሶሙ : ለእግዚአብሔር :
ቀዳሚ : ወንሕነኒ : በከመ : ፈቃደ : እግዚአብሔር ።፡ አስተፈሥሕነ : ቲቶ ።፡ ከመ :
6 ይፈጽም : ለክሙ : ጸጋሁ : በከመ : ወጠነ ።፡ እስመ : ፈድፈድክሙ : በኵሉ :
7 ሃይማኖት : በቃል : ወበጥበብ : ከመ : ትጽሀቁ : በኵሉ : ዘከመ : ታፈቅሩነ ።፡ ከመ :
ትፈድፍዱ : በዛቲ : ጸጋሁ ።፡ ወአኮ : በግብር : ዘእብለክሙ : እስመ : እለ : ይ
8 ጸሕቁ : ለዝንቱ : ከመ : ይትዐወቅ : ፍቅርክሙ ።፡ ታአምሩ : ጸጋሁ : በ
9 እግዚእነ : ኢየሱስ : ክርስቶስ : በእንቲአክሙ : አንደየ : ርእሶ : እንዘ : ብዑል : ውእቱ :
ከመ : አንትሙ : ትብዕሉ : በንዴቱ : ዚአሁ ።፡ ወበዝንቱ : አመክረክሙ : ዘይበቍዓ
10 ክሙ ።፡ እስመ : ዘእንበለ : ትግበሩዎ : ፈቀድክሙዎ ።፡ ወይእዜሰ : ገበርክሙዋ : ወፈ
11 ጸምክሙዋ ።፡ እስመ : ፈቂድኒ : ፈቲው : ወገቢር : እምረኪብ ።፡

Quia non pudefactum reddidistis me, in toto quod gloriatus sum apud eum de vobis verè, constituistis pro nobis quod loquuti sumus, quòd verum fecit. 14
Et magis gratias agit vobis, & reminiscitur vestri, quomodo subjecti eratis ei in timore, & in tremore recepistis eum. 15
Veruntamen gaudio, quia in omnibus confido vobis. 16

CAP. VIII.

Et annuntio vobis, fratres nostri, gratiam Dei, quæ data est domui Christianorum quæ est Macedoniæ. 1
Quia à multa probatione afflictionum eorum, abundavit gaudium eorum, & profunda paupertas eorum abundavit in gaudio divitiarum suarum. 2
Quia hoc testimonium nostrum fuit in virtute ejus, & præter hoc, virtute nostrâ vos voluntarii fuistis. 3
Et oramus vos propter donum quod expenditis pro Sanctis. 4
Et non sicut existimavimus, quia ipsi per voluntatem ipsorum tradiderunt animas ipsorum Deo primùm, & nos secundùm voluntatem Dei, 5
Exhortati sumus Titum, ut perficiat pro vobis gratiam ejus, quemadmodum cœpit. 6
Quia abundâstis in omni fide, in sermone, in intelligentia, ut solliciti sitis in omnibus prout diligitis nos, ut abundetis in hac gratia ejus. 7
Et non ex necessitate loquor vobis, quia sunt qui solliciti sunt pro hoc, ut manifesta fiat dilectio vestra. 8
Scitis gratiam ejus in Domino nostro Jesu Christo, qui propter vos inopem fecit seipsum, quum dives esset, ut vos divites essetis per inopiam ejus. 9
Et in hoc consilium do vobis quod prodest vobis, quia antequam faceretis, voluistis. 10
Et nunc fecistis, & perfecistis, quia velle, affectare & efficere, ex acquisitione. 11

Si enim *promptitudo animi præsto adsit*, secundùm id quod habet *quis*, *benè acceptus*, non
12 Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ
secundùm id quod non habet. Non enim ut aliis remissio, vobis autem tribulatio: sed
13 καθὸ οὐκ ἔχει. Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλίψις· ἀλλ'
ex æqualitate, In *hoc nunc* tempore vestra abundantia *in* illorum *defectum*,
14 ἐξ ἰσότητος, Ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα,
ut & illorum abundantia *fiat in vestrum defectum*: ut fiat æquali-
ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα· ὅπως γένηται ἰσό-
tas: Sicut scriptum est; Qui multum, non abundavit: & qui modicum,
15 της· Καθὼς γέγραπται, Ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε· καὶ ὁ τὸ ὀλίγον,
non minoravit. *Gratia* autem Deo *danti illud idem studium* pro
16 οὐκ ἠλαττόνησε. Χάρις δὲ τῷ Θεῷ τῷ διδόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ
vobis in corde Titi: Quoniam quidem exhortationem *excepit*: *studiosior*
17 ὑμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου· Ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο· σπουδαιότερος
verò existens, *ultroneus* exiit ad vos. *Simul* misimus *autem* cum illo
18 δὲ ὑπάρχων, αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς. Συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ
fratrem, cujus laus in Evangelio per omnes Ecclesias: Non
19 τὸν ἀδελφὸν, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν· Οὐ
solùm autem, sed & *suffragiis electus* est ab Ecclesiis, *comperegrinus noster cum*
μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν, συνέκδημος ἡμῶν σὺν
gratia hac administrata à nobis ad *ipsius* Domini gloriam, &
τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν, καὶ
promptitudinem animi vestri. Devitantes hoc, ne quis nos vituperet in exube-
20 προθυμίαν ὑμῶν. Στελλόμενοι τοῦτο, μήτις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρό-
rantia hac *ministrata* à nobis. *Præcogitantes* pulchra non solùm coram
21 τητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν. Προνοούμενοι καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον
Domino, sed etiam coram hominibus. *Simul* misimus autem illis fratrem
22 Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων. Συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς τὸν ἀδελφὸν
nostrum, quem probavimus in multis sæpe *studiosum existentem*, nunc autem
ἡμῶν, ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα, νυνὶ δὲ
multo *studiosiorem*, confidentiâ multâ *quæ* in vos: Sive pro Tito, so-
23 πολὺ σπουδαιότερον, πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς· Εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοι-

cius meus & in vos *cooperator*: sive fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum
νωνὸς ἐμὸς καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός· εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν,
gloria Christi. Ergò ostensionem charitatis vestræ, & nostræ *gloriationis* de
δόξα Χριστοῦ. Τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν, καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ 24
vobis, in illos ostendite, *&* in faciem Ecclesiarum.
ὑμῶν, εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε, καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν.

CAP. IX. Θ'.

De *quidem enim* ministerio in Sanctos, ex abundanti mihi est scribere
Περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, περισσόν μοί ἐστι τὸ γράφειν 1
vobis. Scio enim promptum animum vestrum, *quem* de vobis glorior *Macedonibus*,
ὑμῖν. Οἶδα γὰρ τὴν προθυμίαν ὑμῶν, ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν, 2
Quòd Achaia parata est à *superiori* anno: & *ex vobis* æmulatio provocavit
Ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι· καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε
plurimos. Misi autem, fratres, ut ne *gloria nostra* de
τοὺς πλείονας. Ἔπεμψα δὲ τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ 3
vobis, *inanis fiat* in parte hac: ut, (quemadmodùm dixi,) parati
ὑμῶν, κενωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ· ἵνα, (καθὼς ἔλεγον,) παρεσκευασμένοι
sitis: Ne *fortè si* venerint *cum me* Macedones, & invenerint vos impa-
ἦτε· Μήπως ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες, καὶ εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρα- 4
ratos, erubescamus nos, (ut non dicamus vos,) in substantia
σκευάστους, καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς, (ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμεῖς,) ἐν τῇ ὑποστάσει
hac *gloriationis*. Necessarium ergò existimavi rogare fra-
ταύτῃ τῆς καυχήσεως. Ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμην παρακαλέσαι τοὺς ἀδελ- 5
tres, ut *præeant* ad vos, & præparent *præannuntiatam*
φοὺς, ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς, καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην
benedictionem *vestram*, hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, & non *sicut*
εὐλογίαν ὑμῶν, ταύτην ἑτοίμην εἶναι, οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὥσπερ
exactionem.
πλεονεξίαν.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]

Si enim adsit voluntas, juxta id quod habet 12
planè accepta est, non juxta id quod non ha-
bet. Non quidem ut aliis fiat relaxatio, 13
vobis autem angustia: Sed in æquabilitate 14
sitis hoc tempore, ut copia vestra adsit eo-
rum inopiæ: ut & illorum abundantia vestræ
adsit penuriæ, ut fiat æquabilitas. Sicut scri- 15
ptum est, Qui multum sustulit, nihil super-
fuit ei; & qui parum tulit, huic nihil defuit.
Gratia autem Deo qui indidit hanc diligen- 16
tiam in cor Titi pro vobis. Exhortationem 17
enim nostram suscepit; & quia admodum
illi curæ fuit, suâpte sponte prodiit ad vos.
Misimus autem unà cum eo fratrem illum no- 18
strum, cujus laus est in Evangelio per omnes
ecclesias. Usque adeò ut deligendo dele- 19
ctus sit ab ecclesiis, ut prodiret nobiscum
cum hac gratia quæ administratur à nobis ad
gloriam Dei ipsius, & ad nostram consola- 20
tionem. Cæterùm hoc veremur, ne quis
nobis imponat nævum in hac dignitate quæ
administratur à nobis. Namque curam ge- 21
rimus rerum bonarum, non coram Deo tan-
tùm, sed etiam coram hominibus. Misimus 22
porrò unà cum eis & fratrem illum nostrum,
quem semper experti sumus in multis esse
diligentem, nunc verò longè diligentiorem
ob multam fiduciam erga vos. Sive igitur 23
Titus *consideretur*, meus est socius & adju-
tor in re vestra: sive alii fratres nostri, Apo-
stoli sunt ecclesiarum gloriæ Christi. Itaque 24
specimen charitatis vestræ, & nostræ de vo-
bis gloriationis, in ipsos ostendite in con-
spectu omnium ecclesiarum.

CAP. IX.

Medio jejunio. 15.

Porrò de subministratione Sanctorum, su- 1
perfluum egero si scribam vobis. Siquidem 2
novi promptitudinem voluntatis vestræ, &
ideò gloriatus sum de vobis apud Macedo-
nes. Quoniam Achaia parata est ab anno
superiore, & æmulatio vestri plurimos exci-
tavit. Misi autem fratres, ne inanis redda- 3
tur gloriatio quá gloriati sumus de vobis in
hoc negotio, ut, quemadmodum dixi, sitis
parati. Ne fortè veniant mecum Macedo- 4
nes, & inveniant vos imparatos, & nos pu-
dore suffundamur, ne dicamus vos pudore
suffusum iri, in gloriatione illa quâ gloriati
sumus. Quapropter mihi curæ fuit rogare 5
hos fratres meos, ut, priusquàm ego, veniant
ad vos, & præparent benedictionem illam
quam dudum acquievistis ut esset parata: sic
tamen tanquam benedictio, non tanquam
avaritia.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

12 ወእመሰ : ፈቂድ:ሀሎ : ይትሜዘገን : በዘ : ይትከሀሉ::= ወዘአኮ : ከመ : ባዕድ :
13 ያዐርፍ : ኪያክሙ : ናጠውቅ : ዳእሙ : ዕሩየ : በዝ : ዓለም : እስመ : ተረፈ : ዘእሆ
14 ሙ : ውስተ : ንትጋ: እልክቱ : ይከውን::= ወተረፈ : ዘእሆሙ : ውስተ : ንትጋ : ዘእሆ
15 ሙ : ይሄሉ : ከመ : ይኩን : ዕሩየ : በኵሉ::= እስመ : ከመዝ : ይቤ : መጽሐፍ : ዘአ
16 ብዝኀኒአ : ኢያትረፈ : ወዘኒ : አውሐደ : ኢያኅጸጸ:= እኩት : እግዚአብሔር : ዘ
17 ወሀበነ : ለነሂ : ንጽሀቅ : በእንቲአክሙ:: በከመ : ይቤ : ቲቶ::= እስመ : ያእ
ኰተክሙ : ወተወከፈ : ለክሙ : ስእለትክሙ : ወአስተፋጠነ : ይምጻእ : ኀቤክሙ :
ጕጕዐ::==

Et si velle adfuerit, remunerabitur pro eo quod possibile est. Et non ut alii 12
requiescente vos opprimam, sed ut æqualitas sit in hoc mundo, quia super- 13
fluitas ipsorum in inopiam istorum erit: Et abundantia ipsorum, in inopi- 14
am ipsorum erit, ut fiat æqualitas in omnibus: Quia sic dicit Scriptura, 15
Qui multiplicavit, non abundabat: & qui minuit, non minorabat. Gratia 16
Deo, qui dedit nobis ut soliciti simus pro vobis, sicut dicet Titus. Quia 17
gratias agit vobis, & recepit pro vobis exhortationem vestram, & festinat
venire ad vos promptè.

Versio VULGATA LATINA.

12 Si enim voluntas prompta est, secundùm id quod habet, accepta est, non secun-
13 dùm id quod non habet. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio,
14 sed ex æqualitate. In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam sup-
pleat: ut & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æquali-
15 tas, sicut scriptum est; Qui multum, non abundavit: & qui modicum, non mi-
16 noravit. Gratias autem Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde
17 Titi, Quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cùm solicitior esset, suâ vo-
18 luntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem, cujus laus est in
19 Evangelio per omnes Ecclesias: Non solùm autem, sed & ordinatus est ab Eccle-
siis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis ad
20 Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram: Devitantes hoc, ne quis
21 nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis. Providemus enim
22 bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum
illis & fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpè solicitum esse: nunc
autem multò solicitiorem, confidentiâ multâ in vos, Sive pro Tito, qui est socius 23
meus, & in vos adjutor, sive fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi.
Ostensionem ergò, quæ est charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos 24
ostendite in faciem Ecclesiarum.

CAP. IX.

NAm de ministerio, quod fit in Sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis. 1
Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Mace- 2
dones. Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio
provocavit plurimos. Misi autem fratres: ut ne quod gloriamur de vobis, eva- 3
cuetur in hac parte, ut (quemadmodùm dixi) parati sitis: Ne cùm venerint Ma- 4
cedones mecum, & invenerint vos imparatos, erubescamus nos (ut non dicamus
vos) in hac substantia. Necessarium ergò existimavi rogare fratres, ut præve- 5
niant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi
benedictionem, non tanquam avaritiam.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

12 * لان النشاط ان كان مسوما • فبمقدار ما يكون للانسان يصير قبوله حسنا • لا بمقدار ما
13 ليس فيه * وما نشير بهذا لتحصل لآخرين راحة ولكم حرجا * لكن على ما توجبه المساواة في
14 هذا الوقت الآن • ان تكون فضلتكم لعوز اوليك • ولتصير فضلة اوليك لعوزكم
15 ايضا • لتصير المساواة متعادلة * كما هو مكتوب ان الذي جمع كثيرا لم يفضل عنه • والذي
جمع قليلا لم يعوز • تم • • قراءة الثلثا من الجمعة الثالثة عشر بعد العنصرة •
16 * والشكر لله الذي منح هذا الحرص في قلب تيطوس من اجلكم * لانه قبل السوال
17 واذ كان جزيل الحرص خرج باختياره اليكم * وقد ارسلنا معه الاخ الذي مدحته في الانجيل
18 في الكنايس كلها * وليس هذا فقط • بل وسامته الكنايس ان يسافر معنا مع هذا الاحسان
19 الذي نخدمه لمجد الرب نفسه ونظير نشاطنا * وتجنبنا هذا الامر ليلا يعيبنا احد في تدبير
20 جسامة هذه العطية التي نخدمها * لانا نسبق فنفطن فطنات صالحة • لا امام الرب فقط •
21 بل وامام الناس * وارسلنا معهم اخانا الذي اختبرناه في اشياء كثيرة • فوجدناه حريصا •
22 وهو الان اوفر حرصا لثقته الجزيلة بكم * فاما عن تيطوس فهو شريكي ومؤازري فيكم •
23 واما عن اخوتي فهم رسل البيع ومجد المسيح * فاوضحوا الان فيهم اذا ايضاح محبتكم
24 ومفاخرتنا بكم في وجه الكنايس •
• الفصل التاسع •
1 * فاما عن خدمتكم للقديسين ففضلة عندي ان اكتب اليكم * لانني اعرف
2 نشاطكم الذي افتخر به عند المكدونيين بكم • ان اهل اخايا قد استعدوا منذ
3 عام اول • والغيرة الناشية منكم قد حرضت كثيرين * وارسلت الاخوة ليلا يتسكب
4 افتخارنا بكم في هذا الوجه • حتى كما قلت تكونوا مستعدين * ليلا يجي معي قوم
مكدونيون • فيجدونكم غير مستعدين • فنخجل نحن حتى لا اقول تخجلون انتم في
5 شخص الافتخار * واعتقدت انه ضروري ان اسل الاخوة • ان يسبقوا فيذهبوا اليكم
ويعدوا تسوية بركتكم هذه المقدم ذكرها • لتكون معدة هكذا كانها بركة لا
كانها استغنام •

Nam si promptitudo sit alacris, pro ratione eorum quæ quis habet, libens erit acceptio, non pro ratione eorum quæ non 12
potest. Nec tamen per hoc significamus, 13
ut alii quietem percipiant, vos autem
afflictionem: Sed prout æqualitas nunc 14
requirit pro præsenti tempore, ut abundantia vestra cedat in illorum inopiam, & ut fiat ipsorum abundantia ad inopiam vestram, ut fiat æqualitas justa:
Sicut scriptum est, Qui multum colle- 15
git, nihil ei superfuit: & qui parum collegit, nihil ei defuit. Finis.

Lectio feriæ tertiæ hebdomadis decimæ tertiæ post Pentecosten.

Gratia autem Deo qui tale studium 16
indidit in cor Titi pro vobis. Is enim 17
preces admisit, & cùm valde studiosus
esset, sua sponte ad vos exivit. Et mi- 18
simus eum cum fratre cujus laus est in
Evangelio per omnes Ecclesias. Nec id 19
solùm, sed etiam destinârunt eum Ecclesiæ ut nobiscum proficiscatur cum hac beneficentia cui ministramus ad gloriam ipsius Domini, & juxta promptitudinem
nostram. Hoc autem negotium vita- 20
vimus, nè quis nos vituperet in administratione amplitudinis hujus doni
cui ministramus. Præsentimus enim 21
sensus bonos non solùm coram Domino,
sed & coram hominibus. Porrò misi- 22
mus cum eis fratrem nostrum, quem multis in rebus experti sumus, ac studiosum reperimus: estque nunc multò studiosior, ob ingentem fiduciam suam
erga vos. Quod autem ad Titum, est 23
collega meus, ac portans mecum onus vestrum. Quod verò ad fratres meos, sunt legati Ecclesiarum, & gloria Christi.
Nunc igitur demonstrationem charitatis 24
vestræ, & nostræ de vobis gloriationis in eos monstrate in conspectu Ecclesiarum.

CAP. IX.

AT verò quod ad ministerium ve- 1
strum erga sanctos, supervacaneum est
apud me scribere vobis. Siquidem novi 2
promptitudinem vestram quam jacto de vobis apud Macedones, quòd scilicet Achaiæ cives parati jam sint ab anno superiore: & æmulatio ex vobis orta
diligentes reddidit multos. Hos autem 3
fratres misi, nè effundatur gloriatio nostra de vobis hac in parte: ut
(sicut dixi) parati sitis: Nè venientes 4
mecum homines Macedones, vos imparatos offendant, & pudefiamus nos (ut ne dicam pudefiatis vos) in per-
sona gloriationis. Et necessarium duxi 5
rogare hos fratres ut præirent ad vos, & accelerarent præparationem hujusce benedictionis vestræ superiùs memoratæ: ut sit parata sic, tanquam sit benedictio, non tanquam sit direptio.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

18 ወፈነነ፡ምስሌሁ፡ለኀዊነ፡ዘንእድዎ፡ኵሉ፡አብያተ፡ክርስቲያናት፡በእንተ፡ትምህርቱ፡፡ ወ
19 ደ፡ሠዩም፡ውእቱ፡ለቤተ፡ክርስቲያን፡ወኀቡረ፡ምስሌነ፡በዛቲ፡ጸጋ፡እስመ፡ተልእክነ፡ለሰብ
20 ሐተ፡እግዚአብሔር፡ከመ፡ንትፈሣሕ፡፡ ወተዐቀብዎ፡ለዝንቱ፡ከመ፡ኢታነውርዋ፡
21 ለመልእክትክሙ፡፡ ወሠናየ፡ሐልዩ፡ለቅድመ፡እግዚአብሔር፡፡ ወፈነውነ፡ኀቤክ
ሙ፡ለኀዊነ፡ዘአመከርናሁ፡ለብዙኅ፡ከመ፡ጽሁቅ፡ውእቱ፡በኵሉ፡ወይእዜኒ፡ፈድፋደ፡ጽህ
22 ቀ፡በእንቲአክሙ፡እስመ፡ብዙኀ፡ያፈቅረክሙ፡፡ ወእመኒ፡በእንተ፡ቲቶ፡ሴታፌየ፡ዘነኀ
23 ብር፡ምስሌሁ፡ግብረ፡በእንተ፡ለኀዊነ፡ለሐዋርያት፡ዘቤተ፡ክርስቲያን፡ለስብሐተ፡እግዚአብ
24 ሔር፡፡ ወባሕቱ፡አርአያሃ፡ለተፋቅሮትክሙ፡ዝንቱ፡ውእቱ፡ዘቦቱ፡ንትሜካሕ፡ብክሙ፡
ንሕነኒ፡ወይእዜኒ፡ተራአዩ፡በበይናቲክሙ፡ለቅድመ፡ቤተ፡ክርስቲያን፡፡
በበአተ፡ክረምት፡ምንባብ፡፡
1 ወበእንተሰ፡መልእክተ፡ቅዱሳን፡ብዙኀ፡ብየ፡ዘእጽሕፍ፡ለክሙ፡፡ እስመ፡ለእምርኩ፡ክ
2 ሙ፡ትጽህቁ፡ንእድኩክሙ፡በኀበ፡ሰብአ፡መቄዶንያ፡፡ እስመ፡ሰብአ፡አካይያ፡አስተዳለው፡
ለዓመ፡ዓም፡በመዓዛ፡ዚአክሙ፡መዐዛ፡ኵልክሙ፡፡ ወፈነውኩ፡ለኀዊነ፡ከመ፡ኢይኩ
3 ኑ፡ሐሰተ፡በኀቢሆሙ፡ዘንእድናክሙ፡ከመ፡ይርከቡክሙ፡ድልዋኒክሙ፡በከመ፡እቤሎሙ፡፡
4 ወእመበ፡ከመ፡መጽኡ፡ምስሌየ፡ሰብአ፡መቄዶንያ፡ወረከቡክሙ፡ዘኢንበለ፡ታስተዳልዉ፡ን
ትኃፈር፡ንሕነኒ፡ከመ፡ኢይበሉክሙ፡እስተትክሙ፡፡ አስተበቍዐክሙ፡ለኀዊነ፡ግበሩ፡
5 ለሰዶ፡ወአስተዳልዉ፡ለቅድመ፡ሰብእ፡ውእቱ፡በረከተክሙ፡ወለሥርዖ፡ዘነገርኩክሙ፡
ሰት፡ባቲ፡ድልዋን፡አንትሙ፡ወከመዝ፡ረሰይዋ፡ከመዝ፡በረከት፡ወአኮ፡ከመ
ዘ፡በግብር፡፡

Et misimus cum eo fratrem nostrum quem laudârunt omnes domus Chri- 18
stianorum, propter doctrinam ejus. Deinceps præpositus est ecclesiæ, & 19
consociatus est nobiscum in hac gratia, quia ministravimus pro
gloria Dei ut gaudeamus. Et cavete hoc, ut non maculetis ministerium 20
vestrum. Et bona cogitate coram Deo. Et misimus ad vos fratrem nostrum 21
quem probavimus per multa, quòd studiosus est in omnibus, & nunc magis 22
studiosus pro vobis, quia multùm diligit vos. Et si de Tito quæstio sit, socius 23
beati Dei, quod concreditum est mihi.

Lectio pro Cypriano & Justina.

Verùm Jesu Christo Domino nostro cor- 12
roboranti me, gratias habeo, quòd me fidum tutúmque censuerit, collocans in ministerio suo eum Qui priùs erat 13
blasphemus, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam sum consecutus, quòd id fecerim per incredulitatem, ignorans. Et plurimùm abundavit 14
gratia Domini nostri cum fide mea & dilectione mea quæ data est mihi per Jesum Christum. Finis.

Dominicâ trigesimâ primâ post Pentecosten.

Certus est sermo, & omni acceptione 15
dignus, quòd Jesus Christus venit in mundum ut servaret peccatores, quorum primus sum ego. Verùm ad hoc miseri- 16
cordiam adeptus sum, ut in me eorum primo ostenderet Jesus Christus omnem longanimitatem suam, ad exemplar & normam iis qui credituri essent in eum, in vitam æternam. Regi verò seculorum 17
incorrupto, & invisibili, soli sapienti Deo honor & gloria in æternitates seculorum, Verè.

Lectio feriæ quartæ hebdomadis vigesimæ sextæ.

O fili mi Timothee, hoc commendo tibi 18
mandatum, consentaneum præteritis de te prophetiis, ut milites militiam illustrem:
Possidens fidem & mentem bonam, quam 19
quum nonnulli repulissent, submersi sunt è fide. Ex quibus est Hymenæus & 20
Alexander, quos tradidi satanæ, ut puniantur, ac non blasphement. Omitte usque ad crucem.

CAP. II.

Sabbatho trigesimo tertio post Pentecosten. Itémque pro prima die Septembris.

ROgo te igitur ante omnia, ut fiant 1
preces, orationes, obsecrationes, repetitæ postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, Pro regibus, 2
omnibúsque nobilitate & sublimibus dignitatibus præditis: ut conserventur in ætate tranquilla & quieta, omni cum pietate nitidâ, atque hilaritate.
Nam hoc bonum est & acceptum coram 3
Deo servatore nostro, Qui vult omnes 4
homines servari, & ad agnitionem veritatis venire. Deus enim unus est, medi- 5
ator Dei & hominum unus, homo Jesus Christus:

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

13 እንዘ፡ ቀደሙ፡ ፀረፍኩ፡ አነ፡ ወሰደድኩ፡ ለፀአሊ፡ ወባሕቱ፡ ተሣሀለኒ፡ እስመ፡ በኢያእምሮ፡
14 ገበርኩ፡ በኢአሚን፡፡ ወፈድፈደ፡ ጸጋሁ፡ ለእግዚአብሔር፡ በላዕሌየ፡ በሃይማኖቱ፡
15 ወበፍቅሩ፡ ለኢየሱስ፡ እግዚእነ፡፡ እሙን፡ ነገሩ፡ ወርቱዕ፡ ይትወከፍዎ፡ በኵሉ፡ እስ
ሙ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ መጽአ፡ ውስተ፡ ዓለም፡ ከመ፡ ያድኅኖሙ፡ ለኃጥኣን፡ ወቀደሙ፡
16 ኒየ፡ ከመ፡ ያርኢ፡ በላዕሌየ፡ ብዙኃ፡ ትዕግሥቱ፡ ለኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡፡ ወእኩና
17 ሙ፡ አርአያ፡ ለእለ፡ ሀለዎሙ፡ ይእመኑ፡ ቦቱ፡ ለሕይወት፡ ዘለዓለም፡፡ ለንጉሠ፡ ዘኢ
ይመውት፡ ወኢያስተርኢ፡ ለአምላክ፡ ዘለዓለም፡ ዘሎቱ፡ ክብር፡ ወስብሐት፡ ለዓለመ፡ ዓለ
ም፡ አሜን፡፡
በ፫፡ ማርያም፡፡
18 ዘንተ፡ ትእዛዘ፡ አማሕፀንኩ፡ ወልድየ፡ ጢሞቴዎስ፡ በከመ፡ ተነበዩ፡ ዘላዕሌየ፡ ከመ፡ ትትጋደ
19 ል፡ ሠናየ፡ ገድለ፡፡ እንዘ፡ ብከ፡ ሃይማኖት፡ ወሠናየ፡ ግዕዝ፡፡ እስመ፡ ሀለዉ፡ እለ፡ ዐውከ
20 ሙ፡ ለሃይማኖት፡ ወተሰብሩ፡፡ እለ፡ ሄሜኔዎስ፡ ወአለክሰንድሮስ፡ እለ፡ መጠውክዎሙ፡
ለሰይጣን፡ ይትቀነዩ፡ ኢይልመዱ፡ ፀርፈ፡፡
1 እስተበቍዐከ፡ ቀዳሚ፡ ኵሉ፡ ትግበር፡ ጸሎተ፡ ወስእለ፡ ወተጋንዮ፡ በእንተዝ፡ ጸልዩ፡ ላዕለ፡
2 ኵሉ፡ ሰብእ፡፡ ወላዕለ፡ ኵሉ፡ ነገሥት፡ ወመኳንንት፡ ከመ፡ በዕረፍ፡ ወበጽምው፡ ይኩ
3 ን፡ ንብረትነ፡ በኵሉ፡ ጽድቅ፡ ወንጽሕ፡፡ ዝንቱ፡ ሠናይ፡ ወኅሩይ፡ በቅድመ፡ እግዚአብሔ
4 ር፡ መድኃኒነ፡፡ እስመ፡ ውእቱ፡ ይፈቅድ፡ ኵሉ፡ ሰብእ፡ ይሕየው፡ ወያእምርዋ፡ ለጽድ
5 ቅ፡፡ አሐዱ፡ እግዚአብሔር፡ ወአሐዱ፡ ኅሩይ፡ እግዚአብሔር፡ ወሰብእ፡ ኢየሱስ፡ ክር
ስቶስ፡ ዘኮነ፡ ሰብአ፡፡

Quum prius blasphemus eram, & persequutor, & maledictus: sed misertus est 13
mei, quia ignorans feci, non credendo. Et abundavit gratia Dei, per me in fide, & 14
in dilectione Jesu Domini nostri. Verus est sermo, & oportet ut recipiatur univer- 15
sè, quòd Jesus Christus venit in mundum ut servaret peccatores: & anticipavit
me, ut ostenderet in me multitudinem patientiæ Jesu Christi, & ut essem exempla 16
iis qui credituri sunt in eo ad vitam æternam. Æterno regi immortali & invisi- 17
bili, Deo æterno, ei sit honos & gloria in seculum seculorum. Amen.

Pro tertiâ Mariâ.

Hoc mandatum commendo tibi, fili mi Timothee, secundùm prophetiam de me, ut cer- 18
tes bonum certamen, Habens fidem, & bonam conscientiam: quia fuerunt qui recess- 19
serunt à fide, & confracti sunt; Quorum sunt Temenæus, & Alexander, quos 20
tradidi satanæ, ut subditi sint, ne discant blasphemare.

CAP. II.

ROgo te ante omnia, ut facias preces, & petitiones, & supplicationes: propter- 1
eà orate pro omnibus hominibus: Et pro omnibus regibus, & potestatibus, ut 2
quietè & in silentio sit vita nostra in omni justitia & puritate. Hoc bonum & 3
approbatum est coram Deo, & Servatore nostro: Quia ipse vult ut omnis homo 4
vivat, & agnoscat veritatem. Unus Deus, & unus electus Dei & hominum, Je- 5
sus Christus qui factus est homo,

Dans semetipsum redemptionem pro omnibus, testimonium temporibus propriis:
6 Ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ (β) πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις·
In quod positus sum ego prædicator & Apostolus, (veritatem dico in Christo, non
7 Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος, (ἀλήθειαν (γ) λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ
mentior,) doctor Gentium in fide & veritate. Volo ergò
8 ψεύδομαι,) διδάσκαλος ἐθνῶν (δ) ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Βούλομαι οὖν
orare viros in omni loco, levantes puras manus, sine
προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας, χωρὶς
ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato,
9 ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. (ε) Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ,
cum verecundia & *modestia* *ornare* *seipsas*, non in *cincinnis*, aut
μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ (ζ) ἐν πλέγμασιν, ἢ
auro, aut margaritis, vel veste pretiosa: Sed (quod decet mulieres
10 χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ· Ἀλλ' (ὃ πρέπει γυναιξὶν
promittentes pietatem) per opera bona. Mulier in silentio discat,
11 ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν) δι' ἔργων ἀγαθῶν. Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω, Ε'
in omni subjectione. Mulieri autem docere non permitto, neque *authoritatem usurpare*
12 ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. (η) Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν
viri, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deindè Heva:
13 ἀνδρός, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη, εἶτα Εὔα·
Et Adam non est seductus, at mulier seducta in *transgressione* fuit:
14 Καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ (θ) ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε·
Salvabitur autem per filiorum generationem, si *manserint* in fide, & dilectione, &
15 Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ
sanctificatione cum *modestia*.
ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

MS. A. (β) πάντων καιροῖς ἰδίοις· Ὃ ἐπεστάθην ἐγὼ κήρυξ (γ) λέγω, οὐ ψεύδομαι,) (δ) ἐν πνεύματι καὶ (ε) Ὡσαύτως γυναῖκας (ζ) ἐν καταπλέγμασιν, καὶ χρυσίῳ, (η) ········· δὲ γυναικὶ οὐκ ἐπιτρέπω, (θ) ἐξαπατηθεῖσα

CAP. III. γ'.

Fidelis sermo: Si quis episcopatum *expetit*, *pulchrum* opus desiderat. Oportet
ϛ' Πιστὸς ὁ λόγος· Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. Δεῖ 1
ergò episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, *vigilantem*, sobrium, 2
οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, (α) νηφάλεον, σώφρονα,
ornatum, hospitalem, doctorem, Non vinolentum, non percussorem, *non turpis lucri cupidum*,
κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικόν, Μὴ πάροινον, μὴ (β) πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ·
sed modestum, *non pugnacem*, non cupidum *argenti*, *Propriæ* domui benè præpositum, 3
ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, Τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, 4
filios habentem *in subjectione* cum omni castitate: (Si autem quis *propriæ*
τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος· (Εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου
domui præesse *non novit*, quomodò Ecclesiæ Dei *curam geret?*) Non *nuper insitum*, 5
οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται;) Μὴ νεόφυτον· 6
ut non inaniter jactatus, in judicium incidat diaboli. Oportet autem illum &
ἵνα μὴ τυφωθεὶς, εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. Δεῖ (γ) δὲ αὐτὸν καὶ 7
testimonium bonum habere ab iis qui foris: ut non in opprobrium incidat, &
μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν· ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ, καὶ
laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non vino *multo*
Ε' παγίδα τοῦ διαβόλου. Διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ 8
deditos, non turpe lucrum sectantes, Habentes mysterium fidei in pura
προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς, Ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ 9
conscientia: Et hi autem probentur primùm, *deindè* ministrent
συνειδήσει· Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν 10
inculpati existentes. Mulieres similiter *honestas*, non *calumniatrices*, so-
ἀνέγκλητοι ὄντες. Γυναῖκας ὡσαύτως (δ) σεμνάς, μὴ διαβόλους, (ε) νη- 11
brias, fideles in omnibus. Diaconi sint unius uxoris viri, *filiis*
φαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσι. Διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων 12
benè *præsidentes*, & *propriis* domibus.
καλῶς προϊστάμενοι, καὶ τῶν ἰδίων οἴκων.

ΚΕΦ. γ'. MS. A. (α) νηφάλιον, (β) πλήκτην· ἀλλὰ (γ) δὲ καὶ (δ) * σεμνάς, (ε) νηφαλίους,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

6 7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
11 12 [illegible]
13 [illegible]
14 15 [illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

1 2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]

Qui dedit semetipsum redemptionem pro 6
omnibus, testimonium quod evenit tempore
suo; Cujus positus sum præco & Apostolus. 7
Veritatem dico, & non mentior, quia fui
doctor Gentium in fide veritatis; Volo igi- 8
tur ut orent viri in omni loco, purè sustol-
lentes manus suas, sine ira, & sine curis.
Similiter & mulieres in habitu casto vesti- 9
menti, cum verecundia & pudicitia sit orna-
tus earum: non in tortis crinibus & auro,
aut margaritis, aut vestibus elegantibus:
Sed in operibus bonis, sicut decet mulieres, 10
quæ profitentur timorem Dei. Mulier in si- 11
lentio discat cum omni subjectione. Mulieri 12
enim docere non permitto, neque audere in
virum, sed esse in silentio. Adam enim pri- 13
mùm effictus fuit, & deinde Eva. Et Adam 14
non fuit deceptus, mulier autem fuit seducta,
& transgressa est præceptum. Servabitur au- 15
tem per natos suos si permanserint in fide,
& charitate, & sanctificatione, & castitate.

CAP. III.

Dominicâ secundâ post Epiphaniam. 3.

Fidelis est sermo, Si quis desiderat Pres- 1
byteratum, opus bonum desiderat. Oportet 2
autem eum esse Presbyterum, in quo nævus
non reperiatur, & qui fuerit maritus unius
uxoris: qui mente sit vigilanti, & castus, at-
que compositus, diligens advenas, & do-
ctor: Non autem immoderatus in vino, ne- 3
que cujus manus sit velox ad percutiendum:
sed sit mansuetus, & non litigiosus; neque
amator argenti. Sed probè gubernans do- 4
mum suam, & tenens liberos suos in subje-
ctione cum omni puritate. Si quis enim do- 5
mum propriam nescit benè moderari, quo-
modo poterit Ecclesiam Dei gubernare?
Nec sit recentis discipulatûs, ne efferatur & 6
incidat in judicium Satanæ. Oportet autem 7
illum bonum habere testimonium ab extra-
neis, ne incidat in opprobrium, & in laque-
um Satanæ. Eodem quoque modo Diaconi 8
sint puri, neque loquantur duplicia, neque
sint ad multum vinum proclives, neque dili- 9
gant lucra sordida: Sed amplectantur ar- 10
canum fidei cum sincera conscientia. Atque
hi ipsi probentur primùm, & deindè mini-
strent, quum culpâ caruerint. Sic etiam mu- 11
lieres sint castæ, sintque vigili mente, & fi-
deles per omnia; neque sint calumniatrices.
Diaconi sint, is qui unicam uxorem habue- 12
rit, beneque rexerit liberos suos & domum
suam.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

6 ወመጠወ ፡ ርእሶ ፡ ቤዛ ፡ ኵሉ ፡ ወኮነ ፡ ሰማዕተ ፡ በዕድሜሁ፡፡ ወሎቱ ፡ ተሠየም
7 ኩ ፡ ሐዋርያ ፡ ወአዋዴ ፡ እሙነ ፡ እብል ፡ ወኢይሔሱ ፡ ተሠየምኩ ፡ መምህረ ፡ ለአሕ
8 ዛብ ፡ በሃይማኖት ፡ ወበጽድቅ፡፡ ወእፈቅድ ሳዕደወ ፡ ይጸልዩ ፡ በኵሉ ፡ ገጽ ፡ መ
9 ካን ፡ ወያንሥኡ ፡ እደዊሆሙ ፡ ዘእንበለ ፡ ነትርጋር ፡ ወኑፋቄ፡፡ ከማሁ ፡ አንስት
ኒ ፡ ይትረሰያ ፡ በጸሎት ፡ ይትርጎቀ ፡ ወበአንጽሖ ፡ ርእሶን ፡ እምዝሙት ፡ አኮ ፡ በአሐ
በለተ ፡ ወርቅ ፡ ወበባሕርይ ፡ ወበአልባስ ፡ ቅድው ፡ ዘዕፁብ ፡ ሤጡ ፡ ወአኮ ፡ በተፀፍሮ፡
ሠዕርቶን፡፡

Et tradidit semetipsum redemptionem pro omnibus, & factus est testis in 6
tempore suo. Et ei constitutus sum Apostolus, & concionator, veritatem 7
dico, & non mentior, Constitutus sum doctor Gentium in fide, & in veritate. 8
Et volo viros orare in quocunque loco, & ut levent manus suas, sine murmu- 9
ratione & hæsitatione. Sic mulieres amiciantur in oratione, ornent seipsas etiam
cum puritate à scortatione, non cum funibus auri, & margaritis, & cum
vestimentis fragrantibus magni pretii, & non cum concinnatione capillorum
suorum:

Versio VULGATA LATINA.

6 Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus
7 suis: In quo positus sum ego prædicator & Apostolus, (veritatem dico, non
8 mentior,) doctor Gentium in fide, & veritate. Volo ergò viros orare in omni
9 loco, levantes puras manus sine ira, & disceptatione. Similiter & mulieres
in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non in tor-
10 tis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa: Sed quod decet
11 mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat
12 cum omni subjectione. Docere autem mulieri non permitto, neque domina-
13 ri in virum; sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deindè
14 Heva: Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione
15 fuit. Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide,
& dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.

CAP. III.

1 Fidelis sermo: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.
Oportet ergò episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, 2
prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, Non vinolentum, 3
non percussorem, sed modestum; non litigiosum, non cupidum, Sed suæ 4
domui benè præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si 5
quis autem domui suæ præesse nescit, quomodò Ecclesiæ Dei diligentiam
habebit? Non neophytum: ne in superbiam elatus, in judicium incidat 6
diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui fo- 7
rìs sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Diaconos 8
similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lu- 9
crum sectantes: Habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem 10
probentur primùm: & sic ministrent, nullum crimen habentes. Mulieres 11
similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diaconi 12
sint unius uxoris viri: qui filiis suis benè præsint, & suis domibus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

6 * الباذل ذاته عوض فداء عن الكل بالشهادة في اوقات سلف تحديدها * التي جعلت انا نذيرا
7 لها ورسولا. اقول حقا فلا اكذب. معلما للامم بالامانة والحق. تم. * السبت *
8 * واوثر ان يصلي الرجال في كل مكان اذ يرفعون ايديا بارة بلا غيظ وافتكار * وكذلك اريد
9 النساء يوشحن ذاتهن بحلة موشاة بالاستحياء والعفة. لا بالضفاير والذهب. لا باللولو والجواهر.
10 او بثوب فاخر * بل بما يليق بالنساء الواعدات ان يجملن عبادتهن بالاعمال الصالحة.
11 * ولتتعلم الامراة في السكوت بكافة الخضوع * ولست آمر امراة ان تعلم ولا تتامر على
12 رجل. بل تكون في سكوت * لان آدم جبل اولا ثم حوا * وآدم لم يطغ. والامراة لما
13 14 طغيت حصلت في المعصية * وستخلص بولودة الاولاد. ان ثبتن في الامانة والمحبة والقداسة
15 بالعفة. تم *

* الفصل الثالث *

* قراءة الخميس من الجمعة السادسة والعشرين بعد العنصرة *

1 * صادق القول. من يشتهي اسقفة يشتهي عملا جليلا * فينبغي اذا ان يكون الاسقف لا
2 ناقصا. رجل امراة واحدة. متيقظا. عفيفا. مزينا بالورع. محبا للغريب. ذا تعليم.
3 * لا مستلسدا من الخمر. لا جارحا بكلامه. بل وديعا. لا مخاصما. لا محبا للفضة * فمما يدبر
4 منزله حسنا. له اولاد في طاعته بكافة النزاهة المهذبة * فان كان احد ما يعرف يقوم بسياسة
5 منزله. فكيف يهتم بكنيسة الله * ولا يكون ذا غرسة جديدة في الامانة. ليلا يتصلف فيسقط
6 في جناية المحال * ويجب ان يكون الذين خارج البيعة يشهدون له شهادة حسنة. ليلا يسقط في
7 التعيير وفخ المحال * وليكن الشمامسة هكذا مهذبين. لا ذوي كلامين. ولا يحنوا الى
8 9 كثرة الخمر. لا يكون تكسبهم مستقبحا * لهم سر الامانة في بصيرة نقية * هولاء
10 11 فليمتحنوا اولا ثم فليخدموا اذ هم بلا زلة * وكذلك النساء فليكن مهذبات. غير ثلابات.
12 متيقظات. ثقات في كل شي * وليكن الشمامسة رجالا ذوي امراة واحدة. فيمن
يدبرون اولادهم ومنازلهم حسنا *

Qui seipsum commutavit in compensationem redemptionis pro omnibus, cum testimonio in temporibus quorum destinatio præteriit: 6 *Cujus constitutus sum ego monitor & Apostolus (veritatem dico, & non mentior) doctor Gentium cum fide ac veritate.* 7 Finis.

Sabbatho.

Volo autem ut orent viri quovis in loco, 8 *attollentes manus innocentes absque ira & hæsitatione. Itidemque volo mulieres ornare sese stolâ ornatâ pudore & castitate, non cincinnis, & auro, non unionibus, ac gemmis, aut veste superbâ:* 9 *Sed ut decet mulieres pollicentes suam se pietatem exculturas bonis operibus.* 10 *Discatque mulier cum silentio, omni* 11 *cum subjectione. Neque permitto mulieri* 12 *docere, nec authoritatem usurpare in virum, sed esse in silentio. Adam enim* 13 *plasmatus est prior, deindè Eva. Et* 14 *Adam non fuit seductus: sed mulier, quum seducta fuisset, incidit in contumaciam. At servabitur per generatio-* 15 *nem liberorum, si manserint illæ in fide, & charitate, & sanctimonia, cum castitate.* Finis.

CAP. III.

Lectio feriæ quintæ hebdomadis vigesimæ sextæ post Pentecosten.

Verus est sermo, Qui appetit Episco- 1 *patum, præclarum opus appetit. Opor-* 2 *tet igitur episcopum esse non imperfectum, virum uxoris unius, vigilantem, castum, modestiâ ornatum, amatorem peregrini, aptum ad docendum: Non* 3 *insolentem præ vino, non vulnerantem verbis suis, sed mitem; non litigiosum, non amatorem pecuniæ: Qui benè præ-* 4 *sit administrationi domus suæ, qui liberos habeat sub obedientiâ suâ, omni cum honestâ continentiâ. Nam si quis* 5 *nescit præesse directioni domus suæ, quomodò curam habebit Ecclesiæ Dei? Et* 6 *ne sit recens plantatus in fide, ne arrogantiâ ductus incidat in calumniam fraudulenti. Oportet etiam ut qui ex-* 7 *tra Ecclesiam sunt, reddant ei testimonium bonum, ne incidat in opprobrium & laqueum fraudulenti. Diaconi quo-* 8 *que sint ita morati, non duplicis sermonis, neque sint proni ad copiam vini, non sit lucrum eorum turpe, Habentes my-* 9 *sterium fidei cum conscientia pura. Hi* 10 *probentur priùs, deindè ministrent, si sint sine crimine. Eodémque modo muli-* 11 *eres sint moratæ, non obtrectatrices, vigiles, fidæ in omnibus rebus. Sintque* 12 *Diaconi viri uxoris unius, rectè gerentes gubernationem liberorum suorum, ac propriarum domorum.*

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

10 ፤ በእግርስ ፡ ሙንበብ ፡ በር ፡ ማርያም ፡ በበዓለ ፡ አርብዓ ፡ ኀበ ፡ ይትነበብ፡=፦
11 ዘእንበለ ፡ በዘ ፡ ይደልዎን ፡ ለአንስት ፡ በትምህርተ ፡ ጽድቅ ፡ በምግባረ ፡ ሠናይ፡=፦ ብእ
12 ሲትኒ ፡ በጽሙዋ ፡ ትትመሀር ፡ ወትትአዘዝ ፡ በኵሉ፡=፦ ወብእሲትሰ ፡ ትምሀር ፡ ኢናበ
13 ውሕ ፡ ወኢትሚብል ፡ ሳዕለ ፡ ብእሲ ፡፡ ደእሙ ፡ በጽሙዋ ፡ ተሃሉ፡፡=፦ እስመ ፡ አዳም፡
14 ቀደሙ ፡ ተፈጥረ ፡ ወእምድኅሬሁ ፡ ሔዋ፡=፦ ወአደምሰ ፡ ኢሰሐተ ፡ ብእሲት ፡ ሰሐተት ፡
15 ወዐለወት፡=፦ ወባሕቱ ፡ ተሐዪ ፡ በእንተ ፡ ውሉደ ፡ ለእመ ፡ ነበሩ ፡ በሃይማኖት ፡ ወበተፋ
ቅር ፡ ወቅድሰት ፡ ወለንጽሖ ፡ ርእሶሙ፡፡=፦
1 ር እሙነ ፡ ነገሩ፡፡ ፩ ዘይፈቅድ ፡ ይሠየም ፡ ጳጳስ ፡ ሠናየ ፡ ግብረ ፡ ፈተወ፡=፦
2 ወባሕቱ ፡ ርቱዕ ፡ ዘይሠየም ፡ ጳጳስ ፡ ዘኢያደሉ ፡ ለገጽ ፡ ዘአሐተ ፡ ብእሲተ ፡ አውሰበ ፡፡
3 ብእሲ ፡ ጠቢብ ፡ ዘአንጽሐ ፡ ርእሶ ፡ ወመምህር ፡ መገሠጽ ፡ ወመፍቀሬ ፡ ነግድ፡=፦ ዘኢ
4 ይሰቲ ፡ ወይን ፡ ዘኢዘባጢ ፡ ባቍዕ ፡፡ ዘኢይትጋአዝ ፡ ወኢያፈቅር ፡ ንዋየ፡=፦ ዘሠናይ ፡
5 ሥርዐተ ፡ ቤቱ ፡ ዘቦ ፡ ውሉደ ፡ ዘይትኤዘዝ ፡ ዘንጹሕ ፡ በኵሉ፡=፦ ወዘስ ፡ ቤቶ ፡ ኢይ
6 ክል ፡ ሠሪዐ ፡ እፎኑ ፡ ቤተ ፡ እግዚአብሔር ፡ ያስተሐምም፡፡=፦ ወኢይትዐበይ ፡ ከመ ፡
7 ኢይጽአል ፡ ወኢይደቅ ፡ ውስተ ፡ መሠገርተ ፡ ሰይጣን፡=፦ ወዓዲ ፡ ርቱዕ ፡ ዘሰብእ ፡ እፍ
8 ኣ ፡ ይንእድዎ ፡ ከመ ፡ ኢይደቅ ፡ ውስተ ፡ ፅእለት ፡ ወመሠገርተ ፡ ሰይጣን፡=፦ ወዘዲያቆናት
ኒ ፡ ከማሁ ፡ ንጹሓን ፡ እለ ፡ አሐዱ ፡ ቃሎሙ ፤ እለ ፡ ኢያብዝኁ ፡ ወይነ ፡ እለ ፡ ኢያፈቅ
9 ሩ ፡ ረብሐ፡=፦ እለ ፡ የዐቅቡ ፡ ምክረ ፡ ሃይማኖቶሙ ፤ በልብ ፡ ንጹሕ፡=፦
10 ወሎሙኒ ፡ ይቅድሙ ፡ አመክሮቶሙ ፡ ወእምዝ ፡ ይትለአኩ ፡ ወኅሩያን ፡ እሙንቱ፡፡=፦
11 ወአንስትኒ ፡ ከማሁ ፡ እለ ፡ ላንጽሐ ፡ ርእሶን ፡ እለ ፡ ኢያስተደጕጽ ፡ ጠቢባት ፡ ወምእመ
12 ናት ፡ በኵሉ ፡ ወይትለአካ=፦ ወብእሲኒ ፡ ዘአሐተ ፡ ብእሲተ ፡ አውሰበ ፡ ዘቦ ፡ ውሉደ ፡
ዘሠናይ ፡ ግዕዘ ፡ ቤቱ፡=፦

Pro Petro lectio. Pro tertia Maria. Solennitate quadragesimæ, ubi legitur.

Sed cum iis quæ decent mulieres, in doctrina veritatis in opere bono. Mulier in si- 10
lentio discat, & subdita sit in omnibus. Et mulieri docere non permittimus, neque 11
dominari in virum; sed in silentio esse. Quia Adam primò creatus fuit, & posteà 12 13
Heva: Et Adam non seduxit, mulier seduxit & prævaricata est. Tamen vivet 14
per filios, si manserint in fide, & charitate, & sanctificatione, & purgaverint seipsos. 15

CAP. III.

Fidus sermo; Volès fieri Papa, (i. e. Episcopus,) *bonum opus desideravit. Veruntamè* 1
oportet ut si fiat Papa, qui non est hypocrita, qui unam uxorem duxit, vir sapiens, qui 2
purgavit seipsum, & doctor, & reprehensor, & hospitalis, Qui non bibit vinum, qui 3
non percutit, aptus, qui non est litigiosus, & non est avarus, Cujus benè constituta 4
est domus, qui habet filios obedientes, qui purus est in omnibus. Et qui domum 5
suam non potest constituere, quomodò domum Dei curabit? Neque elatus sit, ut 6
non opprobrio sit, & incidat in rete satanæ. Et ulteriùs, oportet ut homines extra- 7
nei laudent eum, ne incidat in opprobrium & rete satanæ. Et quòd Diaconi si- 8
militer puri sint, quorum unus est sermo, qui non abundant vino, qui non diligunt
lucrum: Qui custodiunt mysterium fidei eorum in corde puro. Et eos priùs 9
probent, & tunc ministrent, & approbati sint. Et mulieres similiter, quæ purga- 10
vêre seipsas, non pungentes, prudentes, & fideles in omnibus, & ministrent. 11
Et Diaconus sit vir qui unam uxorem duxit: qui habuit liberos, cujus benè mo- 12
rata est domus.

Nam benè ministrantes, gradum sibiipsis bonum acquirunt, & multam
13 Οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν
libertatem in fide quæ in Christo Jesu. Hæc tibi scribo, sperans venire ad
14 παῤῥησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ταῦτά σοι γράφω, ἐλπίζων ἐλθεῖν πρὸς
te citò: Si autem tardavero, ut scias quomodò oporteat in domo Dei
15 σε (ζ) τάχιον· Ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ
conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum
ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα
veritatis. Et manifestè magnum est pietatis mysterium: Deus
16 τῆς ἀληθείας. Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς Ζ'
manifestatus est in carne, justificatus est in Spiritu, visus est angelis, prædicatus est in
ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν Πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν
Gentibus, creditum est in mundo, receptus est in gloria.
ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.

CAP. IV. δ'.

At Spiritus disertè dicit; Quia in novissimis temporibus descisent quidam
1 Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει, Ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες
fide, attendentes spiritibus deceptoribus, & doctrinis dæmoniorum,
τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων,
In hypocrisi falsa loquentium, cauteriatam habentium propriam conscientiam,
2 Ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, (α) κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν,
Prohibentium nubere, abstinere cibis, quos Deus creavit ad acceptionem
3 Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν
cum gratiarum actione fidelibus, & cognoscentibus veritatem: Quia omnis
4 μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς, καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν· Ὅτι πᾶν
creatura Dei bona, & nihil rejiciendum, cum gratiarum actione sumptum:
κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον·

Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc subjiciens fra-
5 Ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. Ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀ-
tribus, bonus eris minister Jesu Christi, enutritus verbis fidei,
6 δελφοῖς, καλὸς ἔσῃ διάκονος (β) Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως,
& bonæ doctrinæ, quam assecutus es. At prophanas & aniles fabulas
καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, (γ) ᾗ παρηκολούθηκας. Τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους
rejice: exerce autem teipsum ad pietatem: Nam corporalis exercitatio ad
7 Η' παραιτοῦ· γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν. Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς
modicum est utilis: at pietas ad omnia utilis est, promissionem habens
8 ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα
vitæ quæ nunc, & futuræ. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. In
ζωῆς τῆς νῦν, καὶ τῆς μελλούσης. Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος. Εἰς 9
hoc enim & laboramus, & probris afficimur, quia speravimus in Deo
10 τοῦτο (δ) γὰρ καὶ κοπιῶμεν, καὶ (ε) ὀνειδιζόμεθα, ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ
vivente, qui est Salvator omnium hominum, maximè fidelium. Annuntia hæc,
Θ' ζῶντι, ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν. Παράγγελλε ταῦτα, 11
& doce. Nemo tuam juventutem contemnat: sed exemplum esto
καὶ δίδασκε. Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω· ἀλλὰ τύπος γίνου 12
fidelium, in verbo, in conversatione, in charitate, in spiritu, in fide,
τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν (ζ) ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, ἐν πίστει,
in castitate. Dum venio attende lectioni, exhortationi, do-
ἐν ἁγνείᾳ. Ἕως ἔρχομαι πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδα- 13
ctrinæ. Ne neglige illud in te donum, quod datum est tibi per prophetiam,
σκαλίᾳ. Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, 14
cum impositione manuum presbyterii.
μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου.

MS.A. (ζ) ἐν τάχει· Κεφ. δ'. MS.A. (α) κεκαυστηριασμένων (β) Χριστοῦ Ἰησοῦ, (γ) ἧς (δ) γὰρ κοπιῶμεν, (ε) ἀγωνιζόμεθα, (ζ) ἀγάπῃ, ἐν πίστει,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
[illegible]

CAP. IV.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

Feriâ quintâ post resurrectionem. 4.

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

Siquidem illi qui probè ministraverint, optimum gradum comparant sibiipsis, & multam 13
fiduciam in fide Jesu Christi. Hæc tibi scribo, sperans me brevi venturum ad te. Sin 14
autem tardavero, ut scias quomodo oporteat versari in domo Dei, quæ est Ecclesia 15
Dei viventis, columna & fundamentum veritatis. Et certè magnum est hoc arcanum
justitiæ, quòd manifestatus sit in carne, & ju- 16
stificatus in Spiritu, visúsque angelis, & prædicatus inter Gentes, & creditus in mundo,
denique assumptus in gloria.

CAP. IV.

Spiritus autem perspicuè dicit, in novissimis temporibus discessuros quosdam à fide, 1
& secuturos spiritus impostores, & doctrinam dæmoniorum: Qui habitu mentito im- 2
ponent, & loquentur mendacium; & erunt cauterio notati in sua conscientia: Ac pro- 3
hibentes nubere: & abstinentes à cibis, quos Deus creavit ut iis utantur, & gratias agant
qui sunt fideles, & cognoscunt veritatem. Quoniam quicquid creatum est à Deo, bo- 4
num est; & nihil abominandum, si cum gratiarum actione sumatur. Sanctificatur 5
enim per sermonem Dei, & orationem. Hæc 6
si doceas fratres tuos, bonus eris minister Jesu Christi, te enutriens in sermonibus fidei,
& in doctrina bona quam didicisti. Cæterùm à fatuis anicularum fabulis absti- 7
neto, & exerce teipsum in rectitudine. Nam 8
exercitatio corporis ad exiguum tempus prodest: rectitudo verò in omnibus utilis est,
& habet promissionem vitæ tum hujus temporis, tum futuri.

Feriâ quintâ post resurrectionem. 4.

Fidelis ille sermo, dignúsque qui recipiatur. 9
Propter hoc enim laboramus, & probris 10
afficimur, quò speremus in Deo vivente, qui est Servator omnium hominum, maximè fi-
delium. Hæc doce & præcipe. Et nemo 11
spernat adolescentiam tuam: sed forma esto 12
fidelibus in sermone & conversatione, &
charitate, & fide, & puritate. Usque dum 13
venero, sedulam nava operam in lectione,
& precatione, & doctrina. Neque spreveris 14
donum quod in te est, quod datum est tibi
cum prophetia, & per impositionem manûs Presbyterii.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

13 ወእለሰ : ሠናየ : ይትለአኩ : እንተ : ተዐቢ : ሢመተ : ይገብሩ : ሎሙ :: ገ ወብዙኀ :
14 ሞገስ : ቦሙ : በሃይማኖተ : ኢየሱስ : ክርስቶስ :: ወዝኒ : ዘእጽሕፍ : ለከ : እትአመ
15 ን : ከመ : እብጽሐከ : ፍጡነ :: ወእመሰ : ጐንደይኩ : ከመ : ታእምር : ዘከመ : ት
ሠርዕ : ቤተ : እግዚአብሔር : ቤተ : ክርስቲያኑ : ለእግዚአብሔር : ሕያው : ዐምደ : ወ
16 ድደ : ለጽድቅ :: እስመ : ዐቢይ : ዘየአምኑ : ምክረ : ለጽድቅ : ዘአስተርአየ : በሥ
ጋ : ሰብእ : ወጸድቀ : በመንፈስ : ወአስተርአዮሙ : ለመላእክት : ወሰበኩዎ : ውስተ : አሕ
ዛብ : ወተአመንዎ : ውስተ : ዓለም : ወዐርገ : በስብሐት ::

Et qui benè ministrant, majus ministerium acquirunt sibi, & multam gra- 13
tiam habent in fide Jesu Christi. Et hæc scribo tibi, sperans quòd veniam 14
tibi citò. Et si moram fecero, ut cognoscas quomodò ordinare domum Dei, 15
videlicet ecclesiam Dei vivi, columnam & fulcimen veritatis. Quia 16
magnum est quod profitentur, mysterium veritatis, quod apparuit in carne
humana, & justificatus fuit in Spiritu, & apparuit angelis, & prædica-
tus fuit inter Gentes, & fidem ei adhibuerunt in mundo, & ascendit in
gloria.

Versio VULGATA LATINA.

Qui enim benè ministraverint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduci-
13 am in fide, quæ est in Christo Jesu. Hæc tibi scribo, sperans me ad te venire citó.
14 Si autem tardavero, ut scias quomodò oporteat te in domo Dei conversari, quæ est
15 Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis. Et manifestè magnum est
16 pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, ap-
paruit angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in
gloria.

C A P. I V.

1 Spiritus autem manifestè dicit; Quia in novissimis temporibus discedent quidam
2 à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, In hypocrisi
3 loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, Prohi-
bentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratia-
rum actione fidelibus, & iis qui cognoverunt veritatem. Quia omnis creatura Dei 4
bona est, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: Sanctifi- 5
catur enim per verbum Dei, & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris 6
minister Christi Jesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es.
Ineptas autem, & aniles fabulas devita; exerce autem teipsum ad pietatem. Nam 7
corporalis exercitatio, ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, pro- 8
missionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Fidelis sermo, & omni acceptio- 9
ne dignus. In hoc enim laboramus, & maledicimur, quia speramus in Deum vi- 10
vum, qui est Salvator omnium hominum, maximè fidelium. Præcipe hæc, & doce. 11
Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium, in verbo, in 12
conversatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, 13
exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi 14
per prophetiam, cùm impositione manuum presbyterii.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

• قراءة السبت الذي قبل قداس الماء •

13 * لان الذين يخدمون الشماسة حسنا يصطنعون لانفسهم درجة جليلة ودالة جزيلة في الامانة
14 بيسوع المسيح • تم • * هذه الالفاظ اكتبها اليك مؤملا المجي اليك سريعا * فان ابطات
15 فلتعلم كيف يجب ان تتصرف في بيت الله الذي هو كنيسة الاله الحي • عمود الحق
16 وقاعدته * هذه المناقب دكر بها جسامة سر الديانة الحسنة • الاله طهر بالجسد • زكي بالروح •
ظهر للملايكة • كرز به في الامم • اومن به في العالم • ارتفع بتمجيد •

• الفصل الرابع •

1 * والروح يقول جهرا ان في الازمنة الاخيرة يمرق قوم من الامانة • فيصغون الي ارواح مضلة •
2 ويعاليم الجن * بتظاهر اقوال كاذبة • مكتوين في بصايرهم * يمنعون التزويج • ويبعدون
3 الاطعمة التي خلقها الله للمومنين • والعارفين الحق ليستعملوها بشكر •
4 • قراءة الجمعة من الجمعة السادسة والعشرين بعد العنصرة • * لان كل ابداع الله
5 حسن * وليس شي مستعمل بشكر مردولا * لانه يقدس بكلام الله والابتهال • تم • * هذه
6 اذا اودعتها للاخوة ستكون ليسوع المسيح خادما جليلا • مدربا باقوال الامانة • واوامر التعليم
7 النفيس الذي اتبعته * واستعف من الاقوال الدنسة العجايزية • روض ذاتك في الديانة
8 البهية * فان الرياضة الجسدانية هي نافعة مدة يسيرة • فاما العبادة الحسنة هي نافعة في
كل وقت وامر • اذ لها موعد الحياة الحاضرة والمنتظرة •
9 • انتقل • الاحد الرابع وثلاثون الموسوم بزكي • * ان القول صادق ولكافة القبول
10 مستوجب * اننا لهذه الحال نتعب ونعير لاننا توكلنا على الاله الحي • الذي هو مخلص
11 كافة الناس • لا سيما المومنين * هذه وص بها وعلم * ولا يهون احد بحداثتك • لكن صر
12 للمومنين رسما وقدوة وقياسا • في الكلام • في التصرف • في المحبة • في الروح • في الامانة • في
13 الطهارة * الي ان اجي • اصغ الي القراءة • الي التعزية • الي التعليم * ولا تتواني في الموهبة
14 التي فيك التي اعطيتها بنبوة • بوضع ايدي القسوسية •

Lectio Sabbathi quod præcedit Missam aquæ (i. Epiphaniæ.)

Nam qui diaconatum rectè admini- 13
strant, præclarum sibi gradum acqui-
runt, & multam fiduciam in fide in Je-
sum Christum. Hactenus. *Hos tibi* 14
scribo sermones, sperans me venturum
ad te quamprimum. Quòd si tardave- 15
ro, scies quomodo oporteat te gerere in
domo Dei, quæ est Ecclesia Dei vivi,
columna veritatis, ac basis ejus. Hæc 16
dogmata memora, nempe magnitudi-
nem mysterii bonæ pietatis: quod Deus
apparuit in carne, justificatus est per
spiritum, apparuit Angelis, prædicatus
est inter Gentes, fides illi habita est in
mundo, ascendit cum gloria.

CAP. IV.

Spiritus autem apertè dicit quòd po- 1
stremis temporibus descíscent quidam à
fide, & attendent spiritibus seductori-
bus, & doctrinis dæmonum, Per simu- 2
lationem sermonum falsorum: inusti
conscientiâ suâ, Probibentes matri- 3
monium, & amoventes cibos quos Deus
creavit fidelibus & scientibus veri-
tatem ut iis utantur cum gratiarum
actione.

Lectio feriæ sextæ hebdomadis vigesimæ sextæ post Pentecosten.

Omnes enim creaturæ Dei, bonæ sunt: 4
nec quicquam cum gratiarum actione
adhibitum, est abominandum: Quo- 5
niam sanctificatur per verba Dei, &
precationem. Hucusque. *Hæc quum* 6
deposueris fratribus, eris Jesu Christo
præclarus minister, ornatus sermonibus
fidei, et præceptis nobilis doctrinæ quam
sectatus es. Cæterùm sermones pro- 7
phanos aniles devita: recrea temet-
ipsum illustri pietate. Nam recreatio 8
corporalis utilis est modico tempore: at
verò recta pietas utilis est in omni tem-
pore & negotio, ut quæ promissionem
habeat vitæ præsentis ac futuræ.
Omitte.

Dominicâ trigesimâ quartâ quæ connotatur nomine Zacchæi.

Sermo quidem verus est, & omni acce- 9
ptione dignus, Quòd hac de causa la- 10
boramus & probris afficimur, quòd freti
simus Deo vivo qui est servator omni-
um hominum, præsertim fidelium. Hæc 11
hortare & doce. Et nemo parvipendat 12
juventutem tuam, sed esto fidelibus ex-
emplar, norma, & mensura, in sermone,
in conversatione, in charitate, in spiri-
tu, in fide, in puritate. Usquedum ve- 13
nero attende lectioni, hortationi, doctri-
næ. Et ne negligas donum quod in te 14
est, quod datum est tibi cum prophe-
tia, per impositionem manuum Presby-
terii.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

፬ በጸሎተ ፡ አንስት ፡፡

1 ወመንፈስሰ ፡ ገሃደ ፡ ይነግር ፡ ከመ ፡ በደኃሪ ፡ መዋዕል ፡ የዐልዉ ፡ ሃይማኖቶሙ ፡ ለብዙኃን ፡
2 ወያጸምእዎሙ ፡ ለአጋንንት ፡ መስሐትያን ፡ ወትምህርተ ፡ ሰይጣናት ፡፡ ዘይናፍቅ ፡ ነገረ ፡
3 ሐሰት ፡፡ ዘንዱደ ፡ ልብ ፡፡ እለ ፡ የሐርሙ ፡ አውስቦ ፡ ወይከልኡ ፡ መባልዕተ ፡ ዘእግዚ
አብሔር ፡ ፈጠረ ፡ ይሴሰዩ ፡ ወያአኵቱ ፡ ለመእመናን ፡ እለ ፡ ያአምርዋ ፡ ለጽድቅ ፡፡
4 እስመ ፡ ኵሉ ፡ ተግባረ ፡ እግዚአብሔር ፡ ሠናይ ፡ ወአልቦ ፡ ግዱፈ ፡ ወሊመንተኒ ፡ ወይትወ
5 ከፍዎ ፡ እንዘ ፡ ያአኵቱ ፡፡ እስመ ፡ ይትቄደስ ፡ በቃለ ፡ እግዚአብሔር ፡ ሕያው ፡ ወበ
6 ጸሎት ፡፡ ወዘንተ ፡ መሀሮሙ ፡ ለአኃዊከ ፡ ወትከውን ፡ ኅሩየ ፡ ሳእከ ፡ ለኢየሱስ ፡ ክር
ስቶስ ፡ እንዘ ፡ ትሴሰዮ ፡ ለቃለ ፡ ሃይማኖት ፡ ወዘሠናይ ፡ ትምህርተ ፡ ዘተሎከ ፡፡

፭ በጳጳሳት ፡፡

7 ወአበዮሙ ፡ ለርኩሳን ፡ ወለመድኃኒተ ፡ አበሬት ፡ አግርር ፡ ርእሰከ ፡ ለጽድቅ ፡፡
8 እስመ ፡ ግረተ ፡ በሥጋከ ፡ ለሕደጥ ፡ ትበቍዕ ፡ ወጽድቅሰ ፡ ታሰልጥ ፡ በኵሉ ፡ ወቦቱ ፡ ተስ
9 ፋ ፡ ሕይወት ፡ በዝ ፡ ዓለም ፡ ወበዘ ፡ ይመጽእ ፡፡ ፀ እሙን ፡ ነገሩ ፡ ወርቱዕ ፡ ይትወ
10 ከፍዎ ፡ በኵሉ ፡፡ እስመ ፡ በእንተዝ ፡ ነሠርሕ ፡ ወንጼእል ፡ እስመ ፡ ተወከልነ ፡ በእግዚ
11 አብሔር ፡ ሕያው ፡ መሕየዊሆሙ ፡ ለኵሉ ፡ ሰብእ ፡ ወፈድፋደሰ ፡ ለመሀይምናን ፡፡ ከመ
12 ዝ ፡ ገሥጽ ፡ ወመሀር ፡፡ ወአልቦ ፡ ዘያስተአብደ ፡ ለውርዙትከ ፡ ወኩኖሙ ፡ አርአያ ፡
13 ለመሀይምናን ፡ በቃልከ ፡ ወበምግባሪከ ፡ ወሃይማኖት ፡ ወበንጽሕ ፡፡ እስከ ፡ እመጽእ ፡
14 ትዐቀብ ፡ አንብቦ ፡ በምሂር ፡ ወበገሥጾ ፡፡ ወኢትስትት ፡ ጸጋሁ ፡ ዘሳዕሌከ ፡ ዘወሀበከ ፡
መንፈስ ፡ ተነብዮ ፡ ወመስለ ፡ ሢመተ ፡ እደዊሆሙ ፡ ለጳጳሳት ፡፡

CAP. IV.

In oratione mulierum.

Et Spiritus manifestè dicit, quòd in posterioribus temporibus prævaricabitur fi- 1
des multorum, & attendent dæmonibus, deceptoribus, & doctrinæ satanicæ, Am- 2
bigui sermonis fallacis, quo incensum est nobis cor, Illicitum statuentes contrahe- 3
re matrimonium, & probibentes cibos quos Deus creavit ad cibandum, & ad gra-
tias agendum pro fidelibus cognoscentibus veritatem. Quia omne opus Dei bonum 4
est, & non est rejectum quicquam, & accipiant illud gratias agentes: Quia 5
sanctificatur per verbum Dei vivi, & per orationem. Et hæc doceto fratres tuos, 6
& eris approbatus minister Jesu Christi, innutritus sermonibus fidei, & bonæ do-
ctrinæ, quàm assequutus es.

De Episcopis.

Et rejice immundas & aniles fabulas: subjice teipsum veritati. Quia subje- 7
ctio in corpore tuo ad modicum prodest: & veritas prodest in omnibus, & habet 8
promissionem vitæ in hoc mundo, & in futuro. Fidus sermo hic est, & dignus qui 9
recipiatur universè. Quia propterea solliciti sumus, & probris afficimur, quòd spe- 10
ravimus in Deo vitæ, vivificante omnes homines, & maximè fideles. Sic præci- 11
pe, & doce. Et nemo sit qui insipientem reputet juventutem tuam: & sis exemplar 12
fidelium in sermone tuo, & in opere tuo, & fide, & puritate. Usque dum veniam, 13
attende lectioni in doctrina, & exhortatione. Et ne rejicias gratiam ejus, quæ su- 14
pra te est, quam dedit tibi cum prophetia, & cum impositione manuum episcoporum.

Hæc meditare, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit in omnibus.
15 Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σοῦ ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ (η) ἐν πᾶσιν.
Attende tibi ipsi, & doctrinæ: persiste illis: Hoc enim faciens, &
16 Ἔπεχε σεαυτῷ, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ· ἐπίμενε αὐτοῖς· τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ
teipsum servabis, & audientes te.
σεαυτὸν σώσεις, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου.

CAP. V. ε'.

Seniorem ne increpaveris, sed hortare ut patrem: juvenes, ut fratres:
1 Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, ἀλλὰ παρακάλει ὡς πατέρα· νεωτέρους, ὡς ἀδελφούς· Ι'
2 Seniores mulieres, ut matres: juvenculas, ut sorores, in omni castitate. Viduas honora,
3 Πρεσβυτέρας, ὡς μητέρας· νεωτέρας, ὡς ἀδελφάς, ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ. Χήρας τίμα, ΙΑ'
illas verè viduas. Si autem qua vidua filios, aut nepotes habet, discant
4 τὰς ὄντως χήρας. Εἰ δέ τις χήρα τέκνα, ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν
primùm propriam domum benè regere, & mutuam vicem reddere parentibus:
πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις·
hoc enim est pulchrum & acceptum coram Deo. At verè vidua, &
5 τοῦτο γάρ (α) ἐστι καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ ὄντως χήρα, καὶ
sola relicta, speravit in Deum, & instat obsecrationibus, & orationibus
μεμονωμένη, ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι, καὶ ταῖς προσευχαῖς
6 nocte & die. At deliciosa, vivens mortua est. Et hæc annun-
7 νύκτας καὶ ἡμέρας. Ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε. Καὶ ταῦτα παράγ-
tia, ut irreprehensibiles sint. Si autem quis propriis, & maximè
8 γελλε, ἵνα ἀνεπίληπτοι ὦσιν. Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα
domesticis non prospicit, fidem negavit, & est infideli deterior. Vidua
9 (β) τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται, καί ἐστιν ἀπίστου χείρων. Χήρα
eligatur non minùs annorum sexaginta, quæ fuerit unius viri uxor, In
10 καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή, Ἐν
operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si
ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ
Sanctorum pedes lavit, si afflictis suffecit, si omne opus bonum
ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ
subsecuta est. Adolescentiores autem viduas recusa: cùm enim lasciverint adversùs
ἐπηκολούθησε. Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ (γ) καταστρηνιάσωσι 11
Christum, nubere volunt: Habentes damnationem, quia primam fidem
τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν· Ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν
abjecerunt. Simul autem & otiosæ discunt circumeuntes domos; non 12
ἠθέτησαν. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· οὐ
solùm autem otiosæ, sed & nugaces, & curiosæ, loquentes quæ non decentia. 13
μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι, καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα.
Volo ergò juniores nubere, filios procreare, domum administrare, nul-
Βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδε-
lam occasionem dare adversario maledicti gratiâ: Jam enim quadam 14
μίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν· Ἤδη (δ) γάρ τινες
conversæ sunt retro Satanam. Si quis fidelis aut quæ fidelis habet viduas, suf- 15
ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ σατανᾶ. (ε) Εἴ τις πιστὸς ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρ-
ciat illis, & non gravetur Ecclesia, ut verè viduis sufficiat. 16
κείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλησία, ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ.
Benè præsidentes presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè labo-
ΙΒ' Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπι- 17
rantes in verbo & doctrina. Dicit enim Scriptura; Bovi trituranti non
ῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, (ζ) Βοῦν ἀλοῶντα οὐ
ligabis os: &, Dignus operarius mercede suâ. 18
φιμώσεις· καὶ, Ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ.

MS.A. (η) πᾶσιν. Κεφ. ε'. MS.A. (α) ἐστιν ἀπόδεκτον (β) οἰκείων (γ) καταστρηνιάσωσιν (δ) γὰρ ἐξετράπησάν τινες (ε) Εἴ τις πιστὸς ἔχει χήρας, ἐπαρκείσθω (ζ) Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα· καὶ,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

15 [illegible]
16 [illegible]
[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
[illegible]

Hæc meditare, & in his esto, ut innotescat 15
omnibus te progressum fecisse. At attende 16
tibi ipsi & doctrinæ tuæ, & perdura in his.
Nam quum hæc feceris, teipsum servabis, &
eos qui te audiunt.

CAP. V.

SEniorem ne objurgaveris, sed adhortare 1
eum ut patrem; & eos qui sunt adolescentes,
ut fratres tuos. Et majores natu mulieres, ut 2
matres; & adolescentulas, ut sorores tuas
cum omni puritate. Viduas honora, eas quæ 3
viduæ sunt in veritate. Quòd si qua vidua 4
habet filios aut nepotes, discant primùm ju-
stitiam exercere in domesticos suos, & usuras
rependere parentibus suis. Hoc enim acce-
ptum est coram Deo. Ea porrò quæ verè est 5
vidua, & desolata, hujus spes est in Deo, &
perseverat in orationibus & deprecationi-
bus noctu & interdiu. Illa verò quæ versa- 6
tur in deliciis, mortua est vivens. Hæc præ- 7
cipe illis, ut irreprehensibiles sint. Si quis 8
enim eorum quos habet, & maximè eo-
rum qui sunt ejusmodi fidei, curam non
habet, iste abnegavit fidem, & deterior
est illis qui non credunt. Elige igitur vidu- 9
am illam quæ non sit minor annis sexaginta,
quæ fuerit unius viri, Et quæ habeat testi- 10
monium bonorum operum: Si educavit fi-
lios, si excepit advenas, si lavit pedes San-
ctorum, si refocillavit oppressos, si conver-
sata est in omni opere bono. Cæterùm à vi- 11
duis illis quæ sunt adolescentulæ, recede:
lasciviunt enim sibi adversùs Christum, &
student esse marito. Condemnatio autem 12
earum statuta est, quippe quæ rejecerint su-
am primam fidem. Quinetiam discunt pi- 13
gritiam, quum circumeant domos; nec so-
lùm pigritiam, sed & multiplicare sermones,
& agitare res vanas, & loqui quæ non opor-
tet. Volo igitur eas quæ adolescentulæ sunt, 14
nubere, & gignere liberos, & gubernare æ-
des suas; nec adversario dare ne unam qui-
dem occasionem maledicentiæ. Jam enim 15
cœperunt nonnulli deflectere post Satanam.
Si quis fidelis, aut si qua fidelis habet viduas, 16
alant eas, ne sint oneri Ecclesiæ: ut iis quæ
veræ viduæ sunt, satisfaciat. Qui bene præ- 17
sunt Presbyteri, honore duplici digni habe-
antur, illi potissimum qui laborant in ser-
mone & doctrinâ. Dicit enim Scriptura: 18
Non obligabis os bovi dum triturat: &, Di-
gnus est operarius mercede suâ.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

15 ዘንተ ፡ እንብብ ፡ ወበዝ ፡ ሀሉ ፡ ከመ ፡ ይትዓወቅ ፡ ስለጡከ ፡ ኵሉሃ፡፡ 1
16 ዑቅ ፡ እንከ ፡ ርእስከ ፡ በእንተ ፡ ለንብቦ ፡ ወእመሰ ፡ ዘንተ ፡ ገበርከ ፡ ርእሰከ ፡ ታድ
ኅን ፡ ወዘ ፡ ይሰምዐከ፡፡

ᎈ በጴጥሮስ፡፡

1 ለቀናት ፡ ኢትምዑዖ ፡ ትእዛዝ ፡ ከመ ፡ ለአቡከ ፡፡ ወንኡሰንሂ ፡ ከመ ፡ ለአኀዊከ፡፡
2 ወለልሂቃናትኒ ፡ ከመ ፡ ለእምከ ፡ ወለንኡሳትኒ ፡ ከመ ፡ ለአኃቲከ ፡ እንዘ ፡ በኵሉ ፡
3 ትነጽሕ፡፡ 1a ወአክብር ፡ እቤረ ፡ በአማን፡፡

Hoc meditare, & in hoc esto: ut manifesta sit perfectio tua in omnibus. Attende 15
igitur tibi ipsi propter lectionem: & si hoc feceris, teipsum servabis, & eum qui 16
audiet te.

CAP. V.

De Petro.

SEniores ne increpato, præcipe, sicut patrem tuum; & juniores, sicut fratres tu- 1
os: Et mulieres natu grandiores, sicut matrem tuam; & juniores, sicut sorores 2
tuas: in omnibus castus existens. Et honora viduam verè. 3

Versio VULGATA LATINA.

15 Hæc meditare, in his esto : ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende ti-
16 bi, & doctrinæ : insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos
qui te audiunt.

CAP. V.

1 SEniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem ; juvenes, ut fratres ; Anus,
2 ut matres ; juvenculas, ut sorores, in omni castitate : Viduas honora, quæ verè
3 viduæ sunt. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet : discat primùm do-
4 mum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus : hoc enim acceptum est
5 coram Deo. Quæ autem verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet ob-
6 secrationibus & orationibus nocte ac die. Nam quæ in deliciis est, vivens mor-
7 tua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, &
8 maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit ; & est infideli deterior.

Vidua eligatur non minùs sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, In 9
operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si Sancto- 10
rum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum
subsecuta est. Adolescentiores autem viduas devita. Cùm enim luxuriatæ fue- 11
rint in Christo, nubere volunt : Habentes damnationem, quia primam fidem 12
irritam fecerunt. Simul autem & otiosæ discunt circuire domos : non solùm oti- 13
osæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergò juniores 14
nubere, filios procreare, matresfamiliâs esse, nullam occasionem dare adversario
maledicti gratiâ. Jam enim quædam conversæ sunt retro satanam. Si quis fidelis 15
habet viduas, subministret illis, & non gravetur Ecclesia : ut iis, quæ verè viduæ 16
sunt, sufficiat. Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur : 17
maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim Scriptura ; Non alligabis 18
os bovi trituranti. Et ; Dignus est operarius mercede suâ.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

15 * ادرس هذه المناقب. في هذه كن. ليصير نجاحك فيها كلها ظاهرا. تم. * الاحد. * احفظ
16 ذاتك وداوم التعاليم وانتبها. فانك اذا فعلت هذه ستخلص نفسك والذين يسمعونك. تم.
1 * الفصل الخامس. * قراءة الاثنين من الجمعة السابعة والعشرين. * لا تقرع
2 شيخا بل تملقه مثل اب لك. والشباب كاخوتك * والعجائز كالوالدات. والشواب كاخوات.
3 بكافة الطهارة * اكرم الارامل اللواتي هن بتحقيق ارامل * وان يكن لاحداهن اولاد.
4 او اولاد اولاد. فليتعلموا اولا. ان يجملوا عبادة منزلهم. ويقضون اجدادهم صنوف المكافاة. فان
5 هذا امام الله مقبول * فالتي هي ارملة بالحقيقة ووحيدة. فقد توكلت على الله. ومتعكفة
6 على الطلبات والصلوات. ليلا ونهارا * واما البطرة القصافة فقد ماتت وان كانت حية.
7 * هذه الاوامر وص بها ليكونوا غير ناقصين * وان كان احد ما يعتني بمن يختص به ولا
8 سيما باهله. فقد جحد الامانة وهو اشر من كافر * والارملة اذا انتخبت شماسة فلا تكون
9 سنها اقل من ستين سنة. ذات رجل واحد * مشهود لها باعمال صالحة. ان كانت قد
10 ربت اولادها حسنا. ان كانت قد اضافت الغرباء. ان كانت غسلت اقدام القديسين. ان
كانت قد تحننت للمغمومين. ان كانت قد تعبت في كل عمل صالح. تم.
11 * قراءة الثلثا من الجمعة السابعة والعشرين. * واعتف من الارامل الحدثات.
12 فانهن اذا تراخين للشهوة بخلاف المسيح. يردن ان يتزوجن * فيصير ذلك لهن جناية.
13 لانهن خالفن الامانة الاولة * ومع هذا يتعلمن بطالات جولات البيوتات. وليس بطالات
14 فقط. بل وهذارات وفضوليات. متكلمات بما لا يجب * واريد الشواب يتزوجن ويلدن
15 اولادا ويسدن بيوتا. ولا يعطين المعاند ولا حجة واحدة بعيب فيه * لان قوما فيما مضى
16 حادوا وراء الشيطان * اي مؤمن او مؤمنة لهما ارامل فليقوما بهن. ولا تثقل الكنيسة
17 بهن. لتقوم الكنيسة باللواتي هن بتحقيق ارامل * القسوس المتقدم موقفهم حسنا. فليؤهلوا
18 لكرامة مضعفة. ولا سيما الذين يتعبون في الكلام والتعليم * لان الكتاب يقول. لا تكمم
ثورا دارسا. والفاعل مستحق اجرته.

Hæc dogmata meditare, in his esto : ut fiat progressus tuus in iis omnibus manifestus. Finis. Dominica. *Cave tibi, & assiduus ac constans esto in doctrinis : hæc enim si feceris, servabis teipsum, & eos qui te audierint.* Hucusque. 15 16

CAP. V.

Lectio feriæ secundæ hebdomadis vigesimæ septimæ.

SEniorem ne pulses, sed adulare illi ut patri tuo : & juvenibus, ut fratribus tuis : 1
Et anibus, ut genetricibus : & junioribus ut sororibus, cum omni puritate. Honora 2
viduas quæ sunt vere viduæ. Et si qua 3
earum liberos habeat, aut nepotes, discant imprimis excolere pietatem propriæ domus, & persolvere avis suis genera retributionis : hoc enim est coram Deo acceptum. Porrò quæ vere vidua est ac sola, freta est Deo, & instans precibus & orationibus nocte ac die. At verò deliciis indulgens & pigra, mortua jam est, licet sit viva. Hæc mandata præcipe, ut sint minimè imperfecti. Quòd si quis non habet curam eorum qui ad ipsum pertinent, maximè verò domesticorum suorum, fidem jam negavit, & est infideli deterior. Item si vidua eligatur diaconissa, non erunt anni ejus pauciores quàm sexaginta anni, uxor unius viri : Cui testimonium reddatur in bonis operibus : si liberos suos benè educavit, si peregrinos excepit, si pedes sanctorum lavit, si afflictis condoluit, si in omni opere bono laboravit. Finis. 4 5 6 7 8 9 10

Lectio feriæ tertiæ hebdomadis vigesimæ septimæ.

Juniores autem viduas devita : quia cùm habenas *libidini laxârint adversus Christum, nubere volunt. Vertiturque hoc eis criminis, quòd primam fidem violârint : Et ad hæc discunt otiosæ, perambulationes domorum : & non otiosæ tantùm : sed & mussitabundæ, &* alienis negotiis *ultro se interponentes, loquentes quod non decet. Volo autem juniores nubere, liberos gignere, & domibus præesse, neque unam quidem præbere adversario occasionem, obtrectandi gratiâ. Quædam enim antehac deflexerunt post satanam. Quicunque fidelis, aut quæcunque fidelis habet viduas, subveniat eis : & non gravetur eis Ecclesia, ut subveniat Ecclesia eis quæ sunt verè viduæ. Presbyteri dignitatem benè administrantes, digni fiant duplici honore : & ii præsertim qui laborant in Sermone & doctrina. Dicit enim scriptura, Ne obducas pastomidem bovi trituranti. Et ; Operarius dignus est mercede suâ.* 11 12 13 14 15 16 17 18

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

4 ወእመቦ : እቤረ : እንተ : ባቲ : ውሉደ : ወደቂቀ : ውሉድ : ይቅድሙ : ይትመሀሩ : አሠንዮ :
5 ቤቶሙ : ወይዕስዩ : አዝማደሆሙ : ከማሁ : ሠናይ : በቅድመ : እግዚአብሔር ። ወ
6 እንተሰ : አማን : እቤር : ንጽሕት : እንተ : ተወከለት : በእግዚአብሔር : ወትፀመድ : ጸሎ
7 ተ : ወትስእል : መዓልተ : ወሌሊተ ። ወእንተሰ : ትገፍዕ : ሞወታ : በሕይወታ : ይእቲ ።
8 ወከመዝ : ገሥጽ : ከመ : ኢያድልዉ ። ወዘሰ : ኢይሔሊ : ለቤቱ : ወይገድፎ : ለአዝ
9 ማዲሁ : ክሕደ : ሃይማኖቶ : ወየአኪ : እምዘ : ኢየአምን ። እቤረ : ይብልዋ : ለእን
10 ተ : ስሳ : ክረምታ : እንተ : ለአሐዱ : ብእሲ : አውሰበት ። ብእሲተ : እንተ : ይንእድዋ :
በምግባረ : ሠናይ ። ለእመ : ውሉደ : አልሀቀት : እመ : ነግደ : ተወክፈት : ወለእመ : እግ
